THESAURUS
ANTIQUITATUM SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM

COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illuſtrationem utriuſque Teſtamenti, & ad Philologiam ſacram, & profanam utiliſſimum, maximeque neceſſarium.

VOLUMEN DECIMUMSEPTIMUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS

MDCCLV.

Apud Joannem Gabrielem Herthz, et Sebastianum Coletti.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



EMINENTISSIMO PRINCIPI

JOSEPHO MARIÆ FERRONI

S. R. ECCLESIÆ CARDINALI.

BLASIUS UGOLINUS

F E L I C I T A T E M.

C*UM multa debeam*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *V. C. mihique amicissimo Francisco Benalio*, *inprimis mihi sunt illi maximæ agendæ habendæque gratiæ*, *quod ejus opera factum sit*, *ut hæc mea studia tuis Au-*

spiciis

spiciis ac præsidio muniantur: Exarsit hisce temporibus, quæ jampridem summorum virorum auctoritate ac doctrina deferbuisse videbatur, pervetus illa invidia, qua ANTIQUITATES SACRÆ, *sive hominum sive temporum injuria pene conflagrarant. Conqueruntur de me nonnulli (pauci quidem illi sunt, neque enim in tanta literarum luce, qui cæcutiant, multi esse possunt) quod eruenda, exponendaque curaverim vetustissima Hebræorum monumenta, ex quibus in tantis vetustatis tenebris philologiæ sacræ plurimum lucis impertiri posset; quasi videantur istorum judicio improbandi, qui tanta cum laude Græca ex Græcis, & Romana ex Romanis illustranda suscepere: præsertim cum nulla literis sacris a Græcis Latinisque Scriptoribus expectanda sint præsidia, cum ab iis Hebræorum antiquitates, gentis sive invidia sive infamia, vel neglectæ, vel ignoratæ sint: Denegandane erit Judæis in rebus suis ea fides, quam plerique omnes Græcis, nugacissimis scriptoribus in rebus patriis merito habendam censuere? Neque enim existimandi sunt Hebræi tanta vel impudentia, vel stultitia fuisse homines, ut credantur, e. g. in describendis vestibus Sacerdotalibus, Templo, Sacrificiis, diebus festis, ceterisque hujusmodi rebus, in quibus si nugati essent, facile universi populi* αὐτόπτου *testimonio refelli, atque explodi potuissent, nulla compendii atque utilitatis proposita ratione, consulto, quo ab omnibus irriderentur, mentiri, & desipere voluisse. Ea est enim in hisce eruendis,*

ex-

expromendisque monumentis ad philologiæ sacræ penetralia aperta, & patefacta via, ut Palæstina, quæ plerisque adhuc fuerat impervia, facile ab omnibus adiri, & perlustrari possit. Sed tædet me, seu potius pudet in hujusmodi nugis vel memorandis, vel explodendis bonas horas male perdere, cum tantum ex tuis Auspiciis ANTIQUITATIBUS SACRIS *comparatum sit præsidii ac dignitatis, ut nihil sit, quod istorum judicium, seu potius maledicta perhorrescam: Nulla Tibi, quo tantam existimationem atque autoritatem comparares, vel a genere, vel a fortuna, vel ab ingenio, vel a disciplina præsidia defuere. Tanta enim doctrinæ, ac sapientiæ fama claruisti adolescens, ut honoribus, quos tanta cum laude consecutus es, jam tum omnium judicio dignus esses & haberere. Cum Legatus in Galliam designatus esses, permagni interesse Ecclesiæ putavit summus Pontifex, ut in Urbe detinerere, ut post tantas dignitates pari integritate partas, ac gestas Congregationi Episcoporum, & Regularium a secretis adesses. Quo munere amplissimo, honorificentissimoque tanta cum laude perfunctus es, facta omnibus Tui adeundi, conveniendi, consulendique potestate, ut maximam Tibi integritatis, fidei, consilii æquitatis, & vigilantiæ famam comparares. Cardinalis, serius fortasse, quam tua in Ecclesiam promerita, & omnium vota postulabant, a* BENEDICTO XIV. *Pontificum omnium maximo optimoque creatus es, grata omnium Ordinum, præsertim bonorum gratulatione, quantam unquam neque vidimus, neque*

que

que meminimus. Quæ puero, quæ adolescenti Tibi affuerant, Tibi adstant Cardinali, innocentia, integritas, humanitas, munificentia, ceteræque Virtutes, admonentes, Tibi nunc ampliorem oblatam esse facultatem ut de omnibus bene mereri possis: Magnificentia & dignitas, quæ Virum principem quam maxime decent, præ ceteris prædicatur, ita ut ædes tuæ, civium & peregrinorum frequentia, qui tantum splendorem admirantur, quotidie celebrentur: Patuerunt illæ, & adhuc patent probitati, virtuti, doctrinæ, bonisque artibus, quibus abs Te nulla unquam præsidia, studia, & ornamenta defuere: ANTIQUITATES SACRAS, *quas tuis Auspiciis tuendas exornandasque suscepisti, ne patiare in Vestibulo assidere, cum præ ceteris vetustate, præstantia, utilitate, & Divina origine commendentur. Vale*

BLA-



BLASIUS UGOLINUS
LECTORI.

ABsoluta jam editione *Mechiltha*, *Siphra*, *Siphri*, & *Pesichta*, in quibus tot, ac tam præclara ex ultima antiquitate extant monumenta, ut merito ab omnibus philologiæ sacræ promtuaria habeantur, in hoc volumine dies festos Hebræorum ex vetustissimis fontibus illustrandos suscepimus. *Tosaphtha*, seu Additamenta edere in primis aggressi sumus, vetustate, atque autoritate cum *Misna* comparanda, scientia vero multarum rerum, quæ in *Misna* desiderantur, etiam præferenda. A plerisque R. *Chija*, vel *Chajia*, qui etiam teste *Tzemach David* ob excellentiam vocatus est *Chaijah bar Rab*, qui vixit seculo post Christum natum tertio ineunte (de quo vide plura apud *Abrahamum* b. *Dior*, in lib. Kabbalæ p. 7. *Juchasin* p. 91. *Schelschelet̃h* pap. 32. *Tzemach David* an. 3979.) hæc Additamenta vindicantur. *Maimonides* in præfat. sua ad *Misnam*: *Visum est* (inquit) *uni e discipulis* R. Jehudæ Hakkadosch, *qui vocatur* R. Chaijah, *componere librum insistendo vestigiis magistri sui, in quo exponeret quod perplexum esset in verbis ejus, hoc est* Tosaphta, *idest supplementum complectens expositionem* Misnæ. R. *Jac. Chagis* in præfatione ad librum כריתות scribit ואחר שחוברו ששה סדרים מחולקים בסדר יפה במסכתות ופרקים וחלוקות קטנות ראה רבי חיא תלמידו של רבינו הקדוש שהיו דברי המשנה סתומים אשר לא יספיקו לרוות צמאונינו חבר התוספתא ועניניה תוספות על המשנה וגלוי טעמא וכך חברו רבי חייא ורבי אושעיא וחכמים אחרים ברייתות ר״ל לשון ברא שנ׳ חוץ למדרשו של רבי וכתב מהר״ קארו בכללי גמרא שלו ימים רבים הוקשה לי למה זו נקרא ברייתא וזו תוספתא עד שמצאתי בכריתות שכתב שהתוספתא היא שניתוספא על המשנה לפיכך אינה כתובה לא בלשון תניא ולא בלשון ת״ר עכ״ל והיה לי לומר שהתוספות הם שסדרו ר׳ חייא בפני רבי והיה אומר לו כתוב כך וכך: *Et postquam* (inquit) *compositi essent sex ordines convenientique ordine dispositi per tractatus, & capita, & sectiones minores, vidit* R. Chija *discipulus Rabbenu Hakkadosch, quod verba* Misnæ *occlusa sint, neque sufficiant ad restinguendum sitim, ideo conscripsit* Tosaphta, *idest Additiones ad* Misnam *& declarationes sensus ejus: Sic &* R. Chija, *&* R. Oschaja *& sapientes alii composuerunt* Baraithoth, *h. e. vi etymi* ברא *quod denotat extra instituta extra scholam Rabi nata. Ita* R. Joseph Karo *in libro* כללי גמרא *scribit: Multis annis dubium, & difficile mihi visum est, cur aliud dicerent* Baraitha, *aliud* Tosaphtha, *donec in libro* Kerithuth *inveni scriptum*, Tosaphtha *dici, quod additum sit* Misnæ, *propterea nusquam de ea dicitur traditio, aut tradunt magistri: Hinc dixi* Tosaphoth *esse eas, quas* R. Chija *vivo adhuc* R. Jehuda *proposuit monitus ab eo*; scribe sit, vel sic. Verum inter autores *Tosiphoth* recensentur *R. Nehemias*, & *Bar Kaphra*, ut refert autor *Tzemach David* ad an. 979. Millen. 4. *In libro* (inquit) Halicoth Olam *absolute scribitur* Tosaphta R. Nehemiæ, *& in Kabbala* R. Abrahami ben David scriptum est, *Bar Kaphra* scripsisse Tosiphthoth. Idem scribit R. *Chaijah* una cum R. *Oschajah*, & *R. Simeone* composuisse *Mechiltoth*. *Quod pertinet* (inquit) *ad* Mechiltoth, *scriptum est in Kabbala* R. Abraham ben David, R. Chaija, *&* R. Oschaja *&* R. Simeonem *ea conscripsisse*. Consedit in consistorio R. *Jehuda Hakkadosch*, ut scribit in introductione sua ad *Gemaram* R. *Samuel*. *Sapientes autem magni in consistorio* Rabbenu

benu Hakkadosch *extiterunt*, *qui ab illo didicere*, Simeon, & Gamaliel filii ejus; R. Alphes, R. Chanina *filius* Chausæ, R. Chaija, Rab, R. Jannai, Bar Kaphra, & Samuel, R. Jochanan, & R. Oschaja. *Additamenta* omnia in octo & quinquaginta Tractatus distributa nunc primum a nobis ex Hebraico Latine reddita in hoc *Thesauro Antiquitatum Sacrarum* edenda curabimus.

Præterea *Gemaræ Hierosolymitanæ*, *Babylonicæ* vetustate, & rerum veritatæ præferendæ versionem quæ Judæos, & Christianos omnes adhuc pro sua dialecto, atquæ obscuritate deterruit, in hoc volumine aggressi sumus. De ejus ætate Judæi & Christiani dissentiunt: R. *Gedalia* in *Schalschelech Hakkabala* pag. 34. 1. ducentesimo ab excidio templi anno conscriptam fuisse contendit. בימיהם היה ר' בא' רבי יוחנן שחרב הגמרא ירושלמית על המשניות בחמשה סדרים שלמים אבל בסדר טהרות לא עשה גמרא אלא במסכת נדה וחברו בשנת ד' אלפים לבריאה שהיה כמו מאתים שנים לחרבן. *Illis diebus erat caput scholarum in terra Israel* R. Jochanan, *qui fecit* Gemaram Hierosolymitanam *super Mischnajoth*, *quoad quinque ordines perlectos libri Mischnajoth; sed super ordinem* Taharoth *non composuit Gemaram*, *si exceperis tractatum* Nidda: *Composuit autem A. M.* 4000. *qui est circiter ducentesimus ab excidio templi*. Cum quo fere consentit R. *David Ganz* in *Tzemach David*, qui *Jochananem* A. M. 3990. præsidem scholæ in terra Israel constitutum esse, & *Gemaram Hierosolymitanam* composuisse testatur. Parum abit R. *Serira Gaon* in lib. *Juchasin*. Alii vero, sc. *Maimonides* in præfatione ad *Jad Chasaka*, *Abarbanel* in proœmio in *Pirke Avoth*, autor יסוד ועלם lib. IV. cap. 18. *Simson Mikkenon* Part. IV. lib. כריתות cap. 2. & *Elias Levita* præfat. in *Methurgeman* seculo integro faciunt recentiorem, trecentis ab everso templo annis i. e. A. C. 370. eam vulgatam esse asserentes. Ex Christianis Scriptoribus *Buxtorfius* in recensione Talmudis p. 229. ad *Ganzium* provocans refert in annum 230. quem plerique sequuntur. *Lightfootus* in Centuria Chorographica *Matthæo* præmissa cap. 81. Tom. II. Opp. pag. 221. in seculum IV. post. C. N. rejicit, quod in variis locis Diocletiani ibi fiat mentio, præsertim *Avoda Sara* fol. 39. 4. ubi inscriptio hæc legitur: אנא דיקליטיאנוס מלכא שבנית אהן ירירה דצור לגריה דארקליס אחי תמניא יומין. *Ego Diocletianus rex hac forum Tsur*, i. e. Tyri *condidi fortunæ fratris mei Herculii octoginta diebus:* Cumque in tractatu *Scheviith* fol. 38. 4. referatur res, triginta annis post aliquam Diocletiani actionem gesta, annus imperii Constantini nonus, aut decimus memorari videtur: Recentior visa est *Joh. Mashamo* in Canone Chronico p. 156. qui ad seculum V. pertinere censuit. Recentissimam faciunt *Morinus*, *Vossius*, & *Perizonius*, qui eam rejiciant in seculum VII. Si vera sint, quæ testantur Judæi de anno emortuali *Jochananis*, vetustior procul dubio credenda illa est. R. *Abraham b. Dior*, in lib. Kabbalæ *Schelschelech* p. 34. & *Ganzius*, *Jochananem* an. 4039. C. 279. ætate II. Amoraitarum obiisse testantur: Idem rexit Academiam an. 80. iisdem autoribus, cui præesse cœpit post R. *Chanina* h. e. an. 3959. C. 199. h. e. an. 3959. C. 199. Si credimus R. *David Ganz* ad hunc annum, cujus tamen computus erroris facile convincitur, qui ait *Jochanan* successisse R. *Chaninæ*, si per decem annos Academiæ præfuit, quinque annis ante obitum Rabbenu illi præfectus dici debet, quod contrariatur Judæis Scriptoribus, ac speciatim *Abrah. ben Dior* in lib. *Kabbalæ* in fine *Tannaim*. Præstat itaque dicere, quod R. *Chanina* post Rabbenu Hakkadosch tantum quinque annos vixerit, & obierit an. 3959. quo tempore R. *Jochanan* 15. annos habuisse dicendus est vi supputationis ante commemoratæ. Inde consequitur eum natum esse an. 3944. C. 184. Jam porro veri fit simile R. *Jochananem* statim sub initium suscepti muneris h. e. an. 3959. cogitasse quidem de commentario in Mischnajoth, sed distulisse forte ad an. ætatis 30. qui respondet an. 3974. C. 214.

Hactenus de ætate hujus *Gemaræ*, nunc de stylo; Ejus stylus a dialecto *Gemaræ Babylonicæ* differt ita quidem, ut ille ex Syriaca, & Chaldaica lingua six mistus, hic vero ad Chaldaicam propius accedat. Plerique Aramæa lingua eam conscriptam esse præcipiunt, quæ quidem appellatio generalis est, & pluribus linguis seu dialectis, potius communis: Aramæa enim comprehendit sub se Babylonicam, Hierosolymitanam, & Syriacam, Babylonica Chaldaismum sistit tum Biblicum tum Targumicum impuriorem, tum Talmudicum, qualis obtinet in *Gemara Talmudis Babylonici*. Syriaca proprie vocatur, qua constat versio novi Testamenti Hierosolymitani quæ ex Syriaca & Chaldaica dialectis conflata est. Magistri sane distinguunt Aramæam a Syra in *Bava Kama* fol. 83. 1. & *Sota* fol. 49. 2. *Lightfootus* in *Horis Hebraicis* in *Acta Apostolorum* glossam ad *Sota* fol. 49. hanc affert: *Lingua Syriaca est cognata linguæ Aramææ; & dico ego, quod hæc est lingua Talmudis Hieroso-*

rosolymitani. Iisdem in locis Syriaca סורסי lingua terræ Israelilicæ, Aramæa vero Babyloniæ vernacula esse dicitur; quod tamen eo sensu capiendum, quem latitudo appellationum illarum per se infert, ut nempe Aramæa magis ad dialectum Chaldaicam accedere putetur, Syriaca vero illa sit, quam rectius Syro Chaldaicam appelles: Hæc posterior Judæis nostræ ætatis obscurior est, & minus cognita, efficitque adeo, ut sensus *Gemaræ Hierosolymitanæ* minus pateat: Idcirco duæ tantum extant hujus Gemaræ editiones, *Veneta* altera, altera *Cracoviana*. Prior cura Bombergii sine anno notato lucem vidit teste *Schabbatæo* in Siphte Jeschenim pag. 88. 2. Posterior anno 369. qui Hebraice exprimitur per בשונאי (pro qua in שׂ׳ mendose legitur בשנאי sine ו) i. e. A. M. 5369. & A. C. 1609. eadem forma apud *Isaacum ben Aharon*. In hac *Mischna* & *Gemara* literis quadratis annotationes autem marginales rotundioribus seu Rabbinicis impressæ sunt. Ex præfatione hæc in primis verba annotari merentur. הן המה ס׳ הרביה אשר העמיק בדברים כבורים וצלל במים אדירים הויות אביי ורבא בחפננו צרורים ולשם בנבורים הוא הכה קרית ספר ויגרש משם בני ענק כל סבר קשי אשר לא נזכר בתלמוד שלנו וסמך לה׳ מן אתריץ מגיאין ונם ס׳ יפה מראה רס׳ המסורת בינינו אשר חבר החסיד כמהרר יהודה מסלוק וזולת אלוק ספרים הרבה. Reddiderat sc. autor in antecedentibus rationem, cur rursus sit apud Judæos *Gemaræ Hierosolymitanæ* usus, eamque repetierat ab obscuritate nimia, quæ lectores deterreret, inprimis cum nulla exstat ejus illustratio, nisi quæ R. *Eliefer ben Jehuda* (idest ראבׄיה) & R. *Samuel Japhe* in יפה מראה necnon *Jehuda* Thessalonicensis, i. e. *Jehuda b. Mose* in *Masora Talmudis Hierosolymitani*, aliique nonnulli, quibus ad editionem suam usus sit, monuerint; editor tamen suum annotare neglexit. Eadem *Gemara* quoad ordinem I. una cum Tractatu שקלים ex ordine II. recusa est Amstelodami an. 470. C. 1710. in fol. cura *Eliæ fil. R. Jehuda Lovv* VVischnicensis, qui hinc inde textum male habitum restituit, & commentationibus suis, ex antiquissimis Judæorum scriptis, *Tosaphta*, *Mechilta* &c. depromtis, illustrare aggressus est. Specimen luculentum conatus ejus habet in *Relationibus Innoxiis*. Totum volumen quinque Alphabetis & totidem plagulis absolvitur: *Mischna* & *Gemara* literis quadratis expressa, cingitur ab utroque latere commentario, Rabbinicis literis excusso. Primus sane is *Elias* est, qui ex recentioribus Judæis, secus ac *Babylonico Talmudi*, plurium sc. curas experto, accidit, lucem affundere tenebris ejus instituit. Cum enim dictio *Gemaræ Hierosolymitanæ* maxime obscura sit, tum propter brevitatem, tum ob diversam nonnihil a *Babylonica* disputandi, differendique rationem, ipse vero contextus ab injuriis temporum, & Typographorum incuria male habitus sit, usus insuper inter hodiernos Judæos minus frequens; mirum non est, paucorum, vel nullius potius industriam in opera tædii & laboris plena se exercuisse. Conqueruntur de his momentis Magistri Judæorum, qui Amstelodanensi illi editioni suffragia, & commentandi formulas præmiserunt. Ex Christianis scriptoribus *Job. Lightfootus*, qui tamen præ ceteris huic Gemaræ operam addixit, obscuritatem ejus aliquoties, ut non superandam professus est. Lege v. c. Tom. II. Operum pag. 170. Ubi postquam locum ex *Scheviith* fol. 36. 3. attulisset subjungit: *Quid sibi hæc omnia velint, non datur vel conjectari, imo vix datur, quid aliqua horum sibi velint; nec adest Oedipus, nec Sphinx ipsa. Silent ipsi Talmudici a commentando, nec adest nobis alius, qui commentetur*. Interim illam Christianis se præ *Babylonica* commendavit. Ita enim brevior est, succintiorque, adeoque inter legendum cum tædio minus conjuncta, & vel sic tamen non pauca manu affert, quæ ad illustrandam antiquitatem, sacrumque Codicem faciunt, id quod scripta *Lightfooti* manifestum faciunt. Præterea & ab ineptiis, & a fabulis aliena est, & recte *Humph. Prideaux* in præfat. ad versionem Tractatus R. *Maimonidis* de jure pauperis, & peregrini observavit in *Gemara Hierosolymitana* vel vix vel rarissimo haberi nugas & deliria, quæ in *Babylonica* exstant: Obscuritas non prohibuit quominus quidam nostratium lectioni ejusdem & illustrationi operam impenderent. Ita *Theodorus Dassovius* in *Novis Literariis Maris Baltici* an. 1705. p. 91. sperare jubet Titulos duos *Mischnæ* cum *tota Gemara Hierosolymitana*, nempe Titulum *de solenni comparitione in festo*, & Titulum *de Primitiis*, ubi partim ex adjectis editioni *Cracoviensi* scholiis partim ex *Jephe Mare* phrases & res difficiliores explicentur, ut & historia & stylus facile intelligatur. Reliqua vide apud Cl. *VVolfium* in Tom. II. *Bibliothecæ Hebraicæ*, unde hæc fere omnia descripsimus. Quæ cum ita sit, ignoscendum mihi erit, si in tanta dialecti difficultate, rerum obscuritate, & codicum corruptione aliquando offenderimus: Sicui nonnulla loca videbuntur obscura, consulenda sibi erit *Mischna*, *Tosaphtha*, ceterique Hebræorum commentarii, ex quibus Gemaræ plurimum lucis impartiri poterit: Plerosque Tractatus *Gemaræ Hierosoly-*

mitane in *Thesauro* dabimus: reliquos in supplementis, in quibus omnia *Maimonidis* opera deprehendentur, edemus;

Non est prætereunda, neque amplius dissimulanda nonnullorum querela, qui doleant, quod peregrinis opibus ex oriente conquisitis nostratia fastidierim, quasi peregrina habenda sint Philologiæ Sacræ Veterum Hebræorum monumenta. Utinam ex vicinis regionibus ea nobis comparari possent præsidia in illustrandis *Antiquitatibus Sacris*, ut Palæstina, Phœnicia, Syria Ægyptus, Chaldæa, ceteræque finitimæ gentes tanto impendio, & labore, nullo præeunte, & muniente viam, in tanta itinerum obscuritate, & longinquitate, nullis fere ducibus non adeundæ, perlustrandæque nobis essent! Utinam a Græcis, & Latinis Scriptoribus aliquid præsidii nobis esset! Verum quæ adhuc extant apud hujusmodi autores quam pauca, quam ridicula, quam falsa, quam a veritate aliena illa sunt! Contra vero si veteres Hebræi consulantur, quam plana, quam facilia, quam clara omnia fient! Si minus istos res ipsa persuadeat, tot & tantorum virorum autoritas & doctrina persuadere debet. Possem hoc loco clarissimorum virorum referre judicia, sed satis erit afferre testimonia *Relandi*, & *Seldeni*, qui in hoc literarum genere principes habeantur; quorum alter in epistola ad *Jo. Conradum Hottingerum* commentario de decimis Judæorum præmissa: *Fontes ipsos* [inquit] *adire maluisti, quam hinc inde quædam corradere, & male consutas lacinias, pannosve aliorum Autorum in lucem denuo protrahere: Non multum sane præstare is valet in Antiquitatibus Hebraicis, qui vetustissimos Gentis Israeliticæ codices,* Misnam *videlicet, &* Gemaram, *veteresque* Rabboth, *&* Midraschim, Zohar, Siphri, *& qui iis pares sunt, negligit aut contemnit: Qui aut Judæorum odio, aut sua ductus ignorantia, ab his se abstinet, nec cogi se patitur, ut in istis desudet, a quo cogetur ad scriptionem? Nosti me patrocinium quidem omnium rerum, quæ in Pandectis Judaicis leguntur, suscepisse nunquam, non esse tamen adeo iniquo adversus Judæos animo, ut illis negatum velim, quod Græcis, Romanis, Persis, & quibus non plena manu concedimus: Scilicet ita censeo, quum Hebræi de rebus patriis testantur, nec religionis aut sensus de Deo interest, testenturne hoc vel illo modo, neque aut sanæ rationi, aut indubitatis aliarum gentium testimoniis, ea quæ memoriæ produnt, adversa sunt, fidem ipsis esse habendam; atque ita quemadmodum Romanis Scriptoribus adsentior, Capitolii aut Amphitheatri alicujus formam describentibus, pari jure credendum esse Judæis, qui Templum Hierosolymitanum delinerarunt. Quod nisi in auxilium advocemus Judæorum Scriptores, quam jejuni sunt libri Christianorum, qui de sacrificiis v. g. aut sacerdotibus agunt? E contrario si Judæorum traditionibus utimur, quanta lux affunditur plurimis locis veteris Testamenti? Quam plana redduntur illa, quæ lectorem vel maxime attentum intricant, & impeditum tenent?* Alter vero in sua præfatione ad dissertationem de *Anno civili Judæorum* scribit: *Quisquis* (inquam) *horum aliorumque ex hisce subinde non ita levis momenti pendentium cognitionem, velut nihili, nec opera & oleo omnino dignam æstimet, vereor sane ne is simul non modo plurima ignaviæ portentosa de seculis anteactis somnia, suavesque* (*sed sæpe fateor non ita inutiles*) *sciolorum sive hallucinationes sive simulationes pronius multo quam par est admittat, sed etiam eas ingenuæ, nobiliori, diffusiorique disquisitioni, veræque ac solidæ inde solum orituræ disciplinæ frequenter nimis sive per incuam sive per ignaviam, ne quid gravius dicam, anteferat. Quod si, ut non raro objiciatur, ipsum corpus utrumque Talmudicum aliquot seculis ævo, quo sive floruit sive stetit Ecclesia seu Respublica Judaica, recentius fuisse compositum, adeoque nec fidem ideo alterutri, neque commentariis Rabbinicis inde natis habendam, næ is qui hac ductus ratione, ita sentiat, necesse est ut ratione non dispari nec Digestis Juris Cæsarei, nec Codici Justinianeo credendum putet in sententiis, Rescriptis, Sanctionibus innumeris Justinianum ipsum tanto intervallo antevertentibus, nec Theodosiano in iis, quæ Theodosio ipso vetustiora, nec demum historicis ullis præter sacros ipsos, aut qui res gestas, moresque sibi plane coævos, aut tantum non proximantes tradidere. Sed immane quantum videtur interea mirum, homines reperiri, qui eo vecordiæ insolentioris devenerint, ut in priscæ atque alienæ sibi Ecclesiæ, seu Reipublicæ jure, ac moribus discutiendis, definiendisque, novitiis temerariis, jejunisque sui ipsorum, per tot secula, totque intervalla distantium commentis, quicquid ejusdem cives veteres, Jurisconsulti, ac Theologi a Majoribus acceptam fideliter scriptis mandarunt, audacissime postponant. Quod plane haud aliud est, quam aut miserum nesciendi, aut fallacissimum scientiæ larvam obtendendi studium.* Neque enim credendus est R. *Jehuda* suo ingenio *Mischnam* composuisse, sed veteres traditiones scripto mandatas collegisse, uti *Maimonides* in præfat. יד חזקה testatur. וממשה רבינו ועד רבינו הקדוש לא חברו חבור שלמדים אותו ברבים בתורה שבעל פה אלא בכל דור ודור ראש בית דין או נביא שהיה

שהיה באותו הדור כותב לעצמו זכרון השמועות ששמע מרבותיו היא מלמד על פה ברבים ומן כל אחד ואחד כותב לעצמו כפי מוחו מביאור התורה ומהלכותוה כמו ששמע וסדברים שנתחדשו בכל דור ודור בדינים שלא למדום מפי השמועה אלא במידה מי״ג מדורת והסכימו עליה בית דין הגדול וכן היה הדבר תמיד עד רבינו הקדוש והוא קבץ . כל השמועות וכל הדינים וההוראות והפירושים ששמעו ממשה רבינו שלמדו ב״ד שבכל דור ודור בכל התורה כולה וחיבר מהכל ספר המשנה ושנאו ברבים ונגלה לכל ישראל והכתבוהו כולם ורבצו בכל מקום כדי שלא תשתכח התורה שבעל פה מישראל . *A Mose magistro nostro usque ad magistrum nostrum Hakkadosch nullus exaraverat ea, quæ publice docebantur ex lege orali, sed in singulis generationibus, princeps Synhedrii, aut propheta illius generationis, sibi ipsi scribebat commentarios traditionum, quas audierat a magistris suis; publice vero ore docebat, & ita unusquisque sibi viritim describebat expositionem legis, & rituum ejus, quemadmodum audierat: Quod vero attinet ad ea, quæ singulis generationibus innovabantur in judiciis, quæque traditione non habebantur, sed ex aliquo de tredecim modis; horum autoritas erat penes Synhedrium magnum: Ita totum hoc usque ad magistrum nostrum Hakkadosc perduravit. Ille collegit omnes traditiones, omnia judicia, sententias, & expositiones, quas audierant a Mose magistro nostro, quasque singularum generationum Synagogæ super universa lege docuerant: Ex his omnibus librum* Mischna *composuit, publiceque legit, ut omnibus Israelitis innotesceret. Descripserunt eum omnes, & ubique docuerunt, ne ab Israelitis oralis lex oblivione periret.* Idem sentit Jac. VVindetus in tractatu de vita functorum statu p. 161. ed. Roterdam. Fascic. IV. Opuscul. *R. Jebudæ* (inquit) *præsto fuisse ad Misnam concinnandam majorum suorum chartas, non different fateri, qui opus perlegerint. Ejus enim pleraque pars istiusmodi est, ut omnino per meram traditionem sine scripti adminiculo eo usque conservari non potuerit.* Imo compendium quoddam ante natales Christi per *Hillelem* confectum extitisse contendit *Seldenus* in prolegomenis ad Uxorem Hebraicam pag. 17. *Verum quidem est* [inquit] *Deuteroses Mosaicas, ut ipsi vocant in quoddam ordinum sex compendium ab* Hillele *ante Christi natales conjectas fuisse, cum antea per sexcentos distraherentur; qua de re consulas* Sepher Juchasin fol. 19. 2. & fol. 30. 2. *præter* R. Gedaliam ben Lechajah *in* Schalscheleth fol. 26. 4. Hinc merito *Josephus Scaliger* lib. VI. de emend. Temporum: *Si quis neget* [inquit] *Canones in Digestis Talmudicis antiquos esse, idem est ac siquis capita Papiniani, Pauli, Ulpiani, & aliorum Jurisconsultorum in Digestis Justiniani producta neget esse eorum Jurisconsultorum, quorum nomine citantur. Quod nemo sanus dixerit:* Quæ cum ita sint, nihil est, quod isti conquerantur, quod præteritis rivulis, fontes ipsos vetustimos adeundos, pescrutandosque censuerim, unde plurimum lucis utrique Testamento comparari possit, cum illi ipsi rivuli ab hisce fontibus derivati sint.

INDEX OPUSCULORUM,

Quæ in hoc volumine continentur.



NICOLAI MULERI

JUDÆORUM
ANNUS LUNÆ-SOLARIS:
ET
TURC-ARABUM
ANNUS MERE LUNARIS.

Recens uterque e suis fontibus deductus, & cum anno Romano facili methodo connexus.

LECTOR SALVE.



UI annales Turcicos lingua Latina vel Gallica ediderunt, viri alioqui eruditi, passim mendose annos Turcicos cum annis nostris copularunt, uti non uno loco monuit Scaliger, & res ipsa loquitur. Quare in gratiam eorum qui Annales istos evolvunt, construximus hunc annorum syllabum seu Indicem, e quo unusquisque citra temporis dispendium emendare poterit tempora prave a Leunclavio aliisve posita. Indicem exorsi sumus ab eo fere tempore quo gens ista capta Adrianopoli Christianos premere cœpit in Europa, & eundem porro extendimus ad annum Christi 1675. stilo Juliano. Comprehendit annos Turcicos 330. annos vero Romanos 320.

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
757	1356	Janu.	5	3
758	1356	Dec.	25	1
759	1357		14	5
760	1358		3	2
761	1359	Nov.	23	7
762	1360		11	4
763	1361	Octob.	31	1
764	1362		21	6
765	1363		10	3
* 766	1364	Sept.	28	7
767	1365		18	5
768	1366		7	2
769	1367	August.	28	7
770	1368		16	4
771	1369		5	1
772	1370	Julii	26	6
773	1371		15	3
774	1372		3	7
775	1373	Junii	23	5
776	1374		12	2
777	1375	Junii	2	7
778	1376	Mai.	21	4
779	1377		10	1
780	1378	April.	30	6
781	1379		19	3
782	1380		7	7
783	1381	Mart.	28	5
784	1382		17	2
785	1383		6	6
786	1384	Febr.	24	4
787	1385		12	1
788	1386		2	6
789	1387	Januar.	22	3
790	1388		11	7
791	1388	Dec.	31	5
792	1389		20	2
793	1390		9	6
794	1391	Nov.	29	4
* 795	1392		17	1
796	1393		6	5
797	1394	Octob.	27	3
798	1395		16	7
799	1396		5	5
800	1397	Sept.	24	2
801	1398		13	6
802	1399		3	4
803	1400	August.	22	1
804	1401		11	5
805	1402		1	3
806	1403	Julii	21	7
807	1404		10	5
808	1405	Junii	29	2

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
809	1406		18	6
810	1407		8	4
811	1408	Mai.	27	1
812	1409		16	5
813	1410		6	3
814	1411	Apr.	25	7
815	1412		13	4
816	1413		3	2
817	1414	Mart.	23	6
818	1415		13	4
819	1416		1	1
820	1417	Febr.	18	5
821	1418		8	3
822	1419	Januar.	28	7 *
823	1420		17	4
824	1421	Januar.	6	2
825	1421	Dec.	26	6
826	1422		15	3
827	1423		5	1
828	1424	Nov.	23	5
829	1425	Nov.	13	3
830	1426		2	7
831	1427	Octob.	22	4
832	1428		11	2
833	1429	Sept.	30	6
834	1430		19	3
835	1431		9	1
836	1432	Aug.	28	5
837	1433		18	3
838	1434		7	7
839	1435	Julii	27	4
840	1436		16	2
841	1437		5	6
842	1438	Junii	24	3
843	1439		14	1
844	1440		2	5
845	1441	Mai.	22	2
846	1442		12	7
847	1443		1	4
848	1444	April.	20	2
849	1445		9	6
850	1446	Mart.	29	3
851	1447		19	1
852	1448		7	5 *
853	1449	Febr.	24	2
854	1450		14	7
855	1451		3	4
856	1452	Januar.	23	1
857	1453		12	6
858	1454		1	3
859	1454	Dec.	22	1
860	1455		11	5

Ita legere oportet:

Annus Turcarum 757. iniit anno Christi 1356. die 5. Januarii feria 3. & annus 758. eodem anno, die 25. Dec. feria prima: & ita deinceps.

hoc signo * notatur initium cycli solaris in annis Romanis

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
861	1456	Nov.	29	2
862	1457		19	7
863	1458		8	4
864	1459	Octob.	28	1
865	1460		17	6
866	1461		6	3
867	1462	Sept.	26	1
868	1463		15	5
869	1464	Sept.	3	2
870	1465	August.	24	7
871	1466		13	4
872	1467		2	1
873	1468	Julii	22	6
874	1469		11	3
875	1470	Junii	30	7
876	1471		20	5
877	1472		8	2
878	1473	Mai.	29	7
879	1474		18	4
880	1475		7	1
* 881	1476	Apr.	26	6
882	1477		15	3
883	1478		4	7
884	1479	Mart.	25	5
885	1480		13	2
886	1481		2	6
887	1482	Febr.	20	4
888	1483		9	1
889	1484	Januar.	30	6
890	1485		18	3
891	1486		7	7
892	1486	Dec.	28	5
893	1487	Dec.	17	2
894	1488		5	6
895	1489	Nov.	25	4
896	1490		14	1
897	1491		4	6
898	1492	Octob.	23	3
899	1493		12	7
900	1494		2	5
901	1495	Sept.	21	2
902	1496		9	6
903	1497	Aug.	30	4
904	1498		19	1
905	1499		8	5
906	1500	Julii	28	3
907	1501		17	7
908	1502		7	5
909	1503	Junii	26	2
* 910	1504		14	6
911	1505		4	4
912	1506	Mai.	24	1

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
913	1507		13	5
914	1508		2	3
915	1509	April.	21	7
916	1510		10	4
917	1511	Mart.	31	2
918	1512		19	6
919	1513		9	4
920	1514	Febr.	26	1
921	1515		15	5
922	1516		5	3
923	1518	Januar.	24	7
924	1518		13	4
925	1519	Janu.	3	2
926	1519	Dec.	23	6
927	1520		12	4
928	1521		1	1
929	1522	Nov.	20	5
930	1523		10	3
931	1524	Octob.	29	7
932	1525		18	4
933	1526		8	2
934	1527	Sept.	27	6
935	1528		15	3
936	1529		5	1
937	1530	August.	25	5
938	1531		15	3
939	1532		3	7 *
940	1533	Julii	23	4
941	1534	Julii	13	2
942	1535		2	6
943	1536	Junii	20	3
944	1537		10	1
945	1538	Mai.	30	5
946	1539		19	2
947	1540		8	7
948	1541	April.	27	4
949	1542		17	2
950	1543		6	6
951	1544	Mart.	25	3
952	1545		15	1
953	1546		4	5
954	1547	Febr.	21	2
955	1548		11	7
956	1549	Januar.	30	4
957	1550		20	2
958	1551		9	6
959	1551	Dec.	29	3
960	1552		18	1
961	1453		7	5
962	1554	Nov.	26	2
963	1555		16	7
964	1556		4	4

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ.
965	1557	Octob.	24	1
966	1558		14	6
967	1559		3	3
* 968	1560	Sept.	22	1
969	1561		11	5
970	1562	Auguſt.	31	2
971	1563		21	7
972	1564		9	4
973	1565	Julii	29	1
974	1566		19	6
975	1567		8	3
976	1568	Junii	26	7
977	1569		16	5
978	1570		5	2
979	1571	Mai.	26	7
980	1572		14	4
981	1573		3	1
982	1574	April.	23	6
983	1575		12	3
984	1576	Mart.	31	7
985	1577		21	5
986	1578		10	2
987	1579	Febr.	28	7
988	1580		17	4
989	1681	Febr.	5	1
990	1582	Januar.	26	6
991	1583		15	3
992	1584		4	7
993	1584	Dec.	24	5
994	1585		13	2
995	1586		2	7
996	1587	Nov.	22	4
* 997	1588		10	1
998	1589	Octob.	31	6
999	1590		20	3
1000	1591		9	7
1001	1592	Sept.	28	5
1002	1593		17	2
1003	1594		6	6
1004	1595	Auguſt.	27	4
1005	1596		15	1
1006	1597		4	5
1007	1598	Julii	25	3
1008	1599		14	7
1009	1600		3	5
1010	1601	Junii	22	2
1011	1602		11	6
1012	1603		1	4
1013	1604	Mai.	20	1
1014	1605		9	5
1015	1606	Apr.	29	3
1016	1607		18	7

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ.
1017	1608		7	5
1018	1609	Mart.	27	2
1019	1610		16	6
1020	1611		6	4
1021	1612	Febr.	23	1
1022	1613		11	5
1023	1614		1	3
1024	1615	Januar.	21	7
1025 *	1616		10	4
1026	1616	Dec.	30	2
1027	1617		19	6
1028	1618		9	4
1029	1619	Nov.	28	1
1030	1620		16	5
1031	1621		6	3
1032	1622	Octob.	26	7
1033	1623		15	4
1034	1624		4	2
1035	1625	Sept.	23	6
1036	1626		12	3
1037	1627		2	1
1038	1628	Aug.	21	5
1039	1629		11	3
1040	1630	Julii	31	7
1041	1631		20	4
1042	1632		9	2
1043	1633	Junii	28	6
1044	1634		17	3
1045	1635		7	1
1046	1636	Mai.	26	5
1047	1637		16	3
1048	1638		5	7
1049	1639	April.	24	4
1050	1640		13	2
1051	1641		2	6
1052	1642	Mart.	22	3
1053 *	1643	Mart.	12	1
1054	1644	Febr.	29	5
1055	1645		17	2
1056	1646		7	7
1057	1647	Januar.	27	4
1058	1648		17	2
1059	1649		5	6
1060	1649	Dec.	25	3
1061	1650		15	1
1062	1651	Dec.	4	5
1063	1652	Nov.	22	2
1064	1653		12	7
1065	1654		1	4
1066	1655	Octob.	21	1
1067	1656		10	6
1068	1657	Sept.	29	3
1069	1658		19	1

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
1070	1659		8	5
1071	1660	August.	27	2
1072	1661		17	7
1073	1662		6	4
1074	1663	Julii.	26	1
1075	1664		15	6
1076	1665		4	3
1077	1666	Junii	24	1

Anni Arabici.	Connexio cum annis nostris.			Feriæ
1078	1667		13	5
1079	1668		1	2
1080	1669	Mai.	22	7
1081	1670		11	4
1082	1671	April.	30	1
1083	1672		19	6 *
1084	1673		8	3
1085	1674	Mart.	28	7
1086	1675		18	5

REGES TURCARUM.

Osman alias *Othman* a Buri ad sceptrum evectus Burusam in Bithynia occupavit anno Hegiræ 726. ibi sedem regiam fixit. *Prima sedes regni.*

Urchanes patri successit & e vita excessit anno 760.

Murath, sive *Amurath* Adrianopolim cepit anno 763. Christi 1362. mortuus est anno 791. *Secunda sedes.*

Bajazites post obsidionem Constantinopoleos in prælio capitur a Temure Chan anno 804. in cavea ferrea moritur.

Post aliquot annorum interregnum filius ejus

Muhameth regnare cœpit anno 816. desiit vivere anno 824.

Murath sive *Amurath* secundus imperavit annos 30. menses 6. obiit anno 855. 1. Muharrhem feria 4.

Muhameth secundus Constantinopolim vi expugnat anno 857. moritur anno 885. *Tertia*

Bajazet secundus, obiit anno 918. mense Sefer.

Selim Ægyptum subegit. Obiit anno 926.

Successit filius *Suleiman*, qui imperavit annos 46.

PRÆ-

PRÆFATIO.

ANNI Judaici forma cum ob artificiosam Solis & Lunæ connexionem pulcerrima, tum propter Historiam sacram cognitu dignissima merito censetur. Quam ex abstrusis Judæorum scriniis erutam primus, ni fallor, sermone Hebraico in lucem protulit *Sebastianus Munsterus*, vir ut a rerum Astronomicarum cognitione, ita etiam a linguæ sanctæ peritia instructissimus. Hunc longo temporis intervallo secutus *Josephus Scaliger* vir incomparabilis, longe luculentius ac cultiore calamo rem annariam Judæorum pertractavit, tanto animi ardore ut eandem sæpius repetierit, refinxerit & ad incudem revocaverit. Quippe hoc quasi filo Ariadnæo ductus omnium fere gentium annos, ex antiquitatis labyrinthis admiranda ingenii sagacitate in lucem protraxit, quo omnium populorum annales & tempora ad unam anni Juliani formam reduceret, atque ita priorum Chronologorum errores emendaret.

Anno 1527.

Verumenimvero vir magnus multis variisque implicitus occupationibus, & in diversas distractus cogitationes, facere non potuit quin nonnullibi adhæserit, & ut se extricaret novos in re astronomica canones incerto autore formaverit. Et quidem ob hanc præcipuam causam quoniam alios Astronomos præter Hipparchum & Ptolemæum ad Calendarii Judaici explicationem accersivit. At Judæorum olim Magistri hujus Calendarii formatores & reformatores Hipparchum istum naturæ interpretem, & cum eo Ptolemæum sectati sunt, ipsorum vestigiis religiose insistentes. Quod nobis demum innotuit ante annos plus minus viginti cum Tabulas Lunæ-solares e Ptolemæi fontibus conderemus. Quas si *Scaligero* (qui nobis earum pertexendarum autor fuit) videre contigisset, idem prorsus nobiscum sensisset & jure merito castigasset posterioris ætatis Rabbinos qui istud vel ignorarunt vel dissimularunt.

Quamobrem haud contemnendum operæ pretium facturi videmur, si totum Judæorum כור העבר ad proprios fontes reductum, & extra molem voluminum segregatum paucis brevibusque tabulis comprehensum publice proponamus. Porro scriptionis hujus methodus talis observata fuit & ordo. Primo loco damus Calendarium Romanum in suos menses diesque expansum, in quo præter literas feriarum indices continentur dies ab anni principio collecti. Quoniam duo ista requiruntur in emendata temporis positione, numerus, inquam, dierum & feria hebdomadis. Huic Calendario adnexus est cyclus Solaris, ut ex eo cognoscatur litera, ut vocant, Dominicalis, quæ feriæ primæ indicium facit quotannis. Præmisimus etiam Calendarium Judaicum integrum suis Sabbathis diebusque festis ac Jejuniis solemnibus exornatum; cujus dies singuli cum diebus anni nostri connexi visuntur: quæ omnia congruunt anno Judaico 5397. qui primus est in cyclo Lunari.

Ubi istud observandum venit, Festa omnia & Jejunia fixa haberi, hoc est, semper iisdem adhærere mensium diebus, ita ut in cæteris annis nihil mutandum veniat præter sabbatha, & dies anni Romani. Accessit ad calcem calendarii cyclus Lunæ quasi intenso digito demonstrans quo die anni nostri Judæi hoc seculo annos suos auspicentur proxime.

Quibus præmissis rem tandem aggredimur primariam, tradimusque duplicem anni formam, quarum prior mere cælestis est, horas horarumque momenta in singulis noviluniis (כולר vocant) observans: altera est forma anni politica menses singulos e diebus solidis constituens, initium capiens non a qualibet feria hebdomadis (ראש השנה dicunt) sed solummodo a feria secunda, tertia, quinta, septima, rejectis reliquis feriis tanquam minus idoneis ad anni exordium. Et ne forte Lunæ annus longius a Sole diffluat, docebitur quid sit שנה פשותה quid שנה מעברת Annus Communis & Annus Embolimæus. Item quid sint Tekuphæ, quibus tanquam vinculis Luna alligatur suo Soli; ne quatuor anni tempestates autumnum, hiemem, ver, æstatem alienis mensibus referat. Denique cognoscetur quid sit annus Ordinarius, quid Deficiens uno die mutilatus, quid annus Abundans uno die auctior Ordinario, sive sit annus iste Communis, sive Embolimæus. Hæc est hujus doctrinæ summa, quam paucis delucide ob oculos ponere conabimur, primum ex antiquis Judæorum rivulis, dein ex ipsissimis Astronomiæ Ptolemaicæ haustam fontibus, quo manifestus fiat numerorum utrimque consensus.

Rosch Haschana
Schana Peschuta
Schana Mehubereth

Dies	Januarius. di. 31.		Februarius. di. 28.		Martius. di. 31.		Aprilis. di. 30.	
1	A	1	d	32	d	00	g	91
2	b	2	e	33	e	61	A	92
3	c	3	f	34	f	62	b	93
4	d	4	g	35	g	63	c	94
5	e	5	A	36	A	64	d	95
6	f	6	b	37	b	65	e	96
7	g	7	c	38	c	66	f	97
8	A	8	d	39	d	67	g	98
9	b	9	e	40	e	68	A	99
10	c	10	f	41	f	69	b	100
11	d	11	g	42	g	70	c	101
12	e	12	A	43	A	71	d	102
13	f	13	b	44	b	72	e	103
14	g	14	c	45	c	73	f	104
15	A	15	d	46	d	74	g	105
16	b	16	e	47	e	75	A	106
17	c	17	f	48	f	76	b	107
18	d	18	g	49	g	77	c	108
19	e	19	A	50	A	78	d	109
20	f	20	b	51	b	79	e	110
21	g	21	c	52	c	80	f	111
22	A	22	d	53	d	81	g	112
23	b	23	e	54	e	82	A	113
24	c	24	f	55	f	83	b	114
25	d	25	g	56	g	84	c	115
26	e	26	A	57	A	85	d	116
27	f	27	b	58	b	86	e	117
28	g	28	c	59	c	87	f	118
29	A	29			d	88	g	119
30	b	30			e	89	A	120
31	c	31			f	90		

Areolæ continent literam Dominicalem, & numerum dierum collectorum ab anni initio.

Hebdomas quælibet septem habet ferias quarum prima nobis est dies Dominica; septima feria est Judæorum sabbathum.

Anno bissextili Februar. habet dies 29. quo anno geminatur litera f in 24. & 25. Februar. assunta altera litera Dominicali post 25. Febr.

Dies	Majus. di. 31.		Junius. di. 30.		Julius. di. 31.		Augustus. di. 31.	
1	b	121	e	152	g	182	c	213
2	c	122	f	153	A	183	d	214
3	d	123	g	154	b	184	e	215
4	e	124	A	155	c	185	f	216
5	f	125	b	156	d	186	g	217
6	g	126	c	157	e	187	A	218
7	A	127	d	158	f	188	b	219
8	b	128	e	159	g	189	c	220
9	c	129	f	160	A	190	d	221
10	d	130	g	161	b	191	e	222
11	e	131	A	162	c	192	f	223
12	f	132	b	163	d	193	g	224
13	g	133	c	164	e	194	A	225
14	A	134	d	165	f	195	b	226
15	b	135	e	166	g	196	c	227
16	c	136	f	167	A	197	d	228
17	d	137	g	168	b	198	e	229
18	e	138	A	169	c	199	f	230
19	f	139	b	170	d	200	g	231
20	g	140	c	171	e	201	A	232
21	A	141	d	172	f	202	b	233
22	b	142	e	173	g	203	c	234
23	c	143	f	174	A	204	d	235
24	d	144	g	175	b	205	e	236
25	e	145	A	176	c	206	f	237
26	f	146	b	177	d	207	g	238
27	g	147	c	178	e	208	A	239
28	A	148	d	179	f	209	b	240
29	b	149	e	180	g	210	c	241
30	c	150	f	181	A	211	d	242
31	d	151			b	212	e	243

In Epocha Christiana quartus quisque annus est Bissextilis, nempe post centenarios hi:

4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. 44. 48. 52. 56. 60. 64. 68. 72. 76. 80. 83. 88. 92. 96.

In quibus annis dies collecti majores 59. referri debent ad diem proxime antecedentem.

Dies	Septemb. di. 30.		October. di. 31.		Novemb. di. 30.		Decemb. di. 31.	
1	f	244	A	274	d	305	f	335
2	g	245	b	275	e	306	g	336
3	A	246	c	276	f	307	A	337
4	b	247	d	277	g	308	b	338
5	c	248	e	278	A	309	c	339
6	d	249	f	279	b	310	d	340
7	e	250	g	280	c	311	e	341
8	f	251	A	281	d	312	f	342
9	g	252	b	282	e	313	g	343
10	A	253	c	283	f	314	A	344
11	b	254	d	284	g	315	b	345
12	c	255	e	285	A	316	c	346
13	d	256	f	286	b	317	d	347
14	e	257	g	287	c	318	e	348
15	f	258	A	288	d	319	f	349
16	g	259	b	289	e	320	g	350
17	A	260	c	290	f	321	A	351
18	b	261	d	291	g	322	b	352
19	c	262	e	292	A	323	c	353
20	d	263	f	293	b	324	d	354
21	e	264	g	294	c	325	e	355
22	f	265	A	295	d	326	f	356
23	g	266	b	296	e	327	g	357
24	A	267	c	297	f	328	A	358
25	b	268	d	298	g	329	b	359
26	c	269	e	299	A	330	c	360
27	d	270	f	300	b	331	d	361
28	e	271	g	301	c	332	e	362
29	f	272	A	302	d	333	f	363
30	g	273	b	303	e	334	g	364
31			c	304			A	365

Annus bissextilis dies continet 366.

Qui alias Cyclus Solis dicitur.

Anni in hoc cyclo primi:

1532
1560
1588
1616
1644
1672

Anni Bissextil.	post biss. primi.	post biss. secundi.	post biss. tertii.
1. G. F.	2. E.	3. D.	4. C.
5. B. A.	6. G.	7. F.	8. E.
9. D. C.	10. B.	11. A.	12. G.
13. F. E.	14. D.	15. C.	16. B.
17. A. G.	18. F.	19. E.	20. D.
21. C. B.	22. A.	23. G.	24. F.
25. E. D.	26. C.	27. B.	28. A.

Literæ in cyclo hoc procedunt ordine.

Gaudet Frisia Equis, Dat Carbasa Battavus Austris.

In anno bissextili prior litera in usu est usque ad 24. Februarii cui mox post 25. Febr. succedit altera ad anni finem, diei Dominicæ index.

Regula perpetua.

Annos Christi divide per 28. residuo adde 9. rursus subducendo 28. si excreverit, habebis cyclum Solis. Ut Annus 1616. post divisionem relinquit 20. adjectis 9. sunt 29. quare annus est cycli primus, & sequens annus est secundus & ita deinceps numerabis donec perveneris ad annum præsentem, 1630. qui est 15. cycli: & habet literam C. Idem erit si diviseris 1630. in 28. & residuo 6. adjeceris 9. Utere sequenti tabella.

Tabella divisionis	
1	28
2	56
3	84
4	112
5	140
6	168
7	196
8	224
9	252

CALENDARII JUDAICI
DELINEATIO.

In qua annus Judaicus quinquies millesimus trecentesimus nonagesimus septimus cum suis Sabbathis festisque repræsentatur, connexus cum annis Christi 1636. & 1637. cyclis Solis XXI. & XXII.

Sola Sabbatha mobilia sunt in anno Judaico; festa vero & Jejunia perpetuo iisdem anni mensisque diebus immota adhærent.

Est autem iste annus 1397. ordine primus in cyclo Lunari Judæorum ducentesimo octogesimo quinto.

IN CALENDARII VESTIBULO HÆC OBSERVANDA VENIUNT.

I.

Primus annus in Epocha Judaica cœpit anno Periodi Julianæ 953. Octobris septimo, feria secunda: cyclo Solis primo. Hoc est, annis 3761. ante Epocham annorum Christi.

II.

Anni Judaici exordium est ab æquinoctio autumnali, quod in primo cycli Lunaris anno perpetuum est, ex abaco Ptolemaico.

III.

Anno Christi currenti, ut vocant, addantur 3761. summa erit annus Judaicus iniens ab autumno. Ut anno Christi 1630. incipit annus 5397. mense Septembri.

IV.

In calculo Æquinoctiorum & Noviluniorum observant Judæi tempus (uti Astronomorum filii loquuntur) medium, horasque numerant non a meridiano Hierosolymitano, uti hactenus creditum fuit, sed a meridiano Eden ubi creatus Adam, sub quo est Ur Chaldæorum: qui meridianus distat ab Alexandrino versus ortum scrupulis horariis 849. qualia in una hora continentur 1080.

תשרי Primus mensis in anno Politico.

ANNO 1636.		Dies	I. THISRI dierum 30.
Septemb.	20	1	Clangor Tubarum.
	21	2	*Levit.* 23.
	22	3	Jejunium Godoliæ.
	23	4	
	34	5	*Sabbathum.*
	B 25	6	
	26	7	Jejunium propter vitulum fabricatum.
	27	8	
	28	9	
	29	10	Jejunium Kippurim.
	30	11	
Octob.	1	12	*Sabbathum.*
	B 2	13	
	3	14	
	4	15	Σκηνοπηγια.
	5	16	
	6	17	
	7	18	
	8	19	*Sabbathum.*
	B 9	20	
	10	21	ἡ βαϊοφόρος.
	11	22	Octava σκηνοπηγιας
	12	23	Festivitas Legis.
	13	24	
	14	25	
	15	26	*Sabbathum.*
	B 16	27	
	17	28	
	18	29	
	19	30	

Hic annus Judaicus 5397. primus est in cyclo Lunari, quem præcessere cycli integri 284.

Hic mensis est septimus in anno sacro.

Character Thisri hoc anno 3. 1. 704.

De cæde Godoliæ legendus Jerem. cap. 41.

Festa & jejunia Judæorum diei suo affixa manent. Sabbatha vero mutant quotannis sedem suam.

10. die Jejunium Expiationum quod unum a Deo mandatum est *Levit.* 23.

Die 15. est festum Tabernaculorum *Levit.* 23.

Die 21. gestantur rami salicis vel palmarum.

מרחשון Mensis Secundus.

1636.	Dies	2. MARCHESVAN dierum 29.
Octob. 20	1	
21	2	
22	3	*Sabbathum.*
B 23	4	
24	5	
25	6	
26	7	Jejunium.
27	8	
28	9	
29	10	*Sabbathum.*
B 30	11	
31	12	
Novemb. 1	13	
2	14	
3	15	
4	16	
5	17	*Sabbathum.*
B 6	18	
7	19	
8	20	
9	21	
10	22	
11	23	
12	24	*Sabbathum.*
B 13	25	
14	26	
15	27	
16	28	
17	29	

Octavus in anno sacro.

Ejus Character hoc anno 4. 14. 417.

Hic Mensis בשנה שלימה in anno Abundanti augetur uno die. Sunt in eo anno tres Menses continue pleni, primus, secundus, & tertius.

Die 7. excæcatur Sedekias & filii ejus coram eo jugulantur. *Jeremiæ* 52. Quæ causa est jejunii.

כסליו Menſis Tertius.

1636.		Dies	3. CASLEU dierum 30.
Novemb.	18	1	
	19	2	*Sabbathum.*
	B 20	3	
	21	4	
	22	5	
	23	6	
	24	7	
	25	8	
	26	9	*Sabbathum.*
	B 27	10	
	28	11	
	29	12	
	30	13	
Decemb.	1	14	
	2	15	
	3	16	*Sabbathum.*
	B 4	17	
	5	18	
	6	19	
	7	20	
	8	21	
	9	22	
	10	23	*Sabbathum.*
	B 11	24	
	12	25	Encænia.
	13	26	1. *Macch.* 4.
	14	27	
	15	28	Jejunium.
	16	29	
	17	30	*Sabbathum.*

Nonus in anno ſacro.

Character hoc anno 6. 3. 130.

Hic Menſis בשנה חסירה In anno Deficiente minuitur uno die, qui annus tres habet menſes continue cavos, ſecundum tertium & quartum. Reliqui menſes præter ſecundum & tertium, nullam admittunt in numero dierum mutationem.

Die 28. Jojakim combuſſit volumen quod ſcripſerat Baruch dictante Jeremia. *Jerem.* 36.

טבת Mensis Quartus.

1636.	Dies	4. TEBETH. dierum 29.	Decimus in anno sacro. *Character hoc anno 7. 15. 923.*
Decemb. B 18	1		Mensis hujus mentio in libro Estheris c. 2. v. 16.
19	2		
20	3		
21	4		
22	5		
23	6		
24	7	*Sabbathum.*	
B 25	8	Jejunium.	Die 8. scripta est lex Græce diebus Ptolemæi regis.
26	9		
27	10	Jejunium.	Die 10. obsidetur Jerusalem a Rege Babyloniæ.
28	11		
29	12		
1637. 30	13		
31	14	*Sabbathum.*	
Januar. A 1	15		
2	16		
3	17		
4	18		
5	19		
6	20		
7	21	*Sabbathum.*	
A 8	22		
9	23		
10	24		
11	25		
12	26		
13	27		
14	28	*Sabbathum.*	
A 15	29		

שבט Mensis Quintus.

ANNO 1637.		Dies	5. SCHEBAT dierum 30.	Undecimus in anno sacro. *Ejus Character hoc anno*, 2. 4. 636.
Januar.	16	1		Zachariæ 1. v. 7.
	17	2		1. Machab. 16. v. 14.
	18	3		
	19	4		
	20	5	Jejunium.	Die 5. moriuntur Seniores qui fuerunt æquales Josuæ filii Nun. *Jud.* 2.
	21	6	*Sabbathum.*	
	A 22	7		
	23	8		
	24	9		
	25	10		
	26	11		
	27	12		
	28	13	*Sabbathum.*	
	A 29	14		
	30	15		
	31	16		
Februar.	1	17		
	2	18		
	3	19		
	4	20	*Sabbathum.*	
	A 5	21		
	6	22		
	7	23	Jejunium.	Die 23. congregati sunt omnes Israelitæ contra Benjamin. *Judicum* 20.
	8	24		
	9	25		
	10	26		
	11	27	*Sabbathum.*	
	A 12	28		
	13	29		
	14	30		

אדר ראשון Mensis Sextus.

Dies	ADAR prior, mensis intercalaris dierum 30.
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	Phurim katon.
16	
17	
18	
19	
20	
21	
22	
23	
24	
25	
26	
27	
28	
29	
30	

Hic mensis hunc occupat locum in anno Embolimæo, hoc est in annis Cycli Lunaris tertio, sexto, octavo, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, decimonono.

Caret diebus festis & jejuniis. Sola in eo celebrantur Sabbatha, & Phurim minor.

Anno Embolimæo Judæi bis celebrant dies Phurim, primum die 15. hujus mensis, qui dicitur Phurim minor, & rursus mense sequenti.

In plærisque Europæ locis Christiani ineunte Carnisprivio imitantur Phurim Judæorum.

אדר שני Mensis Sextus.

ANNO 1637.	Dies	6. ADAR ordinarius dierum 29.	
Februar. 15	1		Hic mensis in anno Embolimæo ordine septimus, dicitur Adar secundus. In anno sacro est ultimus ejus *Character hoc anno*. 3. 17. 349.
16	2		
17	3		
18	4	*Sabbathum*.	
A 19	5		
20	6		
21	7	Jejunium.	Die 7. moritur Moses.
22	8		
23	9	Jejunium.	9. Schola Schammai & schola Hillel inter se contendere cœperunt.
24	10		
25	11	*Sabbathum*.	
A 26	12		
27	13	Humiliatio Esther.	
28	14	פורים, Mardochæus.	Die 14. Purim 1. Sortes Mardochæi. *Est.* 3. & 9.
Martii, 1	15	Susan Purim,	
2	16		
3	17		
4	18	*Sabbathum*.	Diebus Purim Judæi indulgent genio per biduum vacantes conviviis & rebus ludicris, ex constitutione Mardochæi. *Esth.* 9.
A 5	19		
6	20		
7	21		
8	22		
9	23		
10	24		
11	25	*Sabbathum*.	
A 12	26		
13	27		
14	28		
15	29		

ניסן Mensis Septimus.

1637.		Dies	7. NISAN dierum 30.
Martii.	16	1	Jejunium.
	17	2	
	18	3	*Sabbathum.*
	A 19	4	
	20	5	
	21	6	
	22	7	
	23	8	
	24	9	
	25	10	Jejunium. *Sabbathum.*
	A 26	11	
	27	12	
	28	13	
	29	14	
	30	15	פסח PASCHA.
	31	16	
Aprilis.	1	17	*Sabbathum.*
	A 2	18	
	3	19	
	4	20	
	5	21	
	6	22	
	7	23	
	8	24	*Sabbathum.*
	A 9	25	
	10	26	Jejunium.
	11	27	
	12	28	
	13	29	
	14	30	

Hic est primus in anno sacro.

Characterem habet hoc anno 5. 6. 62.

Mortui sunt filii Aharon.

Hic mensis in libris Mosis *Abib* appellari videtur *Exod.* 34.

10. moritur Maria Mosis soror. Eligitur Agnus Paschalis.

Quoties Sabbathum occupat diem jejunii, transfertur jejunium.

Agnus mactatur die 14. inter duas vesperas. Solemnitas Paschatis die 15. *Exod.* 12.

Die 26. moritur Josua filius Nun. *Jos.* 34.

אייר Menſis Octavus.

1687.	Dies	8. I J A R dierum 29.	Secundus in anno ſacro. *Character ejus hoc anno* 6. 18. 855.
Aprilis. 15	1	*Sabbathum.*	
A 16	2		
17	3		
18	4		
19	5		
20	6		
21	7		
22	8	*Sabbathum.*	
A 23	9		
24	10	Jejunium.	Die 10. moritur Eli Pontifex maximus, & ambo filii ejus. Capitur arca teſtimonii. 1. *Sam.* 4.
25	11		
26	12		
27	13		
28	14		
29	15	*Sabbathum.*	
A 30	16		
Maii. 1	17		
2	18		
3	19		
4	20		
5	21		
6	22	*Sabbathum.*	
A 7	23		
8	24		
9	25		
10	26		
11	27		
12	28	Jejunium.	Die 28. moritur Samuel Propheta. Plangitur ab omni populo. 1. *Sam.* 25.
13	29	*Sabbathum.*	

סיון Mensis Nonus.

1637.	Dies	9. SIWAN dierum 30.	Tertius in anno sacro. *Characterem habet hoc anno* 1. 7. 568.
Maii. A 14	1		
15	2		
16	3		
17	4		
18	5		
19	6	Pentecoste.	A Paschate ad Pentecosten dies sunt 50. nobis Christianis dies 49.
20	7	*Sabbathum.*	
A 21	8		
22	9		
23	10		
24	11		
25	12		
26	13		
27	14	*Sabbathum.*	
A 28	15		
29	16		
30	17		
31	18		
Junii. 1	19		
2	20		
3	21	*Sabbathum.*	
A 4	22		
5	23	Jejunium.	23. desistunt ferre primogenita & primitias Jerosolyma in diebus Jeroboam filii Nabat.
6	24		
7	25		
8	26		
9	27	Jejunium.	27. combustus est Rabi Hanina una cum libro legis.
10	28	*Sabbathum.*	
A 11	29		
12	30		

תמוז Mensis Decimus.

1637.	Dies	10. THAMUS dierum 29.	Quartus in anno sacro. *Character ejus hoc anno* 2. 20. 281.
Junii. 13	1		
14	2		
15	3		
16	4		
17	5	*Sabbathum.*	
A 18	6		
19	7		
20	8		
21	9		
22	10		
23	11		
24	12	*Sabbathum.*	
A 25	13		
26	14		
27	15		
28	16		
29	17	Jejunium.	17. franguntur tabulæ Legis. Epistemon cremat librum Legis. Ponit statuam in templo.
30	18		
Julii. 1	19	*Sabbathum.*	
A 2	20		
3	21		
4	22		
5	23		
6	24		
7	25		
8	26	*Sabbathum.*	
A 9	27		
10	28		
11	29		

אב Mensis Undecimus.

1637.	Dies	11. AB dierum 30.	
			Quintus in anno sacro.
			Characterem habet hoc anno 4. 8. 1074.
Julii. 12	1	Jejunium.	1. moritur Aharon Pontifex.
13	2		
14	3		
15	4	*Sabbathum.*	
A 16	5		
17	6		
18	7		
19	8		
20	9	Jejunium.	9. Decretum contra Judæos ne ingrederentur in terram Judæam. Desolatio templi prioris & posterioris.
21	10		
22	11	*Sabbathum.*	
A 23	12		
24	13		
25	14		
26	15		
27	16		
28	17		
29	18	Jejunium. *Sabbathum.*	18. Extincta est lucerna vespertina in diebus Ahaz.
A 30	19		
31	20		
Augusti. 1	21		
2	22		
3	23		
4	24		
5	25	*Sabbathum.*	
A 6	26		
7	27		
8	28		
9	29		
10	30		

אלול Mensis duodecimus, anni ultimus.

1637.	Dies	12. ELUL dierum 29.	Sextus in anno sacro. *Character ejus hoc anno* 5. 21. 787.
Augusti, 11	1		
12	2	*Sabbathum.*	
A 13	3		
14	4		
15	5		
16	6		
17	7	Jejunium.	
18	8		
19	9	*Sabbathum.*	
A 20	10		
21	11		
22	12		
23	13		
24	14		
25	15		
26	16	*Sabbathum.*	
A 27	17	Jejunium.	17. moriuntur exploratores qui diffamaverunt terram. *Num.* 14.
28	18		
29	19		
30	20		
31	21		
Septemb. 1	22		
2	23	*Sabbathum.*	
A 3	24		
4	25		*Hic annus* 5397. *cœpit vicesimo Septemb. & terminatur octavo Septemb. totis undecim diebus minor anno Romano.*
5	26		
6	27		
7	28		
8	29		

CYCLUS TERMINORUM;

HOC EST

Cyclus Lunæ Judaicus cum anno Romanorum connexus, huic ſeculo congruens.

	Anni.	*Neomenia Thiſri.*
	1	Septemb. 20.
	2	Septemb. 9.
Embol.	3	Auguſti 30.
	4	Septemb. 18.
	5	Septemb. 6.
Embol.	6	Auguſti 25.
	7	Septemb. 14.
Embol.	8	Septemb. 3.
	9	Septemb. 22.
	10	Septemb. 11.
Embol.	11	Auguſti 31.
	12	Septemb. 19.
	13	Septemb. 7.
Embol.	14	Auguſti 29.
	15	Septemb. 16.
	16	Septemb. 5.
Embol.	17	Auguſti 26.
	18	Septemb. 12.
Embol.	19	Septemb. 2.

Tabellam hanc adi cum anno cycli Lunaris; ut cognoſcas cum quoto die menſis Septemb. vel Auguſti quadret Neomenia menſis Thiſri, in anno Juliano.

Ut anno primo cycli Calendæ Thiſri in 20. Sept. Anno ſecundo Septemb. 9.

Sed *Roſch haſchana* id eſt caput anni civilis nonnunquam diſcrepat uno alterove die, quod cognoſcitur ex feriis.

Quinque anni Embolimæi initium capiunt ſub exitum menſis Auguſti, duo principio Septembris; in anno Juliano.

In anno Gregoriano Thiſri nunquam aſcendit in menſem Auguſtum.

DE
ANNO JUDAICO
CAPUT PRIMUM.

De diversis anni differentiis.

HEbræorum Calendarium in lucem edere cogitanti propositum non erat de tota re annaria agere, sed illa tantum proponere quæ ad Judæorum Neomænias, calendariumque maxime spectant: Verum a viro magno & amico * monitus ut in eorum gratiam qui in hac disciplinæ parte rudiores adhuc sunt, de anno ἐν γένει nonnihil in medium adferrem, constitui paucis de anno ejusque generibus differere, simulque demonstrare qualis sit anni Hebræorum forma. Annus igitur latiore significatu est alicujus orbis cœlestis revolutio & circulus, sive temporis intervallum quo sidus aliquod aut sidera circulum motu proprio absolvunt: Et in hac significatione tot sunt annorum genera quot sunt motuum cœlestium periodi; nempe annus Lunæ, annus Solis, Martis, Jovis, Saturni, & omnium stellarum fixarum simul & conjunctim super polis Zodiaci in orbem latarum, qui annus est omnium longissimus.

* UBBO-NEEM-MIO. p. m.

Annum quid.

Sed strictiore & magis usitata significatione, annum appellamus illud temporis intervallum, quod quatuor complectitur tempestates, Ver, Æstatem, autumnum, & Hiemem, ut a messe ad messem, vel ut Poeta loquitur: *Post aliquot*, mea regna videns mirabor, *aristas*. Ubi post *aliquot aristas*, idem quod post aliquot annos. Quoniam agricolæ a messe ad messem annum definiunt. Hebræis שנה *Schana* dicitur, Græcis ἔτος καὶ ἐνιαυτός, Latinis annus, quasi major annulus, sicut circus, major circulus nuncupatur.

Istius anni triplex est in usu civili differentia. Est enim annus vel mere Solaris, vel mere Lunaris, vel mixtus. Anno mere solari utuntur passim Europæi omnes ex instituto & edicto Julii Cæsaris; quem Calippus trecentis fere ante Cæsarem annis definiverat diebus trecentis sexaginta quinque, cum quadrante diei. Istos dies Cæsar in duodecim menses distribuit, quarto quoquo anno ex quatuor diei quadrantibus conflans diem unum mensi Februario inserendum, ita ut quodlibet quadriennium compleatur diebus 1461. Et hæc ut usu novissima, ita commoditate longe optima censetur anni forma. Priscis temporibus apud plerasque in Oriente gentes in usu fuisse creditur alia anni solaris forma, totidem constans diebus 365. sed absque horarum appendice: hac tamen lege ut exacto seculo (1. e. post annos 120.) integer mensis intercalaretur, ex centum & viginti diei quadrantibus collectus, ne menses æstivi in ver hiememque & contra hiberni in æstatem migrarent, quod in annis Nabonassari ob neglectam intercalationem, necessario accidit.

Calippus

Anni Ægypt.

Consulatur Calendarium nostrum Roman. Tabul. Frisicis annexum.

Anno mere Lunari hodie utuntur Turcæ & Arabes aliique populi sectæ Machometanæ addicti. Quorum annus duodecim mensibus Lunaribus completur, diebus constans ut plurimum 354. & interdum diebus 355. absque ulla intercalatione libere fluens: Unde fit ut nulli apud eos sint menses hiberni, nulli æstivi, sed quod hiems occupaverit, eosdem post annos plus minus sedecim occupabit æstas, ab eadem æstate post alteros sedecim annos, rursum ad hiemem retro redituros. Qua ratione fit ut menses singuli totum annum solarem perambulent spatio annorum plus minus triginta duorum, a calce caput versus ascendendo.

Annus Arabum.

Tertia anni species est mixti generis Solem simul respiciens & Lunam. Menses in eo duodeni ad motus Lunaris normam describuntur, uti in anno mere Lunari, a Novilunio ad sequens Novilunium, alternis pleni & cavi, hoc est dierum 30. & dierum 29. hac tamen conditione, ut menses servent suas tempestates, hoc est, menses verni, æstivi, autumnales, & hiberni perpetuo in eadem maneant tempestate. Quo solo differt ab anno mere Lunari. At quo pacto istud obtineri potest cum duodecim menses Lunares alternis cavi plenique non excedant numerum dierum 354? Respondebo istud obtineri crebra intercalatione integri mensis in anni calce. Quoties nempe ex excessu anni solaris supra annum Lunarem collecti fuerint dies triginta, (quod tertio quoquo anno accidit aut citius) crescit iste annus uno mense, diesque habet ordinaro 384. annum solarem superans diebus fere novemdecim. Hujus,

Annus mixtus.

Hujus, inquam, intercalationis beneficio impeditur mensium illa vaga migratio, & singuli in suis retinentur tempestatibus. Hac tertia anni forma usi quondam fuere Græci, Chaldæi, Syri, Judæi, Itali, Germani, Galli, ante tempora Julii Cæsaris, discrepantes tamen tum anni capite, tum mensium appellationibus. Germanorum Gallorumque veterum menses fuisse Lunares docet Cæsar in Commentariis, & tamen non fuisse vagos arguit vetus appellatio, ut *Faarmanet*, *Hoimanet*, *Trimilchi*, id est, mensis flumina mareque navigantibus aperiens: mensis fœno secando colligendoque idoneus: Trimilchi vero Majo nostro respondens a lactis ubertate, tertioque iterata mulsione diurna nomen habet. Hæc inquam aliaque mensium Germanorum nomina satis docent menses istos non fuisse vagos, sed in eadem anni tempestate hæsisse. Quod etiam confirmatur luculento testimonio Diodori Siculi, scribentis τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδα populis ad Borealem Oceanum sitis, fuisse cognitam, eamque ex motu Oceani fuisse observatam. Quare non omnis sapientia (ait Scaliger) penes Chaldæos & Orientem fuit. Etiam Occidentis aut Septentrionis homines fuerunt λογικὰ ζῶα. Est autem Enneadecaeteris cyclus novemdecim annorum quo ratiocinia solis Lunæque paria faciunt. Admiranda enim Dei opificis providentia effectum est, ut menses Lunares 235. tempore æquentur novemdecim annis solaribus, quod apud Græcos primus demonstrasse fertur Meton Astronomus uno seculo prior Alexandro Magno. Qui Meton dictum mensium 235. numerum ita in annos novemdecim distribuit, ut sint duodecim anni duodecim mensium, & septem anni tredecim mensium. Illosque appellant communes, hos vero intercalares, Græce ἐμβολιμαίους. In annis igitur 12. communibus sunt menses 144. in septem annis intercalaribus continentur menses 91. simul constituentes dictam summam 235. mensium. Qui simul juncti æquantur annis novemdecim solaribus, adeo præcise ut differentia minor sit sesquihora, quemadmodum paulo post fiet manifestum. Quare non immerito hic Cyclus a Græcis μέγας ἐνιαυτὸς, Annus magnus appellatur: Annus non tantum Græcis Chaldæisque notus, sed etiam veteribus Cimbris, Saxonibus, Britannis aliisque Oceani Septentrionalis accolis. Quæ vel sola disciplina ipsos a barbarie vendicare potuit.

Beda & post ipsum Scalig.

Emend. temp. p. 164.

Cyclus Lunæ.

Meton.

Sed ut ad Judæos revertamur: Cum staret floreretque ipsorum respub. usi sunt Judæi hac ipsa anni forma, tot gentibus communi, eandemque etiamnunc soli ex tot populis constanter retinent, ac conservant. Quod referendum putavi quo tanto ardentius in hoc pulcherrimum utilissimumque studium incumberent viri literati, ad cognoscendum anni formam, qua non tantum Dei Ecclesia usa fuit, sed etiam majores nostri in Germania, Gallia atque Britannia, atque adeo plerique omnes in Europa Asiaque populi, amplius dicam, Anni forma, quam nos Christiani a Patribus traditam adhuc servamus in celebratione festorum Paschatis & Pentecostes. Cujus anni a Judæis integre conservati subsidio adjutus atque probe instructus magnus ille Scaliger, divinum illud opus de Emendatione temporum condidit atque ex tenuibus veteris anni Græcorum & Latinorum vestigiis ruderibusque, structuram collapsam erexit, in pristinamque formam restituit. Quod nemo ante ipsum ob hujus subsidii defectum adeo luculenter præstare potuit.

CAPUT II.

De Principio diei apud Judæos. De meridiano Paradisi.

NOtum est Judæos diem auspicari ab occasu Solis. Quod olim Gallis etiam in usu fuisse testatur J. Cæsar. Sed hora occasus Solis propter inæqualitatem dierum certa esse non potest. Epilogismus vero Astrorum requirit horam certam non vagam sed fixam. Quare placuit Judæis assumere horam sextam a meridie exactam. Qua hora scilicet occidit Sol principio anni Judaici, sive illud sit principium vernum sive autumnale. Ptolemæus autem tempus Astronomicum exorditur a meridie, hoc est octodecim horis serius quam Judæi. Quare tempori noviluniorum Ptolemæi addendæ sunt horæ 18. ut consentiat cum tempore Judaico, & quidem sub eodem meridiano Alexandrino Ægypti. Præterea quoniam meridianus Judæorum orientalior est Alexandrino scrupulis horariis 849. (qualia in hora una continentur 1080. dicta *Helakim* voce Hebræa.) Quæ scrupula 849. æqualia sunt sexagenis primis 47. secundis 10. idcirco præter horas adjici debent etiam scrupula 47. 10. Iste vero meridianus Judaicus major est Hierosolymitano. Nam uti docet Ptolemæus ex observationibus Eclypsium, ipsa Babylon ab Alexandria distat non amplius 50. scrupulis unius horæ. In cujus vicinia creatus creditur Adamus circa fluenta Euphratis,

Helakim

Paradisus tis, ubi olim גן בעדן primum Adami domicilium. Inde igitur petenda fuere Temporis primordia potius quam ab urbe Hierosolyma. In Tabulis vero Frisicis tempora putantur a media nocte sub meridiano Frisico, qui duabus horis occidentalior est Alexandrino. Tempus igitur noviluniorum e Tabulis Frisicis, Uraniaque Ptolemaica excerptum augendum est horis 8. scrup. 47. 10. ut convertatur in tempus Judaicum, & quadret meridiano per Eden transeunti. Exempli gratia: Anno Periodi Julianæ 953. mense Octobri novilunium medium fuit die sexto, horis 20. scrup. 24. sec. 10. post medium noctis in Frisia. Huic tempori adde horas sex ob diversum diei principium & rursum horas 2. scrup. 47. 10. propter meridianorum differentiam,

		hor.		
Octob.	6	20	24	10
		8	47	10
Octob.	7	5	11	20

Octobris die septima horis 5. 11. 20. ab occasu Solis. Vel Judæorum more Octob. 7. 5. 204. quod est ipsissimum novilunium Tohu, Judæis passim decantatum, cujus character in ipsorum scriptis passim occurrit,

ב ה רד
204 5 2

Id est, die secunda hebdomadis, horis quinque, scrupulis 204. post horam sextam vespertinam i. e. post initium diei secundæ.

Hæc est omnium neomæniarum Epocha vel Radix, dicta *Tobu* quoniam, ex Judæorum sententia, primus fuerit iste Luminarium congressus, & quidem nocturnus, paulo ante mediam noctem, sexto die post creatam Lunam.

En calculum istius novilunii ex abaco Ptolemaico.

Tab. fris. pag. 92. & 108. 118. 120.

		dies.	hor.	m.	sec.
Radix	901	10	15	4	7
Anni	52	4	19	52	17
Octob.	biss.	8	5	23	30
Subtrahe		23	16	19	54
ex		30	12	44	4
Octob.	die	6	20	24	10
Adde			8	47	10
Octobris		7	5	11	20

Hoc est Octob. 7. fer. 2. 5. 204.

CAPUT III.

De mensibus eorumque appellationibus.

MEnsium nomina accepta debentur Chaldæis. Nam ante captivitatem Babylonicam in Biblis non occurrunt, inquit Rabbi Ezra. Sunt vero ordinario alternis pleni & cavi, hoc est di. 30. & 29.

	Caput anni civilis.			*Caput anni sacri.*	
	THISRI	30		NISAN	30
Autumn.	MARCHESVAN	29	*Verni.*	IJAR	29
	CASLEU	30		SIVAN	30
	TEBETH	29		THAMUZ	29
Hiberni.	SCHEBAT	30	*Æstivi.*	AB	30
	ADAR	29		ELUL	29
		177			177

In

In anno Embolimæo inseritur mensis intercalaris dierum 30. dictus *Adar prior*, mensem Schebat proxime sequens.

In anno Abundanti Marchesvan est plenus; in anno deficiente Casleu est cavus. Quare in illo dantur tres menses continue pleni, in hoc tres continue cavi.

Reliqui menses præter Marchesvan & Casleu semper servant quisque suum dierum numerum.

Unde manifestum, alterum semestre esse semper dierum 177. nempe a Nisan ad sequentem Thisri. Sed a Thisri ad sequentem Nisan dies 176. 177. 178. vel denique 206. 207. 208. quod observandum fuerat.

ÆQUINOCTIA

Continentur in mensibus Thisri & Nisan, Solstitia ad Tebeth & Thamuz pertinent.

Porro mensium dictorum mentio in sacris Bibliis exstat hisce locis.

Nisan *mensium primus*, *Estheris* 3. *v.* 7. *Nehem.* 2. *v.* 1.
Sivan *mensis tertius*, *Esth.* 8. *v.* 19.
Casleu *nonus mensis*, *Zach.* 7. *Nehem.* 1. *v.* 1. & 1. *Macch.* 4. *v.* 52. & 2. *Macch.* 1.
Tebeth *decimus*, *Esth.* 2. *v.* 16.
Schebat *undecimus*, *Zacch.* 1. & 1. *Macch.* 16.
Adar *duodecimus Esth.* 3.
Elul *Nehem.* 6. & 1. *Mach.* 14. *v.* 27.

Abib mensis primus Exodi 34. v. 18. consentit cum Nisan. Quanquam nonnulli vocem Abib capiant pro epitheto mensis primi.

Leguntur præterea trium mensium nomina quæ in usu fuere ante captivitatem Babylonicam; *Zif* mensis secundus, *Ethanim* septimus & *Bul* mensis octavus. Vide 1. Regum 6. & 8. Quod satis arguit alia fuisse mensibus nomina ante migrationem in Babyloniam.

CAPUT IV.

De ratione inveniendi cyclum Solis & cyclum Lunæ in quolibet anno proposito.

ANnum Judaicum currentem, ut loquuntur, divide in 28. hoc est totam annorum summam partire in 28. & quod remanet supra istam partitionem est cyclus Solis, qui te docebit literam feriæ primæ indicem in abaco cycli Solaris adnexi supra ad calcem Calendarii Romani. Exempli gratia, proponatur annus 5361. cujus initium fuit anno Christi 1600. mense Augusto exeunte. Facta divisione per 28. in quotiente est 191. & supersunt 13. Quotientis istius nullus est usus. Sed ex residuo 13. discimus datum annum 5361. esse in cyclo Solari decimum tertium, ineuntem cum neomænia Thisri. Sed nobis idem fuit cyclus Solaris dicto anno Christi 1600. a cal. Januarii ad anni Romani exitum. Literæ ex abaco Romano sunt, F. E. quarum posterior usum habet in primis mensibos anni 5361. hoc est ad initium anni nostri 1601. tunc enim succedet cyclus Solis 14. & ejus litera D.

Pag. 2.

Cyclus Lunæ.

Pro cyclo Lunari annum datum divides in 19. servato quotiente & numero abundanti. Ut si sit idem annus 5361. divisor 19. in eo continetur ducenties octogies bis, & abundant 3. Unde liquet effluxisse cyclos integros 282. a neomænia Tohu usque ad initium anni 5361. & datum annum esse tertium in serie cycli Lunaris. Porro cyclus Lunæ Judæorum solo capite differt a cyclo Lunæ Romanorum. Qui enim est Judæis primus cycli, idem est Romanis tertius ab autumno ad cal. Januarii sequentes, sed post calendas Januarii nos numeramus quartum. Quod observandum propter festum Paschatos. e. g. Anno Christi 1600. cyclus Lunæ Romanus est quintus, qui Judæis est tertius ab autumno in autumnum anni 1601. quo anno cyclus Lunæ sextus est nobis, tertius vero Judæis ad finem anni 5361.

Differentia inter cyclum Lunæ Romanorum & Judæorum.

Sed ut studiis consulamus eorum qui in arte numerandi minus sunt exercitati, visum fuit hoc loco proponere pinacidion levando divisionis tædio.

	Solis	Lunæ
1	28	19
2	56	38
3	84	57
4	112	76
5	140	95
6	168	114
7	196	133
8	224	152
9	252	171

Hoc enim pinacidio ob oculos posito quemlibet numerum nullo negotio partieris in 19. vel in 28.

Calculi compendium in utroque cyclo.

Datur compendium in æra minore, id est quando omittuntur numeri millenarii annorum. Exempli gratia, annus Judaicus 5361. habet æram minorem 361. cui si addideris 16. summamque 377. diviseris in 28. restabit 13. pro cyclo Solari anni propositi 5361. Item in Epocha Christiana æra minor esto excessus supra mille annos. Cui adde unitatem, & summam divide in 28. reliquum habebis cyclum Solis: Exempli gratia, si proponatur annus Christi 1600. dividere oportet 601. in 28. a divisione abundant 13. pro cyclo Solari in dato anno 1600.

Item si experiri libet cyclum minorem, id est cyclum Lunarem in anno Judaico, æræ minori adde 3. & summam divide in 19. dabitur cyclus istius anni. Ut in superiori exemplo anni 5361. partire 364. in 19. restabit 3. pro cyclo Lunari istius anni 5361. Amplius præstare libet in gratiam tyronum, vel etiam illorum qui nimis φειδωλοὶ esse coguntur temporis sui successivi. Tabellam damus omnium annorum Judaicorum a principio æræ Christianæ, qui ultimi fuere in cyclo Lunari, una cum numero cyclorum qui effluxere a prima neomenia Tohu, ad exitum cujusque anni. Cujus tabulæ talis est usus. Proponatur denuo annus Judaicus 5361. hunc quære in tabella, vel si istic non reperiatur, cape numerum proxime minorem 5358. cum quo absoluti sunt cycli 282. Et annus propositus 5361. est tertius in cyclo currenti 283. Quid dari possit expeditius?

TABELLA

Cyclorum Lunarium a principio annorum Christi ad nostra tempora.

Anno Christi currente.	Anni Judaici absoluti.	Cycli absoluti.	Anni Judaici absoluti.	Cycli absoluti.	Anno Christi currente.
secundo.	3762	198	4085	215	325
21	3781	199	4104	216	344
40	3800	200	4294	226	534
59	3819	201	4484	236	724
78	3838	202	4674	246	914
97	3857	203	4864	256	1104
116	3876	204	5054	266	1294
135	3895	205	5244	276	1484
154	3914	206	5263	277	1503
173	3933	207	5282	278	1522
192	3952	208	5301	279	1441
211	3971	209	5320	280	1560
230	3990	210	5339	281	1579
249	4009	211	5358	282	1598
268	4028	212	5377	283	1617
287	4047	213	5396	284	1636
306	4066	214	5415	285	1655

Priusquam ad Judæorum abacum Lunarem procedamus, visum fuit tabellam præmittere sive Canonem, cujus solo inspectu, horarum partes sexagesimæ primæ, secundæ, & tertiæ convertuntur in Helakim Judæorum. Octodecim Helakim æquipollent uni sexagesimæ. Quare tabella ista constructa est per continuam additionem numeri 18. Rursus unum Helak valet sec. 3. tert. 20. cujus numeri continua collectione absolvitur tabella minor usque ad Helakim 18.

Ca-

Canon quo horarum partes ſexageſimæ convertuntur in *Helakim*; vel contra.

Sexageſimæ.	Helakim.	*Sexageſimæ.*	Helakim.
1	18	31	558
2	36	32	576
3	54	33	594
4	72	34	612
5	90	35	630
6	108	36	648
7	126	37	666
8	144	38	684
9	162	39	702
10	180	40	720
11	198	41	738
12	216	42	756
13	234	43	774
14	252	44	792
15	270	45	810
16	288	46	828
17	306	47	846
18	324	48	864
19	342	49	882
20	360	50	900
21	378	51	918
22	396	52	936
23	414	53	954
24	432	54	972
25	450	55	990
26	468	56	1008
27	486	57	1026
28	504	58	1044
29	522	59	1062
30	540	60	1080

Helakim.	*Sexageſimæ partes.*		
	prim.	ſec.	tert.
1	0	3	20
2	0	6	40
3	0	10	0
4	0	13	20
5	0	16	40
6	0	20	0
7	0	23	20
8	0	26	40
9	0	30	0
10	0	33	20
11	0	36	40
12	0	40	0
13	0	43	20
14	0	46	40
15	0	50	0
16	0	53	20
17	0	56	40
18	1	0	0

Numerus 1080. eſt in multas partes diviſus, & ideo ad horam dividendam idoneus.

Horam partiuntur Judæi Chaldæi & Arabes in partes 1080. quæ dicuntur *Helakim*, in numero ſingulari *Helak*.

Si proponantur Helakim 200. mutanda in ſcrupula ſexageſima ſic agendum. 198. Helakim faciunt 11. & duo Helak. ſunt ſec. 6. tert. 40. Quare 200. Helak. valent 11. 6. 40.

Rurſus, ſumto ſcrupula 47. 30. convertenda in Helakim illa ſunt 846. & ſec. 30. ſunt Helak 9. hoc eſt ſimul 855. Helakim.

CA-

CAPUT V.

De tabularum ſequentium conſtructione.

LUnæ abacus Judæorum tribus quatuorve abſolvitur tabellis ; e quibus brevi compendio colliguntur noviluniorum æquabilium tempora, ab initio annorum Judaicorum porro in infinitum uſque, & quidem juxta leges numeroſque Ptolemaicos, a quibus non deſciverunt Judæi. Tabellarum ejuſmodi ſtructura talis eſto. Menſis Lunaris æquabilis conſtat diebus 29. horis 12. ſcrup. 44. 3. 20. uti videre eſt in Tabulis Friſic. p. 74. Scrupula iſta horaria reducuntur in *Helakim* 793. exacte. Qualia 1080. horam conficiunt. Quantitas igitur Menſis eſt dierum 29. hor. 12. *Helakim* 793. Abjectis 4. hebdomadibus, abundat dies 1. 12. 793. Hoc enim eſt Judæis in uſu familiari, ut e tempore Lunæ abjiciant hebdomadas omnes, & quod ſupra integras hebdomadas dierum abundat, id ſolum in tabulas rationales referant. Ita cum annus Lunaris communis abſolvatur diebus 354. horis 8. hel. 876. omiſſis 50. hebdomadibus, in tabulis ſuis notant 4. 8. 876. Denique cum integer cyclus annorum 19. contineat dies 6939. hor. 16. ſcr. 595. rejectis hebdomadibus 991. ſcribunt dies 2. horas 16. Helakim 595. In conſtructione igitur tabularum prima ordine eſt tabula menſium contexenda per continuam additionem diei 1. 12. 793. uſque ad menſes 13. ita ut dierum numerus nunquam excedat ſeptenarium. Secundo loco venit tab. cycli decemnovennalis perpetui, in quo e menſibus 235. componuntur anni 19. inſigni artificio. Nam ſunt iſtic anni duodecim, communes dicti, quoniam conſtant menſibus duodenis; reliqui ſeptem anni menſes habent tredecim, & vocantur anni Embolimæi, Græco vocabulo, ob menſem intercalarem, ἐμβόλιμον.

Hebraice talis annus appellatur *Schana Mebubbereth*, quod ſonat Annus gravidus ſive prægnans, metaphora rei conveniente. *Annus prægnans.*

Sunt autem anni prægnantes in cyclo Lunari hi: *tertius*, *ſextus*, *octavus*, *undecimus*, *decimusquartus*, *decimusſeptimus*, *decimusnonus*. Quare duodecies additur numerus menſium duodecim 4. 8. 876. & ſepties numerus tredecim menſium 5. 21. 589. quiſque ſuo loco & ordine.

Tertia denique tabula contexitur ex ſecunda per additionem radicis Lunaris omnium vetuſtiſſimæ, quæ eſt dierum 2. hor. 5. Helakim 204. Judæi radicem iſtam appellant *Molad Tohu*, quaſi dicas novilunium inane, quod nempe fuerit in primo temporis Lunaris puncto, cum Luna poſt creationem rerum moveri cœpta eſt a congreſſu Solis. Qui congreſſus contigit feria ſecunda, ſexto demum die poſt creatam Lunam ex mente Judæorum. Lunam enim cum Sole creatam volunt die 25. menſis Elul, feria quarta, & ad Solem acceſſiſſe neomenia Thiſri, feria ſecunda horis quinque ſcrup. 204. ab occaſu Solis, ita ut ſub ejuſdem feriæ ſecundæ finem, ineunte feria tertia, Luna novella ab Adamo conſpici potuerit. *R. Eliez.*

CAPUT VI.

Continens tabulas quatuor quæ ſecundum noſtram methodum ſufficiunt ad totam rem annariam Judæorum abſolvendam.

DE tabularum conſtructione egimus capite antecedenti, initio facto a menſis Lunaris quantitate Ptolemaica quæ eſt 29. 12. 793. vel omiſſis dierum hebdomadibus 1. 12. 793. Sed ob uſus commoditatem mutatus eſt tabularum ordo. Nam quæ præcedenti capite fuit ordine tertia, illa hic primum tenet locum. Et quæ iſtic prima, ei poſtremus aſſignatur locus. His acceſſit tabula quarta, terminos continens neomeniæ Thiſri, cuilibet ævo inſervientes. Sunt, inquam, termini in anno Romano fixi, qui non ultra trecentos annos uno loco manent, ſed poſt tria ſecula refixi in diem antecedentem transferuntur. Supra pag. 22. ſimilis extat tabula in uſum noſtri ævi. Sed de cauſa refixionis ac translationis hujuſmodi terminorum, paulo poſt latius.

TABULA PRIMA.

Cyclus Lunæ primus in Periodo Judaica, Radices Lunæ continens.

	Anni ineuntes	Radices noviluniorum. fer.	hor.	ſcrup.
	1	2	5	204
	2	6	14	0
Emb.	3	3	22	876
	4	2	20	385
	5	7	5	181
Emb.	6	4	13	1057
	7	3	11	566
Emb.	8	7	20	362
	9	6	17	951
	10	4	2	747
Emb.	11	1	11	543
	12	7	9	32
	13	4	17	928
Emb.	14	2	2	724
	15	1	0	233
	16	5	9	29
Emb.	17	2	17	905
	18	1	15	414
	19	6	0	210

In hoc cyclo notantur anni non abſoluti ſed anni ineuntes.

Primus annus Judæorum cœpit anno Periodi Julianæ 953. die ſeptima Octobris; quæ dies erat æquinoctii & novilunii ſimul, juxta abacum Ptolemaicum, Annis 3761. ante Epocham Chriſtianam.

Iſto anno 953. cyclus Solis fuit primus, & ut Judæis placuit, cyclus Lunæ primus.

Horam partiuntur Judæi, Chaldæi, & Arabes in ſcrupula 1080. quorum 18. æquantur uni ſexageſimæ parti. Iſtæ horarum partes ab ipſis vocantur *Helakim*.

TABULA SECUNDA.

Cycli collecti.	fer.	hor.	scrup.	Cycli collecti.	fer.	hor.	scrup.
1	2	16	595	201	1	14	795
2	5	9	110	202	4	7	310
3	1	1	705	203	6	23	905
4	3	18	220	204	2	16	420
5	6	10	815	205	5	8	1015
6	2	3	330	206	1	1	530
7	4	19	925	207	3	18	45
8	7	12	440	208	6	10	640
9	3	4	1035	209	2	3	155
10	5	21	550	210	4	19	750
11	1	14	65	211	7	12	265
12	4	6	660	212	3	4	860
13	6	23	175	213	5	21	375
14	2	15	770	214	1	13	970
15	5	8	285	215	4	6	485
16	1	0	880	216	6	23	0
17	3	17	395	217	2	15	595
18	6	9	990	218	5	8	110
19	2	2	505	219	1	0	705
20	4	19	20	220	3	17	220
30	3	16	570	221	6	9	815
40	2	14	40	222	2	2	330
50	1	11	590	223	4	18	925
60	7	9	60	224	7	11	440
70	6	6	610	225	3	3	1035
80	5	4	80	226	5	20	550
90	4	1	630	227	1	13	65
100	2	23	100	228	4	5	660
198	7	13	90	229	6	22	175
✠ 199	3	5	685	230	2	14	770
200	5	22	200	231	5	7	285

Anno primo æræ Christianæ finiebatur cyclus 198. autumno & tunc cœpit fluere cyclus 199. A quo tempore tabula per singulos cyclos crescit.

TABULA SECUNDA.

Cycli collecti.	fer.	hor.	scrup.	Cycli collecti.	fer.	hor.	scrup.
232	7	23	880	264	3	1	480
233	3	16	395	265	5	17	1075
234	6	8	990	266	1	10	590
235	2	1	505	267	4	3	105
236	4	18	20	268	6	19	700
237	7	10	615	269	2	12	215
238	3	3	130	270	5	4	810
239	5	19	725	271	7	21	325
240	1	12	240	272	3	13	920
241	4	4	835	273	6	6	435
242	6	21	350	274	1	22	1030
243	2	13	945	275	4	15	545
244	5	6	460	276	7	8	60
245	7	22	1055	277	3	0	655
246	3	15	570	278	5	17	170
247	6	8	85	279	1	9	765
248	2	0	680	280	4	2	280
249	4	17	195	281	6	18	875
250	7	9	790	282	2	11	390
251	3	2	305	283	5	3	985
252	5	18	900	284	7	20	500
253	1	11	415	285	3	13	15
254	4	3	1010	286	6	5	610
255	6	20	525	287	1	22	125
256	2	13	40	288	4	14	720
257	5	5	635	289	7	7	235
258	7	22	150	290	2	23	830
259	3	14	745	300	1	21	300
260	6	7	260	400	4	20	400
261	1	23	855	500	7	19	500
262	4	16	370	600	3	18	600
263	7	8	965	1000	1	14	1000

Neomenia Thisri eundem in diebus, hori & Helakim characterem habere non potest, nisi post absolutos cyclos Lunares 36288. sunt anni 689472.

TABULA TERTIA.

Cyclus decemnovennalis perpetuus ſine epocha temporis.

	Anni abſoluti.	fer.	hor.	ſcr.
	1	4	8	876
	2	1	17	672
b	3	7	15	181
	4	4	23	1057
	5	2	8	853
b	6	1	6	362
	7	5	15	158
b	8	4	12	747
	9	1	21	543
	10	6	6	339
b	11	5	3	928
	12	2	12	724
	13	6	21	520
b	14	5	19	29
	15	3	3	905
	16	7	12	701
b	17	6	10	210
	18	3	19	6
b	19	2	16	595

Cyclus hic 19. annorum abſolvitur diebus *6939*. Horis *16*. ſcrup. 595. qui ſunt menſes 235.

TABULA menſ. collect.

Menſes.			
1	1	12	793
2	3	1	506
3	4	14	219
4	6	2	1012
5	7	15	725
6	2	4	438
7	3	17	151
8	5	5	944
9	6	18	657
10	1	7	370
11	2	20	83
12	4	8	876
13	3	21	589
½	0	18	396

Radix Tohu 2. 5. 204. huic cyclo continue addita componit cyclum primum col. LXVIJ LXVIIJ.

Menſis conſtat 4. ſeptimanis die 1. hor. 12. *793*. ex abaco Ptolemaico.

A novilunio ad plenilunium ſunt dies 14. hor. 18. *396*.

In quolibet cyclo Lunari ſunt anni communes duodecim, & ſeptem Embolimæi, ſignati litera b. Nempe annus cycli tertius, ſextus, octavus, decimusquartus, decimusſeptimus decimus nonus.

Modus menſis Lunaris 1. 12. *793*. eſt θεμέλιον totius Epilogiſmi Lunaris non minus in abaco Ptolemaico quam in computo Judæorum.

Neſcio quid Arabes & Turcas moverit ut menſem Lunarem minutum iverint uno Helak pro *793*. ſcribentes *792*. ſed alias dabitur de eo differendi locus.

TA-

TABULA QUARTA.

Termini neomeniarum Thisri, quos proxime antecedit vel sequitur Rosch Haschana, docente feria politica.

	Cyclus Lunae Judaicae.	*Initio annorum Judaic.*		*Seculo Mosis.*		*Seculo Salomonis.*		*Aera contractuum* Macchab.		*Seculo Apostolorum.*		Nostro seculo.	
	1	Octob.	7	Sept.	30	Sept.	29	Sept.	26	Sept.	25	Sept.	20
	2	Sept.	26	Sept.	19	Sept.	17	Sept.	16	Sept.	15	Sept.	9
b	3	Sept.	16	Sept.	9	Sept.	6	Sept.	4	Sept.	4	Aug.	30
	4	Octob.	4	Sept.	27	Sept.	25	Sept.	23	Sept.	22	Sept.	18
	5	Sept.	23	Sept.	16	Sept.	15	Sept.	13	Sept.	11	Sept.	6
b	6	Sept.	12	Sept.	5	Sept.	3	Sept.	3	Sept.	1	Aug.	25
	7	Octob.	1	Sept.	24	Sept.	22	Sept.	20	Sept.	19	Sept.	14
b	8	Sept.	21	Sept.	13	Sept.	11	Sept.	9	Sept.	8	Sept.	3
	9	Octob.	8	Octob.	2	Sept.	30	Sept.	28	Sept.	27	Sept.	22
	10	Sept.	28	Sept.	21	Sept.	19	Sept.	17	Sept.	16	Sept.	11
b	11	Sept.	17	Sept.	10	Sept.	8	Sept.	6	Sept.	5	Aug.	31
	12	Octob.	6	Sept.	28	Sept.	27	Sept.	25	Sept.	23	Sept.	19
	13	Sept.	24	Sept.	18	Sept.	16	Sept.	14	Sept.	13	Sept.	7
b	14	Sept.	14	Sept.	7	Sept.	5	Sept.	3	Sept.	2	Aug.	29
	15	Octob.	3	Sept.	26	Sept.	24	Sept.	21	Sept.	21	Sept.	16
	16	Sept.	22	Sept.	14	Sept.	13	Sept.	11	Sept.	9	Sept.	5
b	17	Sept.	10	Sept.	3	Sept.	2	Aug.	31	Aug.	30	Aug.	25
	18	Sept.	29	Sept.	22	Sept.	20	Sept.	19	Sept.	18	Sept.	12
b	19	Sept.	19	Sept.	12	Sept.	10	Sept.	7	Sept.	7	Sept.	2

Trecentis quibusque annis termini minuuntur die uno. Quare quælibet columna usui esse potest ad annos fere sexcentos.

Columna nostri seculi præcesserat pag. 22. sed hoc loco repetenda fuit.

Termini Paschales hos præcedunt diebus 163. in eodem anno Romano.

CAPUT VII.

Tabularum proxime præcedentium usus.

RIte perceptis iis quæ tribus antecedentibus capitibus tradita sunt, nulla esse poterit in usu tabularum difficultas. Sed ex iis evestigio cognosces caput Astronomicum cujuslibet anni Judaici: Hoc est, una numerorum additione habebis characterem Thisri, & mox ejus cum anno Romano connexionem.

Exemplo uno atque altero innotescet methodus. Proponatur idem annus Judaicus 5361. cujus quæritur character & initium in anno Romano.

Primum per subductionem 3761. constat dictum annum habere suum principium in anno Christi currente 1600. Et antea patuit cyclum Solarem esse 13. literamque Dominicalem E. Item jam ante innotuit annum 5361. esse tertium in cyclo Lunari, & effluxisse cyclos integros 282. Quare e prima tabula excerpe radicem anni tertii quæ est 3. 22. 876. Deinde e secunda tabula capies numeros respondentes cyclis 282. Nempe 2. 11. 390. Ambos hos numeros sic collocatos colliges in unam summam:

	dies	hor.	helakim.
Radix anni ordine tertii	3	22	876
pro 282. cyclis	2	11	390
Summa	6	10	186

Est igitur character Tisri 6. 10. 186. quorum numerorum sensus hic est, neomeniam Tisri esse feria sexta, horis 10. scrup. 186. post initium feriæ sextæ.

Terminus anni tertii hoc seculo est Augusti 30. feria autem sexta isto anno est Augusti 29. ex litera E quæ adhæret diei 31. Ergo caput anni Astronomicum fuit Augusti 29. anno Christi 1600. quod quærebatur.

Aliud exemplum ex antiquitate sumtum. Exodus sive migratio populi Israelitici ex Ægypto contigit anno Judaico 2264. circa festum Paschatos, anno Periodi Julianæ 3217. ex calculo I. Scaligeri. Quæritur character Tisri ejusque copula cum anno Romano. Primum cyclus Solaris anni 2264. est 24. litera F cyclus Lunaris 3. cycli absoluti 119.

	dies	horæ	hel.
Radix anni tertii	3	22	876
pro 100. cyclis	2	23	100
pro 19. cyclis	2	2	505
Summa	2	0	401

Terminus anni tertii seculo Exodi Sept. 9. Litera f docet feriam secundam quadrare diei nono Septembris. Quo ipso die fuit neomenia Tisri anno Periodi Julianæ 3216. Quod etiam probari potest ex Tabulis Ptolemaicis. Medium novilunium dicto anno Periodi Julianæ 3216. est Septemb. 8. 15. 35. 7. in Frisia. Cui tempori si addideris hor. 8. 47. 10. exsurget Septemb. die 9. hor. 0. 22. 17. quæ scrupula horaria sunt Helakim 401.

Tab. Fris. pag. 96.

Porro additio in hisce duobus exemplis ita processit. In priori exemplo, Helakim erant 1266. unde subductis 1080. remanent Helakim 186. subscribenda. Et pro 1080. Helakim, addenda est una hora. Itaque horarum summa 34. Demtis horis 24. restant horæ 10. & dies sunt non 5. sed 6.

In altero exemplo habuimus Helakim 1481. deductis 1080. restant 401. scribenda: horæ sunt 48. hoc est bini dies, addendi reliquis diebus, & sunt dies 9. hoc est dies duo supra numerum septennarium. Unde summa trium numerorum est d 2. hor. 0. Helakim 401.

Pascha vero anni Judaici 2264. fuit die 17. Aprilis anno Periodi Julianæ 3217. De cujus methodo dicetur infra.

Adjicere libet exemplum tertium. Josephus lib. 6. de bello Judaico cap. 4. notavit Pascha incidisse in 14. Xantici qui Aprili nostro respondet. Examinandum est tempus. Quando Pascha est 14. Aprilis, tunc Tisri sequens fuerit die 24. Sept. nam

a Pa-

a Paschate ad sequentem Tisri semper dies sunt 163. uti paulo post docebitur. E tabula Terminorum Tisri liquet diem 24. Sept. quadrare cyclo Lunari duodecimo. Fuit igitur annus æræ Christianæ 70. Judaicus 3831. quo anno cyclus Lunæ 12. Solis 23. litera G & præperiere cycli 201. uti patet ex tabula cyclorum col. XLV

	dies	hor.	hel.	
Radix cycli duodecimi	7	9	52	
201. cycli	1	14	795	
Summa	1	23	847	Character Tisri

Vide c. 9. Feria prima, sed propter horas 23. sumenda est feria secunda. Quæ congruit diei 24. Septembris. Dies 14. Septemb. numerum habet 267. unde demtis diebus 163. restant dies 104. qui numerus respondet diei 14. Aprilis fer. 7. Quare dubitari non potest quin historia istius anni pertineat ad annum æræ Christianæ septuagesimum.

Sed fidem tabularum experiamur e Ptolemæo. Annus Christi 70. fuit annus Periodi Julianæ 4783.

Tab. Fris. pag. 97. pag. 112. pag. 116. pag. 120.

	dies	hor.	1.	2.
Radix anni 4701	22	16	53	0
anni 82	6	23	27	41
Aprilis	1	9	47	50
Summa	31	2	8	31
Plenil.	45	7	6	5
Aprilis die	14	4	57	34

Aprilis die decimoquarto: horis 4. 57. 34. a media nocte sub meridiano Frisiæ fuit plenilunium.

Addantur horæ 8. 47. 10. habebimus horas 13. 44. 44. sive April. 14. hor. 13. 805. characterem plenilunii, sub meridiano Eden in Babylonia, horas numerando ab occasu Solis. Neomenia Nisan juxta calculum Judaicum characterem habet hunc 6. 19. 409. cui pro dimidiato mense adjicere oportet 0. 18. 396. summa erit 7. 13. 805. Consensum vides in diebus, horis, & momentis horarum.

Character neomeniæ Nisan elicitur e charactere Thisri sequentis, qui erat 1. 23. 847. demto enim charactere mensium sex 2. 4. 438. remanet character Nisan antecedentis 6. 19. 409.

CAPUT VIII.

Anni triplex differentia.

HActenus de neomeniis diximus ex calculo Astronomico, in quibus sunt horarum, & scrupulorum appendices supra dies integros: ubi annus Lunaris Communis diebus 354. constat cum appendice hor. 8. scrup. 876. Annus vero Embolimæus diebus 384. cum totidem horis scrupulisque. Sed usus civilis horas repudiat, & earum loco dies observat solidos. Quamobrem cum annus civilis ordinario absolvatur diebus 354. vel diebus 384. ne quid decedat de ratione temporis interdum adjicitur dies unus, ut sint in anno dies 355. vel 385. qui annus vocatur Abundans: & propter excessum istius diei nonnunquam ex anno ordinario eximitur dies unus, qui annus est dierum 353. vel dierum 383. cui anno nomen impositum est a defectu. Unde natæ sunt annorum differentiæ quæ sequuntur.

		Dierum
Communis	Deficiens	353
	Ordinarius	354
	Abundans	355
Embolimæus	Deficiens	383
	Ordinarius	384
	Abundans	385

Quæ

Quæ diei adjectio semper fit in Mense Marchesvan, & exemptio semper in Mense Casleu. Sed istæ annorum differentiæ commode explicari nequeunt antequam cognita fuerit translatio feriarum, de qua nunc agendum.

CAPUT IX.

Feriarum translatio ejusque causæ.

TRanslatio ista vel est astronomica proprie ad caput anni civilis spectans, vel est translatio religiosa ad anni sacri principium potissimum relata. Prioris translationis causa hæc est. Quoties in charactere Tisri sunt horæ 18. vel plures, transfertur neomenia in diem sequentem. Quoniam ab hora sexta vespertina in sequentem meridiem sunt horæ 18. hæc justa videtur translationis causa. Alteram peperit religio seu verius superstitio. Primum festum in anno sacro, ac præcipuæ dignitatis est festum Paschatos, quod semper celebratur decimaquinta die Nisan, cujus diei feria nunquam discrepare potest a feria neomeniæ antecedentis. Nam in quolibet mense communem habent feriam dies 1. 8. 15. 22. & 29. (margin: יח *Jach*)

Judæorum autem superstitio a majoribus tradita vetat Pascha celebrari feria secunda, quarta, vel sexta: restant igitur quatuor feriæ festo idoneæ, nempe prima, tertia, quinta, septima. Feriæ rejiculæ designantur voce בדו *Badu*. Qui characteres Hebræi respondent nostris numeralibus 2. 4. 6. Itaque sententia apud eos usitata est hæc, *Nunquam Nisan in Badu*. (margin: *Badu.*)

Jam attende. A neomenia Nisan ad Tisri sequens semper dies 177. sive septimanæ 25. & dies 2. Unde sic loquuntur Judæi, *a Nisan ad Tisri*, ב *Beth*. Si igitur feriis Nisan 1. 3. 5. 7. adjeceris singulis binarium, habebis ferias Tisri 3. 5. 7. 2. quæ solæ sunt idoneæ in anni civilis exordio. Rejiciuntur igitur 1. 4. 6. Hebraicæ אדו *Adu* id est 1. 4. 6. Nunquam igitur Tisri in Adu, hoc est, Judæi nunquam annum auspicantur a feria prima, quarta, vel sexta. Quare nec festum Tabernaculorum, istis feriis. Quod festum a 15. Tisri nunquam recedit. Festum vero Pentecostes (ut hoc obiter addam) unitatem adjicit feriæ Paschatos, ab eo distans diebus 50. Quare Pentecoste Judæorum observatur hisce feriis 1. 2. 4. 6. nunquam feria tertia, quinta aut septima. (margin: *Pentecoste.*)

Delectus igitur feriarum originem habet a festo Paschatos. Causa adhuc ignoratur. Nam quæ alii adferunt de continuatione festi cum Sabbatho, locum habere nequit in feria secunda, & quarta, nec etiam quoties Pascha celebratur feria prima. Sed redeamus ad Neomeniam Tisri, quæ si rite constituta fuerit, nunqam Pascha incurret in ferias vetitas.

Feria Tisri est vel Astronomica vel Civilis. Illa e calculo Astronomico nascitur appendicem trahens horarum & scrupulorum. Unde nomen ei datum *Molad* a verbo ילד quod est nasci. Alteram vero, *Kebiam* vocant Judæi a figendo: Hæc horarum appendice caret, & vel consentit cum Molad vel illam sequitur intervallo unius aut alterius diei: nunquam præcedit. Hujus dissensus causæ adferuntur quatuor; *Jach*, *Adu*, *Gatrad*, & *Batuthakphat*. Quarum duæ priores omni annorum generi communes sunt, atque adeo in usu frequentiori; duæ reliquæ in anno communi tantum habent locum, & rarius usurpantur, præsertim postrema quæ non egreditur annum primum post Embolismum. Quoties in *Jach* deest vel unum Helak, nulla fit translatio. (margin: *Molad Kebia*; יח *Jach*)

Illarum causas, *Jach*, inquam, & *Adu* jam explicuimus, restat ut exemplis propositis confirmemus.

Si fuerit Molad Tisri 2. 20. 500. feria secunda habetur idonea anno inchoando, sed *Jach* (id est horæ 18. vel plures) translationem suadet in feriam tertiam. Kebia igitur Tisri, alias *Rosch Haschana*, est feria tertia.

Item si Molad fuerit 6. 10. 186. Kebia erit feria 7. propter Adu. Est etiam ubi binæ concurrunt translationis causæ ut in 4. 19. 296. hic unica sufficit translatio propter *Jach*, a feria quarta in quintam, istic cessante *Adu*. Sed si talis occurrat casus 7. 20. 105. gemina opus est translatione, una & potissima propter *Jach*, a feria 7. ad primam, & altera ob *Adu* a prima ad secundam. Ergo concurrentibus binis istis causis, translationis initium faciundum est a *Jach*, deinde ad *Adu* veniendum si opus fuerit. Et ubi *Jach* transierit in *Adu*, geminanda erit translatio, quæ Scaligero Comperendinatio dicitur. In Hebraicis literis *Gatrad* continentur hi numeri 3. 9. 204. Præceptum tale est: Quoties in anno Communi occurrit tale Molad Tisri 3. 9. 204. aut eo majus transfertur Kebia a feria tertia in feriam quintam, (margin: *Gatrad.*)

ג ט רד

204 9 3

Batu-thakphat *Batuthakphat* Hebraico valet 2. 15. 589. Quando anno primo post Embolismum Molad Tisri fuerit 2. 15. 589. aut eo majus, transfertur Kebia in feriam tertiam:

ב טו תקפט

589 15 2

Harum duarum translationum ratio cognoscetur capite sequenti.

CAPUT X.

Quibus signis cognoscatur anni qualitas.

Annus Embolimæus innotescit ex cyclo decemnovennali. Sed num annus sit Ordinarius, Deficiens vel Abundans, hoc pacto sciemus. Subtrahe Kebiam Tisri anni præsentis e Kebia anni sequentis, e differentia cognosces anni qualitatem. Nam in anno Communi si differentia fuerit 3. erit annus Deficiens, si 4. Ordinarius si 5. Abundans. In anno Embolimæo differentia Kebiarum semper erit 5. 6. 7. pro anno Deficiente, Ordinario, Abundante.

In anno Communi	3	Deficiens
	4	Ordinarius
	5	Abundans
In anno Embolimæo	5	Deficiens
	6	Ordinarius
	7	Abundans

Hi numeri sunt dies abundantes supra integras hebdomadas, in diebus 353. 354. 355. & 383. 384. 385.

Notandum in feriarum subductione quoties major numerus tollendus venit e minore numero, oportet prius addere 7. numero minori.

Ferias subducendi ratio.

	5	5	2	5	7
Subduc.	2	7	5	5	7
Residuum.	3	5	4	7	7

Quando nihil remanet pro differentia scribitur 7.

Sed præstat hoc loco proponere integrum cyclum Lunarem initio facto ab anno Judaico 5397. cujus anni caput in anno Rom. 1636. Sept. 20. ut in annis singulis cernantur feriarum translationes, Kebiæ & anni qualitates. Prima columna continet Molad Tisri composita ex tabula radicum addendo characterem cyclorum 284. scilicet 7. 20. 500. Sequitur litera Dominicalis e cyclo Solari, qui anno primo hujus cycli est 21. & anno nono est primus: Connexio Molad cum anno Romano: Kebia Tisri, Anni qualitas triplex, postremo fixio Kebiæ in anno Romano. Anni Embolimæi noscuntur ex litera b.

Annus primus est Communis Ordinarius, nam differentia Kebiarum 3. & 7. est 4.

Secundus est Communis Abundans, quoniam Kebia 7. subducta e Kebia 5. relinquit 5.

Tertius annus est Embolimæus Abundans, quia Kebia 5. subducta ex 5. remanet 7.

Rursus annus quartus est Communis Ordinarius, quia Kebia 5. ex Kebia 2. hoc est 5. ex 9. residuum est 4.

Denique annus quintus est deficiens, quoniam Kebia 2. subducta ex Kebia 5. differentia remanet 3.

Atque ita deinceps de reliquis annis judicandum.

Tabu-

Tabula decemnovennalis ab anno 5397. & deinceps continens Molad & Kebias Tisri.

Anni in cyclo.	*Molad Tisri.* fer.	hor.	scrup.	Lit. dom.	*Initium anni Astronom.*	Kebia.	Anni qualitas.	*Initium anni civilis.*	ANNO
1	3	1	704	b	Sept. 20	3	Ord.	Sept. 20	1636
2	7	10	500	a	Sept. 9	7	Ab.	Sept. 9	
b 3	4	19	296	g	Aug. 29	5	Ab.	Aug. 30 t	
4	3	16	885	f	Sept. 17	5	Ord.	Sept. 19 t	
5	1	1	681	d	Sept. 6	2	Def.	Sept. 7 t	1640
b 6	5	10	477	c	Aug. 26	5	Ab.	Aug. 26	
7	4	7	1066	b	Sept. 14	5	Ord.	Sept. 15 t	
b 8	1	16	862	a	Sept. 3	2	Def.	Sept. 4 t	
9	7	14	371	f	Sept. 21	7	Ab.	Sept. 21	
10	4	23	167	e	Sept. 10	5	Ord.	Sept. 11 t	1645
b 11	2	7	1043	d	Aug. 31	2	Ab.	Aug. 31	
12	1	5	552	c	Sept. 19	2	Def.	Sept. 20 t	
13	5	14	348	a	Sept. 7	5	Ab.	Sept. 7	
b 14	2	23	144	g	Aug. 27	3	Ord.	Aug. 28 t	
15	1	20	733	f	Sept. 15	2	Ab.	Sept. 16 t	1650
16	6	5	529	e	Sept. 5	7	Def.	Sept. 6 t	
b 17	3	14	325	c	Aug. 24	3	Ord.	Aug. 24	
18	2	11	914	b	Sept. 12	2	Ab.	Sept. 12	
b 19	6	20	710	a	Sept. 1	7	Ab.	Sept. 2 t	1654

Translatio facta est undecies, quod indicat litera t. Anno 4. comperendinatio, ob *Gatrad*.

Anni in hoc cyclo Ordinarii 6. Abundantes 9. Deficientes 4.

Dies 6941.

Nam 6 anni ordinarii dies habent	2124
Anni novem abundantes dies	3195
Anni quatuor deficientes dies	1412
Menses 7 Embolimi	210
Summa dies	6941

Cur in anno Communi feriæ transferantur ob Gatrad *& propter* Batuthakphat.

IN voce Hebræa Gatrad quatuor sunt literæ consonantes g t r d æquipollentes nostris characteribus numeralibus 3. 9. 204. uti in altera voce literæ septem efficiunt hunc numerum 2. 15. 589. Quibus numeris significatum voluerunt Judæorum magistri; Quando in anno Communi character Tisri fuerit 3. 9. 204. aut major, opus esse comperendinatione propter Kebiam anni sequentis. Nam si ad 3. 9. 204. addideris 4. 8. 876. dabitur character anni sequentis 7. 18. 0, qui necessario comperendinatur in feriam secundam, primum propter *Jach*, & rursus propter *Adu*. Sed si subduxeris Kebiam 3. anni prioris ex Kebia 2. anni sequentis, restabit differentia 6. qualis non admittitur in anno Communi, uti supra videre est. Quare ad vitandam ejusmodi anomaliam feria tertia transfertur in feriam quintam: quæ feria 5. subducta ex sequente Kebia 2. relinquit differentiam 4. indicem anni Ordinarii. Quod si dicto characteri desit vel unum Helak, manebit feria tertia: quoniam sequentis anni character tunc fuerit 7. 17. 1079. ubi non transfertur feria 7. quoniam unum deest Helak ad horas 18. complendas.

Exemplum in tab. antecedente in anno 4.

Quemadmodum *Gatrad* transfert feriam licitam propter annum sequentem, ita in *Batuthakphat* feria licita 2. transfertur ob feriam anni Embolimæi proxime antecedentis. Nam quoties anni Embolimæi character fuerit 3. 18. 0. sequentis anni character necessario erit 2. 15. 589. sed anni Embolimæi feria comperendinatur a 3. in 5. propter *Jach* & *Adu*. Jam differentia feriæ 5. & 2. est 4. quæ prorsus anomala est in anno Embolimæo. Transfertur igitur feria 2. in feriam 3. tunc subducta feria 5. ex 3. remanet differentia 5. index anni Embol. deficientis, in quo dies sunt 383.

Sed ubi non antecesserit proxime annus Embolimæus, nulla continget mutatio. Nec etiam quidquam mutabitur deficiente uno Helak ex 2. 15. 589. uti docent hæc exempla,

	fer.	hor.	scr.	fer.	hor.	scr.
Anni Embol. character	3	18	0	3	17	1079
Adde	5	21	589	5	21	589
Anni Comm.	2	15	589	2	15	588

Numerus 5. 21. 589. est character mensium tredecim. In secundo exemplo annus Embol. non mutat feriam 3. atque ideo manet feria 2. in anno sequenti, quoniam ex subductione feriæ 3. ex fer. 2. restat differentia 6. index anni Embolimæi ordinarii, constantis diebus 384. Rarissime occurrunt exempla. Nam si character fuerit 2. 18. aut major feria transfertur propter *Jach* sed unum proferre libet.

Anno Judaico 5440. cyclo 𝔇 6. Emb.

Character Tisri 3. 19. 587. Kebia 5.

Anno sequenti 2. 17. 96. Kebia 3.

Kebiarum differentia est 5. docens annum 5440. esse Emb. deficientem.

Pergendum nunc est ad reliquorum mensium neomenias. In quibus nihil molestiæ esse potest, ubi rite constituta fuerit Kebia Tisri, & cum anno Romano connexa.

CA-

CAPUT XI.

De reliquorum mensium neomeniis.

NAM invento anni capite, & cognita anni qualitate, facili negotio inveniuntur reliquorum mensium neomeniæ. In anno ordinario menses omnes sunt alternis pleni & cavi: & a Tisri ad sequentem Nisan sunt dies 177. in anno Embolimæo dies 207. semper. Annus deficiens detrahit, Abundans vero addit diem unum. Quare in anno Communi a Tisri ad sequentem Nisan dies sunt 176. 177. 178. in anno Embolimæo dies 206. 207. 208. Sed a Nisan ad sequentis anni caput semper dies 177. qualiscunque fuerit annus. Quia vero abjectis septenariis e diebus 176. remanet 1. & e diebus 206. restant 3. feria neomeniæ Nisan ita cognoscetur si ad Kebiam Tisri adjeceris numeros sequentes.

In anno Communi	Deficiente	1
	Ordinario	2
	Abundanti	3
In anno Embolim.	Deficiente	3
	Ordinario	4
	Abundanti	5

Exempli gratia: Si Kebia Tisri in anno Communi abundanti fuerit 5. neomenia sequentis Nisan erit feria 1. quia 5. & 3. componunt feriam primam. In anno Embol. abundanti esset feria 3. quoniam 5. & 5. faciunt feriam tertiam.

Exemplum reliquorum mensium.

In proxime præcedenti cyclo decemnovennali annus tertius est Embolimæus abundans. Caput ejus in 30. Augusti: quare tres primi menses sunt pleni.

Dies addendi		*Dies*					
30	Tisri	242	Augusti	30	fer.	5	*Anno 1638. cyclo Solis 23. lit. Dom. G.*
30	Marchesvan	272	Septemb.	29	fer.	7	
30	Casleu	302	Octob.	29	fer.	2	
29	Tebeth	332	Novemb.	28	fer.	4	
30	Schebat	361	Decemb.	27	fer.	5	
30	Adar prior	26	Januar.	26	fer.	7	*Anno 1639.*
29	Adar alter	56	Februar.	25	fer.	2	
30	Nisan	85	Martii	26	fer.	3	
29	Ijar	115	Aprilis	25	fer.	5	
30	Siwan	144	Maji	24	fer.	6	
29	Thamus	174	Junii	23	fer.	1	
30	Ab	203	Julii	22	fer.	2	
29	Elul	233	Augusti	21	fer.	4	
	Tisri	262	Septemb.	19	fer.	5	

Sequitur aliud exemplum anni in cyclo præcedenti decimisexti, qui est annus communis deficiens.

Cyclus

Cyclus Solis 8. litera E.

	Dies addendi		Dies collecti				
Anno 1651.	30	Tisri	249	Septemb.	6	fer.	7
	29	Marchesvan	279	Octob.	6	fer.	2
	29	Casleu	308	Novem.	4	fer.	3
	29	Tebeth	337	Decemb.	3	fer.	4
	30	Schebat	1	Januar.	1	fer.	5
1652. *biss. lit. Dom.* C.	29	Adar	31	Januar.	31	fer.	7
	30	Nisan	60 59	Febr.	29	fer.	1
	29	Ijar	89	Martii	30	fer.	3
	30	Siwan	118	April.	28	fer.	4
	29	Thamus	148	Maii	28	fer.	6
	30	Ab	177	Junii	26	fer.	7
	29	Elul	207	Julii	26	fer.	2
		Tisri	236	Augusti	24	fer.	3

Cautio observanda.

Quoties in dierum collectione transitus fit ab anno communi in annum bissextilem Julianum, dies 60. pertinent ad 29. Februarii: & pro sequenti dierum collectione detrahitur unitas ex 60. Idem faciundum si numerus dierum collectorum superaverit 60. dempta unitate nunquam errabis.

Dies 29. addunt præcedenti feriæ unitatem; dies 30. addunt 2.

CAPUT XII.

De Tekuphis.

HActenus de anno mensibusque Lunaribus disseruimus, nunc ordo postulat ut de anno Solari dicatur, quæ est altera pars עבור *Ibbur* Judæorum. Annus Solaris constat diebus 365. cum quadrante diei, id est, horis sex, ex mente Calippi, quem in anno ordinando secutus est J. Cæsar,

Ovid. fast. 3.

> *Is decies senos ter centum & quinque diebus*
> *Junxit, & e pleno tempora quarta die.*

Plenus dies est spatium 24. horarum.

Anni Solaris caput sive principium Judæis appellatur *Tekupha*, quasi dicas * revolutionem: cum Sol orbe Signorum peragrato ad suum revertitur principium. Statuuntur autem in Solis circulo annuo quatuor Tekuphæ, sive principia juxta quatuor anni tempestates: Est enim Tekupha veris cum Sol adit signum Arietis, quod Cæsaris ævo fiebat die 25. Martii. Cui e diametro opponitur Tekupha autumnalis, cadens in 24. Septembris. Reliquæ duæ Tekuphæ referuntur ad utrumque Solstitium. In qua doctrina annus Solaris dividitur in quatuor quadrantes æquales, secundum æquabiles Solis motus. Unicuique quadranti tribuuntur di. 91. cum hor. 7. hel. 540. Duo quadrantes habent dies 182. & horas 15. quæ est distantia a Tekupha vernali ad Tekupham autumnalem: item a Tekupha æstiva ad brumalem. Omnino necesse est rationem habere horarum, ne quid de justa anni quantitate decedat: atque ita migrent anni tempestates in menses alienos. Porro Tekupha verna concluditur in mense Nisan, æstiva in mense Thamuz; autumnalis in Tisri, hiberna denique in Tebeth. Quanquam nonnunquam sed perraro, egrediantur


* *Græcis* τροπὴ *dicitur.*

tur suos terminos. Tekupharum doctrinam nobis (ait summus Scaliger) promtum est scire qui Juliana anni forma utimur, modo neomeniæ Tisri sedem in mense Juliano statuere sciamus. Semper enim Tekupha Tisri in 24. Septembris.

Quod verissimum est. Exempli gratia. Cum Rosch haschana fixum fuerit in 20. Septembris Juliani tunc Tekupha erit die quinto mensis Tisri. Et rursus si neomenia Tisri civilis sit 30. Augusti (quod accidit anno tertio cycli Lunaris) dicemus Tekupham autumnalem cadere in diem 26. Tisri. Denique ubi *Rosch haschana* connexum fuerit cum 24. Augusti, (quod evenire potest anno 17. cycli) tunc Tekupha Tisri egrediens terminos suos statuitur in die secundo Marchesvan.

Verumenim vero non satis est novisse diem Tekuphæ nisi etiam addantur horæ: initio facto a Tekupha Nisan, quæ funem ducit in doctrina Tekupharum; hæc igitur Tekupha in anno bissextili Juliano observatur meridie, Anno primo post biss. in occasu Solis; Anno secundo post biss. media nocte, Anno tertio post biss. in ortu Solis, denique altero bissextili Tekupha revertitur ad meridiem.

Typus dicti quadriennii.



Cum horæ numerantur a media nocte id accidet die 25. *Martii meridie*; die 25. sex horis a meridie; die 26. ineunte, die 26. in ortu Solis: deinde post alterum bissextum rursus die 25. meridie. Judæi more suo dicerent die 25. meridie; die 26. ineunte; die 26. medio noctis; die 26. in ortu Solis, & rursus die 25. meridie. Hac horarum observatione tacite intercalatur dies solidus in anno solari, post exactum quadriennium.

Pro Tekupha Tisri addere oportet dies 182. horas 15. ad Tekupham vernalem. Quare anno bissextili Tekupha autumnalis Septembris vigesimoquarto horis tribus post initium diei Romani, hoc est post mediam noctem, Exemplum subnectam Tekuphæ Tisri:

Anno Christi.						
1600	Anno biss.	Sept.	24	hor.	9	noctu.
1601	Anno primo.	Sept.	24	hor.	3	interdiu.
1602	Anno secundo.	Sept.	24	hor.	9	interdiu.
1603	Anno tertio.	Sept.	25	hor.	3	noctu.
1604	Anno biss.	Sept.	24	hor.	9	noctu.

In singulis quadrienniis eadem ratio est.

Hic horas numeravimus a principio noctis & a principio diei. Citima Tekupha anno bissextili, reliquæ crescunt additione horarum sex, qui est quadrans diei.

Ista Tekupharum methodus facilis est & expedita, alioqui in Cal. Judaicis nihil est operosius indagatione Tekuphæ, cum illa quæritur absque subsidio Calend. Romani.

Porro veteres Rabbini rituum ac cærimoniarum magistri ad Tekupharum doctrinam quasdam cautiones apposuere superstitiosas, eo fine ut majori cura a vulgo observarentur Tekupharum momenta, quas hoc loco verbis Scaligeri subnectere libet.

Neque

Neque secus (inquit Scaliger) ac veteres illi Græci unicuique τροπῇ sive Tekuphæ στοιχεῖον suum attribuunt,

Lib. 7. Emend. Temp. pag. 599.

Tekuphæ Tebet brumali *Aquam*.

Tekuphæ Nisan vernali *Aerem*.

Tekuphæ Thamuz solstitiali *Ignem*.

Tekuphæ Tisri autumnali *Terram*.

Atque adeo ex horum quatuor elementorum excessu interitum mundo & hominibus minantur: puta ex solstitialis Tekuphæ excessu ἐκπύρωσιν: ex brumalis excessu κατακλυσμόν. ex altera fore ut fataliter exaquescat Mundus, ex altera exignescat.

Sic etiam propter easdem rationes periculum * ὕδερος illi imminere, qui in eo momento, quo Tekupha Tebeth committitur, aliquid biberit: aut καύσωνος & ardentissimi morbi, qui in Tekupha Thamus ad ignem accesserit. Propterea superstitiosissima curiositate articulum ipsum Tekupharum observant, ne forte imprudentes malum immedicabile incurrant. Itaque horum hominum superstitioni acceptum feramus licet, quod Græcorum vetustissima περὶ τροπῶν doctrina nobis conservata sit. Hactenus Scaliger.

**Hydropis.*

CAPUT XIII.

De connexione Tisri cum anno Romano. Sive examen terminorum Tisri, qui supra col. LXXV LXXVj.

NEomenia Tisri in anno primo cujusque cycli comitatur æquinoctium Hipparchicum seu Ptolemaicum, quod non memini a quoquam esse observatum.

Anni solares trecenti juxta Ptolem. uno die minores sunt totidem anni Calippicis, sive Julianis: istud statuit Ptolemæus & tabulæ ejus Solares evidentissime demonstrant. E quibus nos hic exhibemus diem, horam & momentum æquinoctii æquabilis, ad meridianum Eden quo reliqua tempora omnia referuntur. Caput anni in primo cycli anno nunquam præcedere potest istud æquinoctium, sed semper comitatur brevi intervallo. Primo anno epochæ Judaicæ neomenia Astronomica Tisri serior erat æquinoctio horis 14. scrup. *96*. cui interstitio singulis cyclis accedunt scrupula horaria *76*. fere, & in cyclis 338. hoc est in annis 7422. accedit dies unus: tunc molad Tisri abesse potest ab æquinoctii momento diem unum horas 14. scrup. *96*.

Tab. Fris. pag.132.

En tabulam æquinoctiorum Ptolemaicorum, cum Excessu Lunæ supra annos Solares Hipparchicos, in eum præcipue finem constructa, ut per eam probetur fides tabularum antecedentium col. LXVij & seqq. præsertim tabulæ quartæ col. LXXV paulo operosior est usus: sed ea carere possunt, quibus de certitudine Tab. priorum nullus inhæret scrupulus. Helak bis secatur in partes decimas, semel in part. 190.

Tabula

Tabula inserviens inventioni Terminorum Tisri: hoc est cum quo die anni Romani connectatur caput anni Judaici cum cyclus Lunæ est 1.

Anni Judaici ineuntes	Æquinoctii tempus. dies	hor.	hel.	ANNI	Æquinoctii complementum. hor.	hel.	d.
1	Octob. 6	15	108	1	0	86	4
301	Octob. 5	15	108	2	0	172	8
601	Octob. 4	15	108	3	0	259	2
901	Octob. 3	15	108	4	0	345	6
1201	Octob. 2	15	108	5	0	432	0
1501	Octob. 1	15	108	6	0	518	4
1801	Sept. 30	15	108	7	0	604	8
2101	Sept. 29	15	108	8	0	691	2
2401	Sept. 28	15	108	9	0	777	6
2701	Sept. 27	15	108	10	0	864	0
3001	Sept. 26	15	108	20	1	648	
3301	Sept. 25	15	108	25	2	0	
3601	Sept. 24	15	108	30	2	432	
3901	Sept. 23	15	108	40	3	216	
4201	Sept. 22	15	108	50	4	0	
4501	Sept. 21	15	108	75	6	0	
4801	Sept. 21	15	108	100	8	0	
5101	Sept. 19	15	108	125	10	0	
5401	Sept. 18	15	108	150	12	0	
5701	Sept. 17	15	108	200	16	0	

Cycli.	Excessus Lunæ. hor.	hel.	d.
1	0	76	6
2	0	153	2
3	0	229	8
4	0	306	4
5	0	383	0
6	0	459	6
7	0	536	2
8	0	612	8
9	0	689	4
10	0	766	0
20	1	452	
30	2	138	
40	2	904	
50	3	590	
60	4	276	
70	4	1042	
80	5	728	
90	6	414	
100	7	100	
200	14	200	
280	19	928	
281	19	1004	6
282	20	1	2
283	20	77	8
284	20	154	4
285	20	235	0

Excessus Lunæ in an.	Helakim.	partes 190.
1	4	6
2	8	12
3	12	18
4	16	24
5	20	30
6	24	36
7	28	42
8	32	48
9	36	54
10	40	60
11	44	66
12	48	72
13	52	78
14	56	84
15	60	90
16	64	96
17	68	102
18	72	108
19	76	6

Annus Solaris Hipparchi & Ptolemæi supra dies 365. constat horis 5. hel. 993. cum 6. decimis.

Anni igitur 19. habent dies 6939. hor. 16. hel. 518. $\frac{4}{10}$ cyclus Lunaris totidem horasque. & Helakim 595.

Quare Lunæ Excessus est 76 $\frac{6}{10}$. Helakim, in quolibet cyclo.

Tabulæ usus duobus tribusve exemplis innotescet. Volo scire Molad Tisri in anno Romano, initio anni Judaici 5397. qui cadit in annum bissextilem nostrum 1636. Anno 5401. æquinoct. in tabula notatur Septemb. 18. hor. 15. 108. unde constat neomeniam Tisri futuram die 19. aut 20. sed scire libet horam & momentum. Tolle 5397. ex 5401. differentia est anni 4. quibus in columna complementi respondent hor. o. scr. 346. quæ addenda sunt

ad Septemb.	18	15	108
			346
Sept.	18	15	454

Æquinoctii momentum dicto anno 5397. fuit Septembris die decimooctavo horis 15. 454.
Quærendus nunc Excessus Lunæ in cyclis 284.

is est	hor.	20	154
cui adde per regulam perpetuam	hor.	14	96
dies 1	hor.	10	250

Si igitur hunc Lunæ excessum addideris

ad Septemb.	18	15	454
	1	10	250
	20	1	704

Molad Tisri erit vigesimo die Septemb. hor. 1. 704. Tabulæ priores habent 3. 1. 704. maximo consensu. Adduntur horæ 14. 96. quia in primo anno Judaico tantillo tempore Tisri morabatur æquinoctium.

Aliud exemplum ubi annus Rom. non est bissextilis.

Annus 5416. est etiam primus in cyclo Lunari. Quæritur ejus Molad in die anni Romani. Differentia 5416. & 5401. est 15. annorum, quibus annis in columna complementi conveniunt scrupula e regione annorum 10. & ann. 5. nempe hor. 1. scr. 216. quæ non addenda ut prius, sed subducenda sunt e radice

Subtrah. quoniam an. 5416. posterior est radices 5401.

Sept.	18	15	108
* Subtrahe		1	216
	18	13	972
Addantur 18. horæ		18	
Æquinoct. dicto an. 5416.	19	7	972

		hor.	
Excessus Lunæ cycl. 285.		20	231
adde		14	96
Distantia Lunæ ab æquinoct.	1	10	327

Æquinoctium Septembris die	19	7	972
	1	10	327
Tisri Septemb.	20	18	219

Molad Tisri e tabulis est 5. 18. 219. Et 20. Sept. est fer. 5.

Regula observanda

Quæris cur additæ sint horæ 18? Id fit quoniam annus propositus 5416. est tertius post bissextilem cyclo Solis 12. anno Christi 1655. Si fuerit annus primus adduntur horæ 6. si secundus, horæ 12. si tertius horæ 18. Anno bissextili nihil addendum. Exemplum pertinens ad seculum Mosis.

Annus Judaicus 2262. inchoat cyclum Lunæ centesimum vigesimum, & in cyclo solari est 22. Quæritur ejus connexio cum anno Rom. In tabula bini sunt numeri 2101. & 2401. utrolibet uti licet. Si tollas 2262. ex 2401. differentia erit anni 139. E contra demto numero 2101. ex 2262. restant anni 161. Annorum 139. complementum est hor. 11. 130. * addenda ad diem Sept. 28. 15. 108. Summa 29. 2. 238. Et quia annus 2262. est primus post bissextilem, addendæ sunt horæ sex. Est igitur tempus æquin. Sept. 29. 8. 238. Anni autem 161. habent complementum hor. 12. 950. non addenda sed * subtrahenda ex Sept. 29. 15. 108. restant 29. 2. 238. ut antea, ex additione: Et accedentibus horis 6. æquinoctium fuit Septemb. die 29. h. 8. 238. Lunæ excessus congruens cyclis 119. est hor. 8. 475. idemque auctus horis 14. 96. docet neomeniam Tisri esse infra æquinoctium hor. 22. 571.

** quia radix superat annum datum.*

** quoniam rad. 2101 minor est anno proposito.*

Æquinoct. Sept.	29	8	238
adde		22	571
	30	6	809

Tisri igitur anni propositi 2262. fuit Sept. 30. hor. 6. 809. Cujus character fer. 7. 6. 809. qui colligitur ex

Radice 1	2	5	204	*Sept.* 30. *fuit fer.* 7.
199 cyclis.	5	1	605	*cyclo Solis* 22.
	7	6	809	

Ejusmodi exemplis probatur fides Tabularum omnium non minus tab. quartæ quam cæterarum. Cognita anni primi connexione, tabula quarta docebit reliquorum annorum copulam.

CAPUT XIV.

De tribus nobilissimis festis in Ecclesia Judaica.

TRia in lege Mosaica instituta sunt festa magna, in quibus omnis mas comparere jubetur coram Domino. Illa sunt, festum Paschatos, festum Septimanarum, sive Pentecostes, & festum Tabernaculorum. De quibus legendus est Moses Exodi 12. Exodi 23. v. 14. Deuteronomii 16. v. 16. Illorum tempus legitimum in Calendario ita designatur; Pascha semper decimaquinta Nisan, Pentecoste sexta die mensis Siwan & Scenopegia decimaquinta mensis Tisri. Quamobrem Pascha & Scenopegia die plenilunii, quod proximum est æquinoctiis. Agnus Paschalis comparandus die decima mensis Nisan (qui seculo Mosis Abib dici videtur) mactandus die decimaquarta inter duas vesperas, hoc est inter tertiam & sextam horam pomeridianam, & mox ineunte die decimaquinta solemni ritu comedendus. A Paschate ad Pentecosten sunt dies quinquaginta, unde appellatio Græca. Et a Paschate ad Scenopegiam dies 177. hoc est semestre ordinarium, quæ intervalla in Calendario Judaico sunt perpetua. Nam istud semestre a neomenia Nisan ad sequentem neomeniam Tisri semper est dierum 177. Illud etiam observant Judæi feriam Pentecostes esse secundam Paschatis & feriam Scenopegias esse tertiam Paschatis, quod satis intelligitur ex dicto dierum numero 50. & 177. ubi omissis septenariis remanet 1. & 2. Cum igitur Pascha fuerit feria prima, Pentecoste erit feria secunda, & Scenopegia feria tertia. Item neomenia Nisan & Pascha sunt in eadem feria, quemadmodum etiam neomenia Tisri & Scenopegia. Causa manifesta est: quia in quolibet mense feria calendarum est etiam feria dierum 8. 15. 22. & 29. Porro festum Paschatos Judaici nullo negotio aptari potest Calendario Romano, uti etiam festum Pentecostes. Nam si a neomenia Tisri demantur dies 163. dies residui indicabunt Pascha Judaicum in eodem Romano sed in antecedenti anno Judaico. Demptis vero diebus 113. habebimus Pentecosten. Exempli gratia; Anno 5397. Tisri inchoatur die 20. Sept. feria 3. qui dies est 263. a cal. Januarii, facta subductione dierum 163. restant dies 100. qui numerus congruit 10. Aprilis fer. 1. anno Christi 1636. & anno Jud. 5396. Pentecoste 30. Mai. fer. 2. *Regula.*

Rursus anno Judaico 5398. Tisri nono Sept. numero 252. anno Christi 1637. facta subductione, residui sunt dies 89. congruentes diei 30. Martii Juliani fer. 5. Pentecoste numero 139. Mai. 19. feria 6. eodem anno Christi 1637. sed anno Judaico 5397. Diximus supra Pascha nunquam cadere in *Badu* hoc est in feriam 2. 4. 6. sed de eo sollicitus esse non debes, quoniam ubi rite constitutum fuerit caput anni, hoc est principium mensis Tisri, nunquam ex hac methodo Pascha continget in Badu. Historiæ celebrationis Paschatis leguntur Josuæ 5. v. 9. item 2. Reg. v. 21. Et 2. paralipom. 30. ubi Pascha celebratur mense secundo. Quod nonnunquam factitarunt Judæi stante ipsorum republica, uti ex ipsorum scriptis docet Scaliger. *Scaliger Emend. temp. p. 101.*

Paschatos enim tempus legitimum illud est, ut Sole peragrante Signum primum Zodiaci, die plenilunii celebretur Pascha, nefas judicabant antevertere æquinoctium vernum, aut diem plenilunii. Si igitur plenilunium contigisset pridie æquinoctii, hoc est pridie Tekuphæ Nisan ut Judæi loquuntur, istud plenilunium adscribebatur mensi Adar, & sequenti novilunio erat initium primi mensis. Sed stante repub. Judæorum constituti fuere certi Judices quibus commissa erat rei annariæ, & festorum *Paschat. tempus legitim.* *Scaliger Emend. temp. p. 101.*

cura. Qui si animadverterent nondum maturas esse fruges, sed adhuc serotinas esse, neque fructus arborum quibus mos est tempore Paschali florere, hisce argumentis nisi, intercalabant isto anno, hoc est, geminabant mensem Adar, ut frumentum maturum esset, ex quo offerretur manipulus in 16. Nisan: & ut fructus florerent more omnium. Hac ratione fiebat ut Paschatis festum semper esset in 15. Nisan.

Sed postquam eversa fuit ipsorum respub. non aliter quam e scripto Computo annum suum descripserunt, & dies festos observarunt. Quos ea in re imitati sunt tum Veteres Christiani, tum illi qui autore Gregorio Pontifice, annum reformarunt, uti patet ex terminis Paschalibus, quos hoc loco subjungere visum est.

TERMINORUM PASCHALIUM HARMONIA,

HOC EST

Termini Paschales quadruplices, Christianorum bini, & Judæorum bini, omnes ad annum Julianum reducti.

Cyclus Lunæ Roman. initium habet hisce annis.	Cyclus Lunæ Rom.	Romani veteres in anno Juliano.		Cycl. Lunæ Judai.	Judæorum veteres ab no 4105.		Judæorum recentes huic ævo idonei.		Rom. Gregoriani ad ann. Julian. reducti.		
	1	Apr.	5	17	Apr.	6	Apr.	2	Apr.	2	
	2	Mart.	25	18	Mart.	27	Mart.	22	Mart.	22	
1615	3	Apr.	13	19	Apr.	14	Apr.	10	Mart.	11	✠
1634	4	Apr.	2	1	Apr.	3	Mart.	30	Mart.	30	
1653	5	Mart.	22	2	Mart.	23	Mart.	19	Mart.	19	
	6	Apr.	10	3	Apr.	10	Apr.	7	Apr.	7	
	7	Mart.	30	4	Mart.	31	Mart.	27	Mart.	27	
✠	8	Apr.	18	5	Mart.	20	Mart.	16	Mart.	16	
	9	Apr.	7	6	Apr.	8	Apr.	4	Apr.	4	
	10	Mart.	27	7	Mart.	28	Mart.	24	Mar.	24	
	11	Apr.	15	8	Apr.	15	Apr.	12	Mar.	13	✠
	12	Apr.	4	9	Apr.	5	Apr.	1	Apr.	1	
	13	Mart.	24	10	Mart.	25	Mart.	21	Mart.	21	
	14	Apr.	12	11	Apr.	13	Apr.	8	Apr.	8	
	15	Apr.	1	12	Apr.	1	Mart.	29	Mart.	29	
	16	Mart.	21	13	Mart.	22	Mart.	18	Mart.	18	
	17	Apr.	9	14	Apr.	9	Apr.	6	Apr.	6	
	18	Mart.	29	15	Mart.	30	Mart.	26	Mart.	26	
	19	Apr.	17	16	Mart.	18	Mart.	15	Mart.	15	

In prima columna continetur cyclus Lunæ Romanus, in tertia cyclus Judaicus. Veteres Termini Paschales conveniunt cum Terminis Paschalibus Judæorum, quales erant ætate Constantini Magni: Ita etiam Termini Paschales a Gregorio Pon-

tifice

tifice reformati, non dissentiunt a Terminis Paschalibus Judæorum, qui jam quatriduo distant a priscis terminis. Quoniam gens ista terminos suos figit ac refigit, uti par est, arbitrio Lunæ. In cyclis 3. 8. 11. dissensus est unius mensis.

Compendiosa via inveniendi diem Paschatos in utroque anno Juliano & Gregoriano.

OCcasione hujus Harmoniæ facere non possum quin obiter demonstrem methodum Paschatos Christianorum. Ubi cognitus fuerit cyclus Lunæ Romanus cum cyclo Solis in anno proposito, tabulam hanc intrabis cum cyclo Lunæ, & ex ea capies Terminum Paschalem pro utroque anno, Juliano, inquam, & Gregoriano; Litera Dominicalis proxime sequens terminum monstrabit diem Festi, & quamvis terminus sit die Dominica, Pascha nihilominus differtur in Dominicam sequentem. Exempli gratia, Anno Christi *1636.* cyclus Lunæ Rom. est tertius, cyclus Solaris 21. litera B Cyclo Lunæ 3. respondet terminus April. 13. pro anno Juliano, pro anno Gregoriano terminus est Martii 11. Dies Aprilis 13. habet lit. e hoc est feriam quartam, & sequitur Dominica Aprilis 17. quæ est dies Paschatos in anno Juliano: Et Martii 11. est feria *6.* Dominica vero die 13. Martii, qui in anno Gregoriano est 23. Martii. Pascha quinque septimanis præcedens Pascha anni Juliani. Judæorum vero Pascha Aprilis 10. feria prima, una septimana ante Pascha nostrum in anno Juliano.

Anno sequenti *1637.* cyclo Lunæ 4. Solis 22. lit. A Termini sunt, in anno Juliano Aprilis 2. in anno Gregoriano Martii 30. Pascha istic Aprilis die nono, hic vero Aprilis secundo, hoc est Aprilis duodecimo anni Gregoriani. Judæorum Pascha ipso die termini Gregoriani, die inquam 30. Martii Juliani feria quinta.

Sæpenumero rogati fuimus ab amicis: Cur Pascha anni reformati nonnunquam præcedat Pascha anni veteris intervallo quinque septimanarum? Respondi, istud nunquam alias contingere posse præterquam in annis tertio, octavo & undecimo cycli decemnovennalis: In reliquis enim annis Termini Paschales unum idemque respiciunt plenilunium: sed istis tribus annis termini distant intervallo unius mensis & trium dierum, ne forte Pascha celebretur sole occupante signum Tauri, præter institutum veteris Ecclesiæ. Tridui spatio moti sunt etiam cæteri termini reformati, ut a plenilunio tanto propius abessent.

JUDÆO-

JUDÆORUM PASCHATA.

Pascha semper Mense Mart. aut Apr.

Cyclus Judaicus.	Anni a Christo nato.	PASCHA.	Lit. dom.	Cyclus Judaicus.	Anni a Christo nato.	PASCHA.	Lit. dom.
13	1630	Mar. 18 f. 5	c	17	1653	Apr. 2 f. 7	b
14	1631	Apr. 7 f. 5	b	18	1654	Mar. 23 f. 5	a
15	1632	Mar. 27 f. 3	g	19	1655	Apr. 12 f. 5	g
16	1633	Mar. 16 f. 7	f	1	1656	Mar. 30 f. 1	fe
17	1634	Apr. 3 f. 5	e	2	1657	Mar. 19 f. 5	d
18	1635	Mar. 24 f. 3	d	3	1658	Apr. 8 f. 5	c
19	1636	Apr. 10 f. 1	b	4	1659	Mar. 29 f. 3	b
1	1637	Mar. 30 f. 5	a	5	1660	Mar. 17 f. 7	ag
2	1638	Mar. 20 f. 3	g	6	1661	Apr. 4 f. 5	f
3	1639	Apr. 9 f. 3	f	7	1662	Mar. 25 f. 3	e
4	1640	Mar. 28 f. 7	d	8	1663	Apr. 12 f. 1	d
5	1641	Mar. 16 f. 3	c	9	1664	Mar. 31 f. 5	cb
6	1642	Apr. 5 f. 3	b	10	1665	Mar. 21 f. 3	a
7	1643	Mar. 25 f. 7	a	11	1666	Apr. 10 f. 3	g
8	1644	Apr. 11 f. 5	f	12	1667	Mar. 30 f. 7	f
9	1645	Apr. 1 f. 3	e	13	1668	Mar. 17 f. 3	ed
10	1646	Mar. 21 f. 7	d	14	1669	Apr. 6 f. 3	c
11	1647	Apr. 10 f. 7	c	15	1670	Mar. 26 f. 7	b
12	1648	Mar. 28 f. 3	a	16	1671	Mar. 16 f. 5	a
13	1649	Mar. 18 f. 1	g	17	1672	Apr. 2 f. 3	gf
14	1650	Apr. 6 f. 7	f	18	1673	Mar. 22 f. 7	e
15	1651	Mar. 27 f. 5	e	19	1674	Apr. 11 f. 7	d
16	1652	Mar. 14 f. 1	dc				

Annis cycli Judaici 2. 5. 10. 13. 16. 18. Pascha Judaicum antevertit priſcam Tekupham Judæorum, ſive diem 25 Martii. Sed non prævenit Tekupham Alfonſinam quam Judæi attribuunt ſuo Rabbi Adda: quæ fixa eſt in 14. Martii ut habet Calendarium Paleſtinum Venetiis excuſum typis Hebraicis anno Judaico 5335.

CA-

CAPUT XV.

De Temporis Epocha Judæorum, & Scaligerana.

EPochæ lingua Græca appellantur clauſtra ac repagula, quibus coercetur aquarum fluxus. Belgis, *Zylen* & *Kolken*. Quæ vox tranſlata eſt ad temporis annotationem inter duos terminos, ut a Moſe ad Salomonem numerantur anni 480. A conditu Conſtantinopoleos ad ejus expugnationem a Turcis, 1122. anni. Quæritur ab eruditis a quo principio fluant anni Judaici? quod conſtat eſſe antiquius Diluvio. Ipſi Judæi uno ore dicunt ſe annos ſuos exordiri a conditu Mundi. Fidem illis non habet magnus Scaliger, primum quia Epocha iſta longiuſcule abeſt ab aliorum calculo, deinde quoniam ſero tandem uſi fuere iſta Epocha temporis, ſcilicet poſt everſionem Hieroſolymæ. Nam in antiquioribus hiſtoriis nulla hujus Epochæ mentio. Suſpicatur igitur eſſe Epoch. annorum artificioſam, gratia Computi inventam a magiſtris Tiberiadis, hujus Computi (עבור) autoribus, ſeu verius reformatoribus, anno Jud. 4105. Ita Epochas temporum artificioſas habuere olim Conſtantinopolitani. Et ipſe Scaliger magno rei Chronologicæ & Aſtronomicæ commodo novam exhibuit temporum Epocham annis mundi antiquiorem, quam appellavit Periodum Julianam, vocari malim Scaligeranam. Illa nititur connexione ac copula trium Cyclorum Solis, Lunæ, & Indictionum, quemadmodum Periodus Dionyſiana, quæ eſt annorum 532. compoſita eſt a binis cyclis, Solis inquam, & Lunæ. Hoc eſt, ſi multiplicemus 28. in 19. producentur anni 532. quæ eſt Periodus Paſchalis Dionyſiana, quo temporis ſpatio recurrunt iidem cycli Solis & Lunæ. At Scaliger multiplicavit annos 532. in 15. cyclum Indictionum, unde nata eſt Periodus annorum 7980. quo annorum intervallo & non citius revertuntur iidem cycli, Solis, Lunæ, & Indictionum. Exempli gratia: Cum hæc ſcribebamus anno Chriſti 1630. cyclus Solis erat 15. Lunæ 16. Indictio 13. talis trium cyclorum copula redire non poteſt, niſi poſt annos 7980. Quando igitur Scaliger exorſus eſt ſuam Periodum? Cum cyclus Solis fuit 1. Lunæ 1. Indictio 1. Quod evenire non potuit, ſi in anteriora putemus tempora, niſi ante annos 6342. Annus igitur iſte qui fingitur habuiſſe trium cyclorum initia, aliquot ſeculis præceſſit veram mundi Epocham: Atque adeo tanta eſt certitudo in hac Periodo Scaligerana, ut ſi quis, exempli gratia, proponat aliquem nobilem eventum contigiſſe cyclo Solis nono Lunæ primo, indictione tertia, eveſtigio colligam id factum fuiſſe anno Periodi Scaligeranæ 4713. ante annos completos 1629. Quam rationem nuſquam prodidit Scaliger, ſed nos aperuimus in Cal. Romano cap. 8. Cycli iſti ſunt certiſſimi characteres temporis, qui nunquam imponunt ubi rite fuerint notati. Sed ad Epocham Judaicam revertamur. Haud magni refert, ſitne Periodus ficta, an non ficta ſed ex ipſorum calculo de conditu rerum producta, uti Judæi omnes exiſtimant. Satis ſit ſciviſſe, iſtius Epochæ initium fuiſſe anno Periodi Scaligeranæ nongenteſimo quinquageſimo tertio, Octobris die ſeptimo, cum cyclus Solis eſſet primus, Lunæ tertius, Indictio octava. Lunæ, inquam, tertius more Romanorum ſed primus Judaicus. Quo anno Æquinoctium autumnale, juxta Hipparchi & Ptolemæi ratiocinia fuit die ſeptimo Octob. & eodem die novilunium, uti ſupra demonſtratum fuit. Sed ſi Alfonſi ſequamur calculum, Æquinoctium fuerit vigeſimo Octobris, totis 13. diebus ſerius Æquinoctio Ptolemaico. Quæ temporis differentia quoſdam habuit incertos in calculo annorum Judaicorum. Novilunium autem abaco Alfonſino Octob. 6. h. 9. 810. hoc eſt horis 19. ante novil. Ptolem. Minime ignoramus æquinoctia Alfonſina abhinc aliquot ſecula eſſe certiora Æquinoctiis Ptolemaicis; ſed temporibus priſcis ante Ptolemæum & Hipparchum, ſerio expendendum quorum tabulæ propius cum cœlo conveniant, veterumne tabulæ an recentiorum. Nos in hoc tractatu inhærendum eſſe duximus Ptolemæi canonibus. Et ut Aſtronomiæ ſtudioſis ſatisfaciamus, idem per annos æquabiles demonſtrare libet, quibus ipſe Ptolemæus in canonibus ſui uſus eſt. Principio annorum Nabonaſſari Epactæ Lunares fuerunt dies 5. hor. 7. 1. 15. a quo tempore ad annum Periodi Scaligeranæ 953. retro numerantur anni æquabiles 3016. ad diem inquam, 21. Martii, fer. 5. quo die fuere calendæ menſis Thoth. Quærantur Epactæ Lunares ad iſtum diem. Epactæ unius anni d. 10. hor. 15. hel.

Periodus Scalig.

Conſulatur Cal. Roman. junctum Tab. Friſicis.

Tab. Friſ. pag. 46.

Tab. Friſ. pag. 64.

hel. 204. ductæ in annos 3016. producunt dies 32068. hor. 17. hel. 744. unde si subduxeris menses 1085. sive dies 32040. hor. 17. hel. 725. restabunt dies 28. hor. 1. hel. 19. Epactæ annorum 3016. subducendæ e dicta radice Nabonassari addito prius mense integro, uti lex subductionis postulat.

	dies.	hor.	hel.	
Radix aucta	34	19	815	uno mense
Epactæ	28	1	19	annorum 3016.
Epactæ	6	18	796	

Habemus igitur Epactas Lunæ ad dictam temporis epocham, Mart. 21. an. 953. nempe dies 6. hor. 18. hel. 796. sub meridiano Alexandrino, horis numeratis a medio noctis. Novilunium igitur die 23. mensis Thoth. horis 17. hel. 1077. Cui tempori si addantur horæ 6. 849. erit Novilunium juxta dies Judaicos die 24. mensis Thoth. hor. 0. hel. 846. quod tempus congruit diei decimotertio Aprilis. At novilunium Tohu fuit uti toties dictum fuit, Octob. 7. 5. 204. Exploremus igitur an sint exacte menses sex intermedii.

Tab. Frif. pag. 70.

	dies.	hor.	hel.	
13. Aprilis.	103	0	846	} addantur.
sex menses.	177	4	438	
	280	5	204	Oct. 7. 5. 204.

Plenissimum videmus consensum tam in annis Ægyptiacis quam in annis Julianis. Hinc etiam fit manifestum dictum Novilunium Tohu incidere in diem 21. mensis Ægyptiaci Phamenoth, a quo die ad diem 14. Septembris anni Periodi Scaligeranæ 3967. sunt anni Ægyptiaci 3016.

Tab. Frif. pag. 76.

Restat, ut de Æra Contractuum paucis agamus, qua usus est scriptor historiæ Macchabæorum.

CAPUT XVI.

De Epocha Judæorum Alexandræa, quæ alias dicitur Æra Contractuum.

HÆC Epocha nomen habet ab Alexandro Magno Philippi filio. Autor ejus fertur Calippus; & a Syromacedonibus transiit ad Judæos. Non est tamen eadem cum Periodo Calippi cujus meminit Ptolemæus in magna Syntaxi. Illa enim initium habuit an. Periodi Scalig. 4383. cycl. Lun. 13. Rom. Alexandræa autem cœpit annis 19. serius, anno Periodi Scalig. 4402. cyclo Lunæ XIII. Anno Judaico 3450. Septemb. 6. feria 5. cyclo Solis VI. Hac temporis Epocha, inquit Scaliger, usi sunt Syromacedones, Chaldæi, Judæi, Hagareni. Qui populi (post annos plus minus 280.) anno Juliano recepto annum suum ad hunc usque diem a Kalend. Octobris ordiuntur. Quod etiam confirmatur testimonio Alfonsinorum, qui inter hanc Epocham & æram Incarnationis ajunt interponi annos Rom. 311. dies 93. quod verum est.

Emend. Temp. pag. 91. Tab. Frif. pag. 245.

Scriptor Historiæ Macchab. Historiam exorditur ab anno centesimo trigesimo septimo hujus Epochæ, hoc est annis fere 176. ante Æram Christi. Et 1. Macchab. 4. v. 52. narratur altaris sanctificatio facta anno 148. die 25. mensis noni, qui est Casleu. Addantur anni 148. ad annos Judaicos 3449. summa est annus Judaicus 3597. quo istud factum. Si vis scire quot annis ante Epocham Christi, subtrahe 3597. ex 3761. restabunt anni 164. Quærendus dies in anno Ro-

Romano. Annus Jud. 3597. est annus sextus cycli Lunaris & præcessere cycli 189. Idem annus est decimustertius cycli Solaris.

		dies.	hor.	hel.	
Radix anni	6	4	13	1057	
cyclorum	189	4	8	135	
Character		1	22	112	Tisri.

Kebia Tisri feria secunda Kal. Septemb. Casleu Octob. 31. & 25. Casleu fuit Novemb. 24. anno Periodi Scalig. 4549. Erat annus Embol. abundans.

Scaliger huic Epochæ contractuum specialem attribuit tabulam Emendat. temp. pag. 93. qua tamen carere tuto possumus, & ejus loco uti præcedenti methodo. Æra contractuum vulgo appellatur, quoniam Judæi in civilibus contractibus, in emtionibus venditionibus, in locatis & conductis hac æra uti consuevere.

Metam hic figere libet susceptæ de forma methodoque anni Judaici scriptionis ex ipsis veteris Astronomiæ fontibus depromtæ. Kebiarum canones studio omisimus, quoniam tantum examinis loco sunt Judæis, ut ex iis innotescant calculi errata. Pergamus ad annos Arabicos sive Turcicos, quos Scaliger dicit esse omnium contumacissimos, quia legibus anni Romani subjici recusant, instar equorum refractariorum qui frænos mordent. Nos tamen ipsos in ordinem redegimus, novisque astrinximus nexibus ut ipsorum contumacia vix ultra bidui spacium excurrat, magno commodo illorum qui lectione Musulmanicæ capiuntur Historiæ.

DE ANNO ARABUM ET TURCARUM.

ARabum & Turcarum annus ad ſolius Lunæ motum deſcriptus eſt nulla habita ratione motus Solaris, uti ſupra tetigimus. Unde fit ut methodus facilis ſit, nullis intercalandi aſtricta legibus.

Menſes ſuos auſpicantur non ab interlunio (ἔνη καὶ νέα) ſed a prima apparitione veſpertina, quæ fere uno die ſerior eſt interlunio, aut ad ſummum biduo: interlunium hic capimus pro momento conjunctionis Solis & Lunæ. Quæ cauſa eſt (inquit Alfraganus) cur tempora ſua & ferias auſpicentur a nocte, uti & omnes populi qui olim menſibus utebantur Lunaribus. Veſtigia exſtant in voce νυχθήμερον, nec non in pleriſque Europæ Horologiis quæ horas numerant 24. initio facto ab occaſu Solis. Quod obiter dictum velim.

Menſis Arabum Aſtronomicus eſt dierum 29. hor. 12. Helakim 792. uno Helak minor menſe Judaico. Menſes vero civiles ſunt ordinario alternis pleni & cavi, Judæorum menſibus æquales. Omiſſio iſta unius helak in menſibus 1080. facit jacturam unius horæ, & in menſibus 25920. perit dies unus. Menſes 1080. conſtituunt annos Arabicos 90. & menſes 25920. continentur in annis Arabicis 2160.

Annus ſemper abſolvitur menſibus duodecim.

Sunt autem Menſium nomina hæc.

1	Muharrem	30
2	Sefer	29
3	Rabiul-ewel	30
4	Rabiul-achir	29
5	Gimaaſil-ewel	30
6	Gimaaſil-achir	29
7	Regeb	30
8	Schaaban	29
9	Ramazan	30
10	Schewaal	29
11	* Zilkaade	30
12	* Zilhigge	29
	dies	354

* alias *Dilkade*.
* alias *Dilhagø*.

Ita quidem menses appellantur Constantinop. quæ pronuntiatio alibi nonnihil inflectitur. *Evvel* Arabice est prior, *Achir* posterior. Mense nono Turcæ se macerant jejuniis, & neomenia mensis decimi celebrant suum Beiram, festum affine nostro Paschati.

Pascha Turcarum.

Hic nulli sunt menses hiberni, nulli æstivi, sed singuli per totum annum nostrum vagantur in orbem, eumque compleant an. fere 32.

Epocha annorum Hegiræ.

HEgiram vocant Arabes persecutionem religionis ergo, ut testatur vir summus Scaliger. Ab illo igitur die quo Muhammedes coactus fuit solum vertere, ob novam de religione doctrinam, annos suos numerant Turcæ & cæteri Muhammedani, & ideo dicuntur anni Hegiræ. Quod tempus quadrat cum 16. Julii anno æræ Christianæ 622. feria sexta. Quæ feria sexta (nobis dies Veneris) pari honore a Turcis colitur, quo a Judæis sabbathum, & a nobis dies Dominica. Erat annus Periodi Scaligeranæ 5335. a calendis Januarii, & annus Periodi Judaicæ 4382. ab autumno antecedenti. Novilunium e tabulis Ptolemaicis fuit Julii die decimoquarto scrup. 19. 3. post mediam noctem sub meridiano Ægypti. Sed more Judæorum fuit die 14. hor. 7. 112. feria quarta. Annus Judæorum 4382. est duodecimus annus cycli Lunaris, præcessere cycli 230.

Alfonsinis 15. Julii feria 5.

	fer.	hor.	hel.	
Radix anni 12	7	9	52	
cycli 230.	2	14	770	
Tisri	2	23	822	Character
Adde 10. Menses	1	7	370	
Mensis Ab	4	7	112	Character,

consentiens cum Ptolemæi calculo.

Terminus anni 12. seculo Apostol. erat Sept. 23. demtis 2. diebus, pro seculo Muhammedis terminus ejusdem anni est Sept. 21. Erat cyclus Solis 14. lit. d. Quare Molad Tisri anni Jud. 4382. fuit Sept. 21. feria secunda, anno Christi 621. Sed politice Sept. 22. feria tertia propter *Jach.*

Erat annus Communis ordinarius, quare mensis Ab sequens inivit Julii 14. feria 4. cyclo Solis 15. lit. G. Sed cum Sol & Luna essent in fine Cancri, Luna sui videndæ potestatem facere non potuit ante vesperam diei 15. Julii, ineunte feria sexta. Sed Astronomi Epocham hanc Hegiræ ordiuntur a feria quinta, nempe a meridiano diei 14. Julii.

Vel quoniam neomenia politica (teste Alfragano) ordinario uno die posterior neomenia Astronomica.

TABULA PRIMA. SECUNDA. TERTIA. QUARTA.

Anni Romani	Excessus. anni.		dies.
32	1	min.	6
65	2	min.	2
97	3	min.	8
130	4	min.	3
163	5	plus	1
195	6	min.	5
228	7	plus	1
456	14	plus	2
684	21	plus	3
912	28	plus	3
944	29	min.	3
977	30	plus	2
1009	31	min.	4
1107	34	min.	1 d.

Anni Rom.	Ex-ceff. dies.	Anni Arab. abfol.	Feriæ.		Anni Ara. ine-unt.	fer. rad.
1	11	30	5		1	6
2	22	60	3	b	2	3
3	33	90	1		3	1
4	44	120	6		4	5
5	54	150	4	b	5	2
6	66	180	2		6	7
7	76	210	7	b	7	4
8	87	240	5		8	2
9	98	270	3		9	6
10	109	300	1	b	10	3
11	120	330	6		11	1
12	131	360	4		12	5
13	141	390	2	b	13	2
14	153	420	7		14	7
15	164	450	5		15	4
16	174	480	3	b	16	1
17	185	510	1		17	6
18	196	540	6	b	18	3
19	207	570	4		19	1
20	218	600	2		20	5
21	228	630	7	b	21	2
22	240	660	5		22	7
23	251	690	3		23	4
24	261	720	1	b	24	1
25	272	750	6		25	6
26	283	780	4	b	26	3
27	294	810	2		27	1
28	305	840	7		28	5
29	315	870	5	b	29	2
30	327	900	3		30	7
31	338	930	1			
32	348	960	6.			
		990	4			
		1020	2			
		1050	7			

Tabula prima & fecunda Exceffum continent annorum Romanorum fupra Arabicos.

Tabula tertia & quarta feriam præftant cujuslibet anni ineuntis.

In periodo 30. annorum Arab. funt anni 19. dierum 354. & anni undecim dierum 355. fignati b.

Quare tota periodus dies habet 10631. quorum character feria 5. principium feriarum in tab. tertia. In quarta tabula funt feriæ radicales quales fuere in cyclo primo annorum Hegiræ. Anni in eadem tabula funt anni ineuntes, in reliquis tribus funt anni abfoluti.

Sed ad methodum veniamus. Hæc abſolvitur quatuor tabellis, quarum ultima reliquarum θεμέλιον, in tabulis Alfonſinis exſtat. Ea eſt periodus triginta annorum Arabicorum, in qua comprehenduntur menſes 360. conſtantes diebus 10631. ſine ulla appendice horarum, vel ſcrupulorum. Totidem menſes Judaici abſolvuntur diebus totidem, & præterea Helakim 360. Exceſſus eſt Helakim 360. quoniam Arabes hujus rei gratia, ſingulos menſes uno Helak mutilarunt. Ex iſto fundamento conſtruximus primam & ſecundam tabulas, quibus ſolis res tota perfici poteſt; nam tabula tertia cum quarta examini inſerviunt, monſtrata feria menſis Muharrem. Quoties igitur in dato anno æræ Chriſtianæ ſcire libet caput anni Arabici, hoc eſt neomenia Muharrem in quem diem anni noſtri cadat, & ſimul quotus fluat annus Hegiræ, hoc pacto agendum: Ex anno æræ Chriſtianæ demantur anni 622. cum reſiduo annorum numero intrabis tabulam primam uno ingreſſu vel pluribus. E qua deſcribes exceſſum annorum & dierum reſpondentem iſti numero annorum vel numero proxime minori. Et cum annis abundantibus ſupra 32. annos adeunda eſt tabula ſecunda, unde colliges exceſſum dierum, addendum diebus primæ tabulæ. *Exemplum hoc eſto*. Scire lubet annum Hegiræ ejuſque principium, anno Chriſti 1631. cyclo Solis 16. lit. b. Subductis annis 622. reſtat numerus 1009. cui in prima tabella reſpondet exceſſus annorum 31. minus 4. diebus: adde igitur annos 31. ad 1009. erunt anni Arabici 1040. terminandi die 15. Julii, niſi deficerent dies 4. finiuntur igitur die 19. Julii, & die 20. init annus Hegiræ quadrageſimus primus ſupra milleſimum. Rurſus proponatur annus 1640. demptis annis 622. relinquitur numerus 1018. E prima tab. excerpes exceſſum annorum 31. minus 4. diebus, & cum reſiduis 9. annis e ſecunda tab. capies exceſſum dierum 98. exceſſui priori adjiciendum. Erunt igitur anni 31. & dies 94. Qui exceſſus additus annis Rom. 1018. docet annos Arabicos 1049. abſolutum iri diebus 94. ante diem 15. Julii vel annum 1050. initurum diebus 94. ante diem 16. Julii, hoc eſt Aprilis 13. feria ſecunda: cyclo Solis 25. lit. d. Examen exemplorum præcedentium hoc eſto. Quære annum 1041. in tabula tertia, vel numerum proxime minorem 1020. cui adnexa eſt feria 2. cum annis reſiduis 21. excerpes e quarta tabula feriam 2. quæ juncta priori facit feriam 4. qua inire debuit dictus annus 1041. Julii 20. feria 4. litera b nihil igitur erratum fuit. In altero exemplo quia annus 1050. non datur hic abſolutus ſed iniens, e tabula tertia cum annis 1020. excerpes feriam 2. & cum reſiduis annis 30. fer. 7. quæ duæ feriæ junctæ dant feriam ſecundam, qua inchoandus annus 1050. recte igitur Aprilis 13.

Method.

Exemplum 2.

Haud leve fecero operæ pretium ſi addidero duo illuſtria exempla ex hiſtoria Muſulmana Leunclavii. Pudor eſt profecto Chronologos ambigere de anno captæ Conſtantinopoleos. Num ſcilicet capta ſit anno Chriſti 1452. an vero anno 1453. Scaliger productis utrimque argumentis ſeſe explicare non potuit. Sed litem hanc decidendam arbitror judicio Patriarchæ Conſtantinopolitani conſentiente cum ſententia Turcarum. Notavit igitur Patriarcha calamitatem iſtam nobiliſſimæ urbium accidiſſe anno Chriſti 1453. die vigeſimo nono Mai, diluculo, die Martis, hoc eſt feria tertia.

Conſtantinop. capta. Emendat pagin. 494.

Iſto anno fuit cyclus Solis 6. lit. g. quare dies 29. Mai feria tertia.

Audiamus nunc ipſos Turcicos ſcriptores ex Leunclavio: *Accepimus*, inquit, *urbem oppugnari cœptam anno Muhametano octingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, die XVII. menſis Rebiul-evvel, tandem die XX. menſis Turcici Tzemaſiel-evvel, qui dies Martis erat, matutino tempore in hoſtium poteſtatem veniſſe*.

pag. 579.

Si tempus a Turcis notatum conſentit cum Patriarcha, dico iſti ſententiæ eſſe inhærendum. Examinemus. Ab anno Chriſti 1453. demantur anni 622. & cum annis reſiduis 831. adeatur tabella prima duobus ingreſſibus,

	Exceſſus
Anni 684	21 plus 3. diebus
Anni 130	4 minus 3. diebus
Anni 17	0 plus 185. diebus
Summa — 831	25 plus 185. diebus
adde 25	
856	

Sunt

Sunt igitur anni Arabici 856. completi, & abundant dies 185. pertinentes ad annum sequentem, quos subducere oportet a die 16. Julii hoc est, ex diebus 197. restant dies 12. Quare annus 857. inivit duodecimo Januarii feria 6. Quæ feria rursus subjicienda est examini tab. tertiæ & quartæ. Annis 840. debetur feria 7. & anno 17. feria 6. consensus in feria arguit nihil esse erratum in anni capite. Pergamus. Si Muharrem cœpit 12. Januarii, Sefer igitur 11. Februarii, Rabiulewel 12. Martii, Rabiulachir 11. Aprilis, denique Gimasiulewel Maii die decimo feria quinta. Et eadem feria dieb. ejusdem mensis 8. 15. 22. quare dies xx. feria tertia, conveniens cum 29. Maii. Accedat & tertium testimonium charactere suo firmissimum. Historia Hungarica testatur urbem captam die 29. Maii feria tertia ante festum corporis Christi. Anno Domini 1453. Pascha fuit 1. Aprilis Pentecoste 20. Maii & festum Sacramenti 31. Maii fer. 5. Anno antecedenti idem festum 8. Junii.

Cycl. Lun. 10. fol. 6.

Nulla igitur amplius movenda controversia de anno captæ Constantinopoleos: acquiescendum consentientibus sententiis eorum quibus res optime nota esse debuit.

Rhodus capta.

Alterum exemplum ex historia Turcica est tempus expugnatæ Rhodi urbis & insulæ, a Solymanno Turcarum Imperatore. Nostri scriptores uno consensu testantur urbem post gravem obsidionem tandem certis conditionibus traditam fuisse Solymanno anno Christi 1522. die 25. mensis Decembris. Annales Turcici ajunt Rodon venisse in Solymanni potestatem anno nongentesimo vigesimo nono, tertio die mensis Sefer. Sequamur methodum nostram. Anni a subductione residui sunt 909.

:cessus annorum	684	21 anni plus 3. d.
annorum	195	6 anni minus d. 5.
Ann.	21	o plus diebus 228.
354	900	27 anni plus 226. diebus.
226	27	
128	927	

Ergo anno Christi 1622. die 15. Julii prætererant anni Arabici 927. & præterea transierant dies 226. de anno sequente, ita ut restent dies 128. ad annum 928. complendum. Finem igitur habuit die 20. Novembris feria quinta cyclo Solis 19. lit. E. Sed annus 929. inchoandus erat feria quinta quemadmodum colligere licet e tab. tertia & quarta. Quare in excessu dierum 226. abundavit dies unus. Et annus 929. cœpit die 20. Novemb. & neomenia Sefer 20. Decembris feria 7. & tertius dies mensis fuit Decemb. 23. quo die convenisse arbitror inter Solymannum & Magistrum Rhodium de tradenda urbe, & obsessis datum biduum ad colligenda vasa & componendas sarcinas.

Satis superque demonstrata est vera connexio annorum Hegiræ cum annis Romanis, quantum ex Alfonsi tabulis colligere licuit. Et hæc est ordinaria anni forma a qua nonnunquam desciscere videntur Turcæ exemplo Judæorum, mensium nonnullos ex plenis facientes cavos & contra ex cavis plenos. Sed dissensio inde orta non excedit spatium bidui in mensium neomeniis: alioqui in annorum numero, & mensium consecutione plenissimus consensus.

Calend. missum Constantinopoli.

Quod didicimus, ex literis Viri Amplissimi Corn. Haga præpotentum Ordinum Belgicarum Provinciarum legati in aula Turcica. Is abhinc annos undecim meo rogatu huc misit calendarium Turcicum, collatum cum anno nostro Juliano, cujus summam hic referre visum fuit:

Zilkaade Mensium penultimus anni Mahometani 1027. cœpit die Saturni decimo Octobris anno Christi 1618. Erat dierum 30.

Zilhigge mensis ultimus dicti anni 1027. cœpit die Lunæ nono Novembris. Dies habuit 30.

Muharrem primus mensis anni 1028. inivit die Mercurii non Decembris. Dies habuit 29.

Sefer mensis secundus, die Jovis septimo Janunrii anno Christi 1619. Dies habuit 30.

Ra-

Rabiul-evvel die Saturni ſexto Februarii. Dies habuit 29.

Natalis Machometi celebratus 17. Februarii.

Rabiul-achir die Solis ſeptimo Martii. Dies habens 29.

Æquinoctium calculo Turcarum undecimo die Martii.

Gimaaſil-evvel die Lunæ quinto Aprilis. Dierum 30.
Gimaaſil-achir die Mercurii quinto Maii. Dierum 29.
Regeb die Jovis tertio Junii. Dierum 29.
Schaaban die Veneris ſecundo Julii. Dies 30.
Ramazaan die Solis primo Auguſti. Dies 30.
Schevvaal Bairam majus Turcarum, die Martis Auguſti ultimo. Dies habet 29.
Zilkaade die Mercurii Septemb. 29. Dies 30.
Zilhigge die Veneris Octob. 29. Dies 29.
Annus 1029. inibit die Saturni 27. Novemb. hoc anno Chriſti 1619.

Hæc ex legati literis: ubi videre eſt maximum conſenſum methodi noſtræ ex Aſtronomia deſumtæ cum Calendario ab Haga miſſo, ſi modo excipias mutilationem & repletionem quorumdam menſium, cujus rei rationem adhuc ignoramus & methodum. Annus igitur 1028. habuit quinque menſes plenos & ſeptem cavos: & quidem menſis primus fuit cavus. Totus annus dies habuit 353. æqualis anno deficienti Judæorum. Erat annus octavus Periodi Arabicæ trigeſimæ quintæ: qui alioqui debebat abſolvi diebus 354. Sed menſis ultimus anni præcedentis fuit plenus dierum 30. qui alius eſt cavus.

Alia methodus priore facilior.

FIniturus hic æram noſtram de anno Turcico diatriben certamque methodum annos noſtros convertendi in annos æræ Turcicæ, cum commodum mihi in mentem venit monitionis viri Reverendi D. Ubbonis Emmii primi noſtræ Academiæ Rectoris p. m. qui dicere ſolebat annos Turcicos, ex noſtris tab. haud pari facilitate reduci poſſe in annos Romanos: quod veriſſimum eſt. Quare dum pagellæ hæ cuduntur, excogitata eſt a nobis nova ratio facilis & expedita, qua annus quilibet Turcicus connecti poſſit cum anno æræ Chriſtianæ vetere: quam minime omittendam duximus, in gratiam eorum quibus annales Turcicos evolvere cordi eſt. Periodus Arabica ſive cyclus annorum Arabicorum abſolvitur annis 30. Illam duplicavimus, & fecimus annorum 60. in quibus ſunt dies 21262. in menſes 720. diſtributi. Primus cyclus 60. annorum terminabitur anno Chriſti ſexcenteſimo octageſimo, diebus 273. poſt cal. Januarias, cyclo Solis 17. Erat dies ultima Septembris, feria prima. Et cal. Octobris inivit annus Hegiræ ſexageſimus primus, feria ſecunda. Ab iſto capite perreximus tabellam contexere continua additione annorum 60. Arabicorum, ſingulis periodis apponentes annum æræ Chriſtianæ currentem, uti vocant, cum dierum numero a cal. Januarii in quibus hæret finis anni Arabici in prima columna expreſſi. In ſecunda tabula continentur anni Arabici 60. expanſi cum differentia dierum, quibus ſuperantur, ab annis Romanis numero æquali; anni inquam Arabici non quilibet ſed qui ſuam obtinent ſeriem in cyclo 30. annorum, habita ratione biſſexti Juliani ab anno Chriſti 624. qui primus eſt biſſextilis poſt epocham Arabicam.

Canon

Canon alter, quo anni Turcorum facile reducuntur in annos nostros.

Anni Hegiræ collecti	Anni Christi currentes, cum diebus a cal. Januarii.			cycli Solis	*Anni Expansi Arabum* anni		dies	*Arabum Anni*	Romanorum Anni		Dies
60	680	plus	273	17	1	min.	11	31	30	plus	27
120	738	plus	351	19	b. 2	m.	22	32	31	plus	17
180	797	plus	63	22	3	m.	33	33	32	plus	6
240	855	plus	141	24	4	m.	44	34	33	min.	5
300	913	plus	218	26	b 5	m.	54	35	34	min.	16
360	971	plus	296	28	6	m.	66	36	35	min.	27
420	1030	plus	8	3	b 7	m.	76	37	36	min.	37
480	1088	plus	85	5	8	m.	87	38	37	min.	48
540	1146	plus	163	7	9	m.	98	39	38	min.	60
600	1204	plus	240	9	b 10	m.	109	40	39	min.	70
660	1262	plus	318	11	11	m.	120	41	40	min.	81
720	1321	plus	30	14	12	m.	131	42	41	min.	92
780	1379	plus	108	16	b 13	m.	141	43	42	min.	103
840	1437	plus	185	18	14	m.	153	44	43	min.	114
900	1495	plus	263	20	15	m.	164	45	44	min.	125
960	1553	plus	340	22	b 16	m.	174	46	45	min.	135
1020	1612	plus	53	25	17	m.	185	47	46	min.	147
1080	1670	plus	130	27	b 18	m.	196	48	47	min.	157
					19	m.	207	49	48	min.	168
					20	m.	218	50	49	min.	179
					b 21	m.	228	51	50	min.	190
					22	m.	240	52	51	min.	201
					23	m.	251	53	52	min.	212
					b 24	m.	261	54	53	min.	222
					25	m.	272	55	54	min.	234
					b 26	m.	283	56	55	min.	244
					27	m.	294	57	56	min.	255
					28	m.	305	58	57	min.	266
					b 29	m.	315	59	58	min.	277
					30	m.	327	60	59	min.	288

pl. plus. m. minus tot diebus

In prima columna sunt anni Hegiræ absoluti, quibus in sequenti columna respondent anni æræ Christianæ currentes, cum diebus a cal. Januarii, in quibus finiuntur dicti anni Hegiræ. e. g. Annus Hegiræ 1020. finitus fuit anno 1612. plus diebus 53. hoc est die 22. Februar. & die sequenti inivit annus 1021.

Sequuntur 60. anni Arab. expansi, cum defectu dierum, quibus superantur a totidem annis Rom.

Litera b signat annos dierum 355. ut annus 10. & ann. 40. item annus 18. & ann. 48. dies habent 355.

Usus

Usus.

Usus exemplis docendus. Scire liber connexionem anni Arabici 1020. cum anno æræ Christianæ. Quoniam numerus 1020. occurrit in prima columna discimus e secunda columna dictum annum 1020. exspiraſſe anno Christi 1612. die 53. post calend. Januar. hoc est die 22. Februarii feria 7. cyclo Solis 25. quem continet sequens columna. Et die 23. Februar. cœpit annus Hegiræ 1021. Sed si propositus fuerit annus supra numerum 1020. ut annus 1040. hæc erit methodus.

	anni	dies		
Rad. 1020	1612 plus	53	minor dierum numerus subtrahitur e majore manente signo majoris.	
20	20 min.	218		365
				165
1040	1632 min.	165		200

Sunt anni Arabici absoluti 1040. exeuntes diebus 165. ante initium anni 1632. Hoc est anno 1631. die ducentesimo post cal. Januar. die 19. Julii feria 3. & annus 1041. initium habuit die 20. Julii feria 4. dicto anno æræ nostræ 1631. *Aliud.* Cum constet ex fide annalium Turcicorum Constantinopolim vi expugnatam fuisse anno Turcico 857. quærenda est ejus connexio cum annis nostris: pro numero 857. quærenda est ejus connexio cum annis nostris: pro numero 857. sumamus numerum unitate minorem 856.

	anni	dies	cycl.
840	1437 plus	185	18
16	16 min.	174	16
856	1453 plus	11	34

Annus igitur 856. finem habuit anno 1453. die 11. Jan. & die 12. cœpit annus 857. quod quærebatur.

Examen per ferias: Annus 840. terminatur feriâ 7. & annus decimusseptimus cycli feriam habet 6. quare annus 857. incipit feria sexta: die nempe 12. Januar. cyclo 6. Quem cyclum Solis colligere licet ex eadem tab. nam annus 1437. cyclum habet 18. cui addere oportet eumdem numerum annorum qui additi sunt radici, hoc est anno 1437. & e summa demendus cyclus integer quoties summa datur major numero 28. ut hic ax 34. remanet 6. pro cyclo Solari anni 1453.

Exemplum tertium. Rhodus capta anno Hegiræ 929.

	anni	dies	cycl.	
900	1595 plus	263	20	365 *dies*
28	28 min.	305	28	42 *dies*
928	1523 min.	42 —	20	323

Annus igitur 928. totus effluxerat, diebus 42. ante annum 1523. sive diebus 323. post principium anni 1522. qui est dies decimusnonus Novemb. & annus 929. exordium habuit die 20. Novemb. cyclo Solis 19. feria 5. Cyclus 20. congruit anno 1523. ut patet ex additione 20. ad 28.

Exemplum quartum. Connectendus sit annus 1052. cum anno Romano.

	anni		dies	cycl. Solis	
1020	1612	plus	53	25	*cum dies idem habent*
31	30	plus	27	30	*signum, sunt addendi.*
1051	1642	plus	80	27	

Martii 21. feria 2. anno 1642. finit annus 1051. & Martii 22. fer. 3. incipit annus 1052. cyclo Solis 27.

Annos Judaicos vel Arabicos alia via compendiosa indagare.

NE quis forte de fide tabularum dubitare possit, aut de methodo qua hactenus in utroque anno, Judaico inquam & Turcico usi fuimus, monstrabo aliam viam certam & indubitatam. Consulantur Tabulæ nostræ Frisicæ, e Ptolomæi trama & filo contextæ; ubi in postrema columna ad dextram continetur numerus mensium Lunarium a principio Periodi Julianæ ad quemlibet annum, & anni mensem. Quando igitur cognitus tibi fuerit syzygiarum, id est, mensium Lunarium numerus ab initio Hegiræ, ad quemlibet temporis terminum, numerum istum divides in 12. in quotiente erit numerus annorum Arabicorum qui jam præteriere, & si qui sint menses residui, illi pertinent ad annum currentem.

Pag. 92.

Simili ratione ubi constiterit numerus syzygiarum a principio annorum Judaicorum, divisio erit instituenda per 235. quot menses continentur in uno cyclo Lunari hoc est, in annis novemdecim. Si a divisione nihil remanet habebis cyclos completos: si qui menses restant, illi distribuendi sunt in annos sequentes: uti patebit in exemplis sequentibus.

Docuimus supra Constantinopolim captam anno Arabico 857. atque istius anni principium fuisse mense Januario anno æræ Christianæ 1453. Exploremus per tabulas Frisicas. Ac primum ad annos Christi 1453. adde annos 4713. summa 6166. est annus Periodi Julianæ iniens cal. Januarii dicto anno 1453. cyclo Solis 6.

Tab. Fris. pag. 98. 110.120.

	dies	hor.	min.		*Syzygiæ*
Radix anni 6101	20	12	27	0	75448
Anni 65	28	22	23	25	803
Summa	49	20	50	25	
	60	1	28	7	2
Novil. Januarii die	10	4	37	42	76253

Istius novilunii momento præterierant menses Lunares 76253. ut patet ex additione: ex ista summa pro annis Judaicis auferes menses 11785. pro annis Hegiræ subducendæ sunt syzygiæ 65981.

Judæi inquam tollunt menses —— 11785 ——
Arabes & Turci menses —— 65981 ——

76253	76253
11785	65981
Jud. 64468	10272 Hegiræ

Jam si diviseris 10272. in 12. habebis annos Arabicos 856. completos die 10. Januarii, ac tum cum nova Luna cœpit annus Hegiræ 857. Quæ ratio nunquam fallet in annis aut mensibus Hegiræ.

Alter mensium numerus 64468. exprimit quot menses abierint ab initio Periodi Judaicæ ad 10. Januar. 1453. Idem divisus in 235. docet præteriisse cyclos 274. & re-

& restare menses 78. distribuendos in sex annos Judaicos proxime sequentes post cyclos 274. Primo & secundo anno dabis menses 12. tertio menses 13. quarto & quinto menses 12. & rursus sexto anno menses tredecim: qui simul juncti sunt menses 74. Abundant menses 4. pertinentes ad annum septimum in cyclo 275. Erat igitur annus Judaicus 5213. fluens. Autumno sequenti inibat annus 5214.

Exemplum e sacro codice.

Scriptor historiæ Macchabæorum sæpe laudat annos Græcorum, hoc est annos Alexandræos quorum initium fuit anno Periodi Julianæ 4402. Anno Judaico 3450. Septembris sexto. Erat annus undecimus cycli Judaici hodierni: præterierant cycli 181. Lunares, cyclus Solis 6. lit. g.

Epocha Alexandrina.

Novilunium Sept. sexto hor. 7. 238. mensium numerus 54443. ab initio Periodi Julianæ vel menses 42658. ab Epocha Judaica. Dividendo hos menses in 235. conflabis cyclos 181. & abundant menses 123. qui sunt anni decem absoluti, ita ut cycli annus undecimus cœperit dicto novilunio.

	dies	hor.	hel.
Rad. anni undecimi	1	11	543
* cycli 181	3	19	775
	5	7	238

col. LXVIIJ * *tribus ingressib.*

Esto igitur hoc examen indubitatum fidei ac certitudinis eorum quæ hactenus de utroque anno, Judaico, inquam & Arabico a nobis dicta fuere.

Uberior existit Tabularum Frisicarum usus fructusque quam putaram cum illas hortatu Scaligeri & Ubbonis Emmii pertexerem. Nam ex ipsis nullo fere negotio, cognosci potest quilibet annus Judaicus vel Turcicus, & cum anno Romano certo connecti. Occasio condendi tabulas hæc fuit. Cum in annis juvenilibus Ptolemæi Syntaxin & una Copernici Astronomiam retexerem, deprehendi Erasmum Reinoldum virum alioqui in re Astronomica magnum in ejusmodi tabularum constructione dormitare, & longius a vero ἀμαρτάνειν: credo istud accidisse dum languente corpore una remissior esset ingenii vigor: vel quoniam destitutus fuerat Periodo Scaligerana, sine qua feliciter tractari nequeunt numeri Astronomici in annis Romanis. Nos igitur cautiores facti & adjuti dictæ Periodi subsidio, primum omnes Reynoldi * Epochas examinavimus, emendavimus, formamque calculi correximus. Deinde ex stimulantibus maximis Viris novas de integro condidimus, e fontibus Ptolemæi, Alfonsi, Copernici, & Tychonis Brahe; secuti ubique filum Periodi Scaligeranæ, additoque in prioribus tabulis mensium Lunarium numero. Unde fit ut omnes omnium gentium anni Lunares examinari possint & nitori suo restitui. Visum est hoc loco subjungere epistolam Scaligeri cupide expetentis editionem operis, quod ipsi non contigit videre.

Tabul. Frisicar. utilitas.

* *Tab. Prutenic. p. 85. 86. & seqq.*

EPISTOLA SCALIGERI.

Monsieur, vous ne sauries croire le plaisir & contentement, que j' ai receu de vostre lettre, tant a cause qu' elle m' a ouvert le chemin a vostre amitiè, que pour l' esperance, que vous me donnes d' une nouvelle edition des Tables Astronomiques, qui est une chose que ie desire il y a long temps: & me suis esbahi, que depuis la publication des Canons æquabilium motuum de Stadius, nul, que je sache, n' a entrepris une si louable & profitable besogne, veu que Stadius a laissè en arriere beaucoup de choses necessaires, Reinoldus en dit trop, & sa methode est fort ennuyeuse: les Alfonsins nous ont mis en avant motum trepidationis, lequel reformè per Copernicus a enfantè une autre monstre, assavoir le libramentum, qui comme n' a nul fondement, aussi n' en a il seu donner une bonne demonstration. Somme la chose est faulse, la demonstration intriquee, d' ou il ne se peust debrouiller. Mais nous luy devons beaucoup de ce qu' il a restituè l' astronomie, & arrachee d' entre les mains des Arabes, pour la restituer a Ptolemæus, Hipparchus, les anciens Grecs auteurs, & peres d' icelle. Aussi a il eu quelque sentiment de la faullete du motus Octavæ Sphæræ, lequel Hipparchus a proposè non comme le croiant, ains comme l' abandonnant a la posteritè ou pour le confirmer, s' il se trouve vrai par longues observations, ou pour le confuter, s' il n'avoit autre appui que le soubcon, qu' en a eu Hipparchus en conferant ses observations avec celles de Timocharis. Mais Ptolemæus l' a creu comme si Hipparchus l' asseuroit, Car es observations d' Hipparchus recitees par ledit Ptolemæus, il n' y a nulle apparence que l'opinion d'Hipparchus ait estè telle. Toutesfois il semble que depuis il l' ait creu. Car au premier liure de la Cosmographie Ptolemæus dict, que du temps d' Hipparchus la Cynosura estoit distante du Pole du monde gr. 12. m. 24. Mais soit quil l'ait creu, ou non, nous savons que Pytheas Massiliensis est auteur de ceste folle opinion. Car du temps d' Eudoxus plus ancien qu'Hipparchus de plus de cc. ans, item du temps d'Eratosthenes, & plus bas, du temps d'Hyginus soubs Auguste Cæsar, le pole du monde estoit en mesme distance de la dicte estoile, qu' elle est aujourdhuy, comme ainssi soit que les susdicts Eudoxus, Eratosthenes, Hyginus ont dict que le pole du monde estoit en la dicte estoile, comme aujourdhuy le vulgaire le croit. Comment doncques du temps d'Hipparchus la Cynosure estoit si distante du pole, veu que ni devant lui, ni apres lui, jusques aujourdhui elle n' a changè de place? Copernicus n' a poinct prins garde a ceci, & toutesfois par son admirable jugement il a trouvè que ce n'estoit la huictiesme sphære, qui eust un contraire a mouvement a celuy de l' orient a l' occident, ains que les æquinoxes avancent, & que le maximus circulus, que les deux æquinoxes tracent en la spære, necessairement est oblique, faisant obliques angles avec l' Æquator. Mais il ne passe plus oultre. Car il devoit dire, que l' Æquator n' est poinct Circulus æquinoctialis, sed circulus maximus qui a punctis utriusque æquinoctii designatur. Puncta autem æquinoctialia sunt mobilia: ergo & polus illius maximi circuli est mobilis: & proinde ut circulus æquinoctialis non est idem cum Æquatore ita neque polus circuli æquinoctialis idem cum polo

Paradoxon.

polo Mundi. Je m' estonne comment un si grand homme a laissè passer soubs silence une chose si importante non seulement a la matiere qu' il traictoit, mais aussi a sa reputation. Car de telle obliquite depend encores un' autre chose : & c' est que ces choses estans ainssi il s' ensuit les meridians estre mobiles, & par consequent les lignes meridianes, sur lesquelles on asseoit les Horologes Solaires, aut bout de cent plus ou moins d' ans faire banqueroute, comme les exemples anciens en font foi. Car les aneaus & autres scioteriques d' Alexandrie, qui monstroient directement le iour de l' æquinoxe du temps d' Hipparchus, au temps de Ptolemæus se trouvoient tresfaux, dont Ptolemæus s' esbahit grandement, veu que dit il n' y a aucune apparence exterieure de quelque changement ou esbranlement, qui puisse avoir desloquè l' ancienne assiette de ces instrumens. Et certes Alexandrie estant assise sur un lieu de rochers & pierres, le fondement de ces scioteriques ne pouvoit estre esbranslè sans que le changement n' en fut evident, estant advenu ou par treblement de terre, ou par violence exterieure. Le mesme changement arriva a la Pyramide qu' Auguste fit planter in foro marcant les heures du temps d'ieluy Prince, & du temps de Pline tout se trouvoit au rebours, comme ainssi soit que la place ou estoit la Pyramide fust au niveau lors que Pline escrivoit, & la Pyramide n' estoit bougee de son pied, ains demeuroit a plomb, comme du temps d'Auguste. Qui est cause de cela, sinon la mutation de la ligne meridiane ? & qui de la mutation de la ligne merdiane, que la mobilitè des poincts æquinoctiaux ? I' ai autresfois dressè une petite diatriba de ceste histoire laissant les demonstrations aux Mathematiciens, a qui appartient de chercher la raison des processions æquinotiales, & laisser la fable du mouvement de la huictiesme sphere. Doncques, Monsieur, ie suis tresaise de vostre louable entreprise, & que vous suives la Periode Juliane, sans laquelle on ne fera iamais rien qui vaille en l' astronomie ni en la Chronologie. Les malins esprits, assavoir les ignorans l' ont asses blasmee. Mais il y en a qui commencent a s'appercevoir de la grande utilitè qu'elle apporte a ceux, qui traictent la matiere dont vous faictes profession : combien qu' a mon aduis c' eust estè mieux de commencer par le premier an de la dicte periode, pour y comprendre ce que les Ægyptiens ont supposè avoir estè devant le temps, que Moyse nous propose. Somme toute, puis que vous vous aides d' icelle, il falloit necessairement accomoder le commencement de vos supputations au commencement d' icelle. Mais d' autant que vous aves vos raisons, ie m' en rapporte a vostre discretion. Quant a l' Eclipse de la conception de Romulus ie n' ai poinct failli. Car tant s' en fault que in XXIII. Choiac defecerit Sol, anno primo Olympiados secundæ ut ne luminarium quidem conjunctio fuerit. Neomenia primi mensis Elidensis dicti anni concurrebat cum XXIIII. Julii. Olympias secunda acta est 3942. Periodi, VII. Augusti aureo numero IX. At novilunium eclipticum, cujus meminit, aut quod habebat in animo Tarrutius contigit anno quarto Olympiadis primæ, eodem Periodi Julianæ, diebus XLIIII. ante secundam Olympiadem. Duplex fuit error Tarrutii : & quod annum quartum primæ Olympiados pro primo secundæ acceperit, & quod dixerit defectionem illam Solarem fuisse παντελῆ, quæ admodum exigua fuit. Sed neque illa quæ admodum exigua fuit. Sed neque illa quæ contigit anno Periodi Julianæ 3998. conferenda cum ea, quæ contigit anno sequenti 3999. Mai XXVI. sed Romulum ea mori oportuisse, aut ea quæ accidit anno 3942.

Lib. 36. c. 10.

Vide cal. nost. & Rom. pag. 67.

con-

conceptum fuisse, non magis concedam, quam reliqua Astrologorum commenta, quæ passim in libris veterum leguntur. De anno veteri Romanorum quo minus aliquid certi afferre possimus, in causa est, tum pontificia licentia intercalandi extra tempus suum, tum mutatio Neomeniæ anni propter religionem Nundinarum. Hoc certò affirmare possumus, initium habuisse a VII. Januarii Juliani, ut vetustissimum Gamalionem anni Attici, & præterea Lunarem non potuisse esse, ut qui constaret 355. diebus & alternis bienniis nunc XXIII. nunc XXII. Mercedinos intercalando, contingeret Olympicam tetraeterida quæ mere lunaris erat, superari a quadriennio Romano, diebus solidis XVIII. Neque igitur annus veterum Quiritum potuit esse lunaris, quum uno die major fuerit Lunari, & quod caput est, menses ὑπερημέρυς habuerit IIII. Martium, Maium, Quintilem, Octobrem, unum etiam mutilum Februarium. Neque ejus quadriennium Olympicæ tetraeteridi conveniret, neque lustro Juliano, quod est dierum 1461. Romanum 1465. ut cogerentur unum Marcedonium anno XXIIII. omittere, teste Livio. Ineptissima fuit illa anni forma, si quæ alia. J'ai beaucoup de choses davantage a vous escrire: lesquelles ie remets a un autre temps, pour eviter prolixitè. Tant seulement ie vous prie de haster l'edition de vos Tables astronomiques avec une bonne practique, contenant canons ou propositions avec leur exemples a chacune. Car l'omission des exemples a rebutè beaucoup de bons esprits, mais impatiens, qui sans exemple ne peuvent comprendre les preceptes. Et on ne leur doit point refuser cela. Je salue le tresdocte Ubbo Emmius, duquel, comme tous hommes de bon esprit, je fai grand estat. Ie prieray Dieu,

Monsieur vous mantenir en sa garde. De Leyden ce XIX.
Mars Julien, CIↃ. IↃ. CVIII.

Vrẽ affectionnè a vous obeir

Joseph della scala.

JOHAN-

JOHANNIS SELDENI
DE ANNO CIVILI
VETERIS ECCLESIÆ,
SEU
REIPUBLICÆ JUDAICÆ
DISSERTATIO.

PRÆFATIO.

Scribendi ansa *&* causa. *De* Existimatione, *ac* Autoritate *eorum*, unde desumta *est* Dissertationis *materies*, *deque ejusdem* Usu.

QUÆ de Judaica Temporum Disciplina, atque Observatione prisca, apud magistros Chronologiæ technicæ primarios, sive utcunque occurrunt, Genere cernuntur in duplici. Aut in eo, quo Cyclica asseritur, seu quæ certis, ac in se post intervalla aliquot similiter redeuntibus periodis Cœlestibus, seu Astronomicis, veluti Jarchiniana, vel pro vario Opinionum simul, & Seculorum discrimine, Metonica, Calippica, Alexandrina, ejusmodi aliis coercetur. Aut in eo, quo perquam Vaga traditur, Cyclorumque cancellis omnino libera, suique adeo incerto cum quotannis, tum mensibus singulis (ob multifariam in Terris accidentium varietatem) dissimilis, ut futuram Anni alicujus, aut mensis in ea singularis quantitatem ante ipsum ejusdem exitum ad amussim prænoscere quiret mortalium nemo, magis atque Insulæ fluctuantis, aut Cometæ motum. De Genere heic priori, uti & de Calendario ei accomodo, fusius differuere *Paulus Forosempronienfis*, *Sebastianus Munsterus*, *Josephus Scaliger*, *Gilbertus Genebrardus*, *Jacobus Christmannus*, *Carolus Sigonius*, *Sethus Calvisius*, *Thomas Lydiatus*, *Augustinus Torniellus*, *Dionysius Petavius*, *Joannes Keplerus*, *Alphonsus a Caranza*, *Nicolaus Mulerius*, *Henricus Harvillæus*, *Joannes Morinus*, *Ægidius Bucherius*, *Samuel Petitus*, viri alii in Christianis celebres; haud parum interea quidem sæpenumero invicem dissidentes. Et præibant hisce Rabbi *Ori Ben Simeon*, *Abraham Zabalon*, Rabbi *Nabescon* seu *Nahasson*, præter *Maimonidem*, *Mosem Mikotzi*, Ritualium aliquot autores, aliosque in Judæis satis obvios. De Posteriori etiam Talmudici frequentius. Atque Christianorum etiam quos nominavimus nonnulli; sed ita ut leviori tantum brachio, ac perfunctorie nimis hi plerunque hoc tangant, nec tam ipsam Judæorum hac in re veterum disciplinam plene tradant, quam aliquantulum adumbratam, aut solum demirati (*a*) aut veluti fictam, ut interdum, negare, aut saltem plusquam par est aspernari videantur. Ne rationibus nimirum, seu inventis cujuslibet (pro sententiarum diversitate) Cyclicis locus alias minus haberetur idoneus. Quicquid item hoc de Genere narrant, id universum e *Talmudicorum* seu *Judæorum Traditionalium* scriptis hauriunt. Saltem Scriptum aliquod hac de re *Karæorum*, seu *Scripturariorum Judæorum* (qua de secta nos plura capite secundo) quantum memini nusquam adducunt; tametsi eorum etiam de calculo expressius subinde loquantur. Exercitationem quidem de eis integram, eorumque in-pri-

primis Ceremonias Paschales (quibus temporum ratio necessario accederet) ante decennium promisit *Joannes Morinus* (*b*). Sed nec dum typis fidem liberavit. Rationem autem afferit *Josephus Scaliger* [*c*] Neomeniarum Karæos diversam habere a Judæis cæteris. Easque illis puras putas esse Arabicas, nec a coitu Luminarium putari; sed a phasi Lunari, scilicet post coitum prima. Quæ reprehendit *Dionysius Petavius* [*d*] ut autorem nullum, aut suffragatorem præ se ferentia. Sed plane vera partim ibi dixit *Scaliger*, partim hallucinatus. Etenim cum Karæorum alii in Palæstina, seu Terra Sancta, degant, alii in Ægypto, Constantinopoli, terrarum alibi; verum quidem est Karæos, in Terra Sancta degentes etiam hodieque, idque ex disciplina avita, ab Lunari phasi (quoties ex tempore suo habere possit) menses auspicari, aut trigesimo primo a præcedente Neomenia, civili die eos incipere, adeoque incerto, quod diximus Temporum Observationis genere uti, nec Cyclicam aliquam, seu certo in se redeuntem rationem admittere; alibi vero degentes eodem ipso Cyclo decemnovennali notissimo, seu Hilleliano cum Talmudicis subniti, atque juxta eum Festa celebrare, mensibusque ac Neomeniis locum dare, nec a phasi putare. Talmudicis interea sive in Terra Sancta, sive alibi degentibus, antequam Synedrium Magnum inde prorsus evanuit, id est ante secula aliquot a Christo elapsa, genere posteriore, seu incertissimo illo, postea vero Cyclo jam dicto semper utentibus. Ac demum ex utriusque Sectæ, alias invicem haud leviter sæpe dissidentis, sententia, ac doctrina a Majoribus receptissima, palam fit, rationem illam incertissimam, atque e phasi lunari, & intercalatione, quam infra ostendimus, diversimode accidenti, nec raro plane arbitraria pendentem, Judæis veteribus, seu Utriusque Majoribus, id est Ecclesiæ, seu Reipublicæ Judaicæ veteri fuisse emino in usu. Quod ut luculentius studiosis pateat, cum ex optimis Talmudicorum commentariis editis, tum ex ipsis Karæorum hac de re disciplina, Scriptisque nullibi hactenus typis mandatis, rem toto veluti demensam horreo, visum est repræsentare. Ut nimirum, ita & firmior, & apertior fiat doctrina illa, de tam incerta annorum, mensimque ibi ratione haud quidem demiranda magis atque illa, quæ in veteri Roma, ubi *Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa. Sed horum plerique ob odium, vel gratiam quo quis Magistratu citius abiret, diutiusve fungeretur, aut publici redemtor ex anni magnitudine in lucro damnove esset, plus minusve ex libidine intercalando rem sibi ad corrigendum mandatam, ultro depravarunt*, quod ait *Censorinus* (*e*). Et de phasi Lunari ibi, alia habet *Macrobius* (*f*) mori Judaico non ita dissona. Quemadmodum vero id, de quo in Jure Cæsareo *Proculeianis* cum *Sabinianis*, in Theologia Romano-Catholicis cum Reformatis, Calvinianis cum Lutheranis, in doctrina Judaica Scholæ Hillelianæ cum Sammæana, aliisve id genus cum aliis convenit, id, inquam insigniori multo veritatis charactere apud homines eminere, admitti solet, quam quod pars inter hos alterutra, aut oppugnat, aut sola affirmat, & pro indubitato quidem inde non raro sumitur; ita de consensu heic Sectarum, quas diximus, binarum illustrium toties invicem alias discrepantium, Scriptisque pugnantium, merito in re cum ad sacrorum suorum regimen tum ad mores civiles adeo spectante, est statuendum. Harum neutra de usu vetusto dubitat, utraque pariter asserit; utcunque altera (Talmudica scilicet) postquam Synedrium Magnum desiit, cyclum adhiberi velit Hillelianum, idque ubique Terrarum; altera (seu Karæi) Cyclum hunc intra Terram Sanctam admitti nolit, vetustam illam avitam, ac incertissimam Temporum rationem ibi semper retinens, alibi vero Hillelianum pariter amplexa.

Honore autem, Existimatione, Autoritate, uti & Vetustate Talmudicos Karæis nunquam non præcelluisse, satis est receptum. Etenim hi Sadducæorum propago [sic vulgo (*g*) credi[illegible]] quorum initia sub ann[illegible] Christi 130. collocari sol[illegible]. Illi vero longe antiquiores, atque ex eis Pharisæi, ac Scribæ, *qui supra Cathedram Mosis sedebant*, & de quibus Christus ipse, stante adhuc Ecclesia, seu Republica Judaica: *Omnia* (*h*) *quæcunque dixerint vobis servare, servate, & facite*. Atque expressim Judaicæ Religionis ἡ ἀκριβεστάτη αἵρεσις (*i*) *secta exquisitissima*, seu *exactissima* Pharisaica dicitur *Paulo Apostolo*, qui & eorum in scholis ad Gamalielis (*k*) Talmudici pedes educatus. Quinetiam quoties in Moribus, Ritibus, Sententiis, atque Interpretationibus receptis Ecclesiæ, seu Reipublicæ Judaicæ eruendis, docendisque cordatius ad Christianismi, utpote inde primo orti, res illustrandas, riteque dignoscendas, idque meritissimo, satagunt

gunt Scriptores Christiani celebriores, Talmude plerunque Babylonio (subinde etiam; sed raro nimis Hierosolymitano) & Talmudicorum, qui recentiotiores sunt comentariis, veluti quibus autoritas in hisce amplissima tribuenda, neque Karæorum scriptis omnino ferme solent uti. Et quam clara sane, quam necessaria, quam ingenuis universis grata inde, atque exoptatissima sæpe lux! Utputa, in probe decernendo quinam *Ritus*, & *Forma primæ Cœnæ Dominicæ*, qualisnam in Ecclesia illa olim fuerit, ac quotuplex *Excommunicatio Forensis* (seu ex sententia aliqua humana,) quid Ἀποσυνάγωγος, seu *extra Synagogam fieri*) in quibus ibi singularis civilis tantum consortii cujusdam privatio erat; sed non omnino Templi Sacrorumve usus interdictio; nisi, ut interdum ex accidenti, quoties carcere quis nimis contumax impediretur) Quid *Absolutio*, quid *Synagogæ*, quid *Ecclesiæ*, & in eo, *Si Ecclesiam non audierit*,) quo alii Audientiam intelligunt Episcopalem, Christianorum Presbyteralem alii, alii eam, quæ est Congregationis, seu populi alicujus integri Christiani, alii Pontificiam, uti & *Hieronymus Xaverius* Jesuita, qui in Historia Christi *Acabaro Mogolensium* Imperatori Persice conscripta (*l*), pro *Dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit &c.* substituit

بسر دلر جماعت كوي واكر لنرو نيز نشنوب *Principi Ecclesiæ dic; & si nec illum audierit &c.* cum revera, juxta linguam, & mores, tempore Christi in usu, ac Doctrinam Talmudicam, *Ecclesia*, seu *Synagoga* id est עדה & קהל quæ vocibus illis apud Mosem, reliquosque prophetas, explicantur, tum pro Synedrio (*m*) sumantur Judaico, sive Magno, seu Septuaginta unius-virali, sive Minorum aliquo, seu Vigintitriumvirali, scilicet ex certo personarum qualiscunque tribus Israeliticæ, sed interim rite in facultatem judiciariam Ordinatarum, numero constante, adeoque pro Civilibus plane reipublicæ illius Tribunalibus, tum pro numero Hominum Denario (*n*), seu qui *Plurium* ibi nomine venit, quorum plane nihil Audientiarum, quas diximus alicui analogum fuit magis atque Ἐκκλησίας, γερυσίας, seu Συνέδρια vocabulum apud *Xenophontem*, *Thucydidem*, *Pausaniam*, alios, usurpatum pro legitima concione, cœtu, seu collegio, id est parte aliquota populi selecta, ac civiliter congregata) Qualia ac Quotuplicia ibi *Judicia*; Quid *tanquam Ethnicus*, seu *Gentilis*, & *Publicanus* haberi (Nominum Par, quo simpliciter sumto, ut extra mores mere Judaicos, eosque quatenus Christianismo solum præibant, haud ulla tunc existimationis sequioris, nedum Infamiæ nota irrogabatur, ita neque intra mores illos, aliter atque Gentili, qua simpliciter Gentili necdum in Judaismum recepto, fraternitas Judaica, ejusque effectus singulares, Publicano vero utpote molestiori imperii quod gravate ferebatur Romani instrumento, ideoque cum peccatoribus insignoribus non semel pariter in Evangelio censito, etiamsi Judæus esset, effectus ejusmodi fraternitatis aliquot, arctiorque amicitiæ conjunctio denegabantur; Huic interea omnimoda, si Judæus esset, aut Justitiæ Proselytus, cum Judæis reliquis, sacrorum, illi autem Sacrorum Gentilibus in Templo propriorum, licet non ipsorum Judaicorum, libertate nunquam non permissa) Quid sceleratorum aliquot generum *abscissio*, *exterminium*, seu *Ablatio* quam כרית vocitant, quæ cælitus perpetuo expectanda, nec ad humanum omnino attinuit judicium: Quidnam *Potestas*, seu *Facultas* (conferri, seu expressim donari solita) *Ligandi*, & *solvendi*, id est רשות להורות באיסור והתר *facultas decernendi*, explicandi, interpretandi, declarandi, *de ligato*, & *soluto*, quod plane millies in Talmudicis, ex vetustissimo Ecclesiæ illius usu denotat quid veritum ex lege sacra, quid permissum; (quemadmodum & Græcis (*o*) scimus Δῆσαι quod ligare est, etiam *interdicere* sonare, & Λύειν quod est *solvere*, etiam *permittere*, seu obligationem, sive auferre, sive nondum inductam monstrare, aut asserere) adeoque ad Docendi, seu Interpretandi, seu Theologiæ Præceptivæ) ut *Præceptiva Philosophia*, & *Præceptores*, qui præcepta tantum docebant, latinis (*p*) dicti) munus solum ibi attinuit, quo nempe in ipso Ordinationis formula solenni verbis expressis, non raro donabantur Presbyteri ii quibus, ut mos etiam alias ibi obtinebat, particulariter creatis neque in munus *Presbyterii*, seu *Doctoratus* ibi integrum, seu Judiciorum forensium administrationis facultatem assumtis, Casus solum Conscientiæ ex lege sacra placitisque majorum decidendi, seu sic de Jure publice respondendi illudque docendi Potestas conferri solebat (de hujusmodi Decisionibus integer extat in Corpore Talmudico titulus הוריות *Horajoth* dictus)

ctus) Quinam & Quales ibi simpliciter *Presbyteri*, aut in *Presbyteratus* integri dignitatem seu universaliter creari soliti, id est Divini pariter, atque Humani Juris scientes (quemadmodum in Roma Veteri (*q*) Jurisprudentes) publice, & ritu solenni ab ante creato aliquo agnosci; Qualisnam ille ritus, atque *Manuum impositio*, qua plerunque creabantur Presbyteri ibi omnigeni; atque innumera alia. Quorum sane scientiam genuinam, quatenus studiis Christianis, aut prævia olim fuerit, aut eximium nunc est, aut esse potest explicandi instrumentum, adeoque doctrinam Talmudicam (id est primarias, seu veteres Jurisprudentiæ simul, ac Theologiæ illius Ecclesiæ seu Reipublicæ Interpretationes unde scientia illa eruenda) quotquot, sive per fastidium, sive per contemtum, sive, quod crebrius fit, per ignorantiam simul, ac desidiam pervicacius neglexerint suo solum, suique similium ingenio ac doctrinæ modulo, quantuluscunque fuerit, innitentes, tum misere falli solent, tum perniciosius fallere. Neque aliter ferme atque si quis Geometriæ ignarus ausu temerario Opticen, aut harum alterutrius nescius Astronomiam edoceret, aut hujus denique expers, artem cœli judiciariam, Divini instar, ridicule nimis venditaret. Specimina autem satis ampla singularis Talmudicorum, apud Christianos Scriptores celebriores, Existimationis (sive in Judaismo refutando, sive in Christianismo firmando) habes cum in Romano Catholicis tum in Reformatis. Ut vetustiores illos, *Hieronymum a Sancta fide*, *Nicolaum Lyranum*, & *Joannem Bachonem* nostratem prætercam; in Romano Catholicis sunt quibus sola sectæ hujus Scripta usui fuere maximo, *Petrus Galatinus*, *Paulus Riccius*, *Petrus Brutus*, seu *Catharensis*, *Victoria Porchetus*, *Paulus Burgensis*, *Paulus Forosempronienfis*, *Gilbertus Genebrardus*, *Angelus Caninius*, *Nicolaus Serrarius*, *Philippus Aquinas*, *Antonius Giggæus*, *Dionysius Petavius*, *Joannes Morinus*, *Gilbertus Gaulmin*, *Simeon de Muys*, *Aloysius Novarinus*, alii; in Reformatis, *Sebastianus Munsterus*, *Joannes Capnio*, *Paulus Fagius*, *Cunradus Otto*, *Joannes Mercerus*, *Josephus Scaliger*, *Joannes Buxtorfius* pater, ac filius, *Isaacus Casaubonus*, *Joannes Drusius*, *Sixtinus ab Amama*, *Petrus Cunæus*, *Gulielmus Schickardus*, *Hugo Grotius*, *Joannes Cochius*, *Constantinus L' Empereur*, *Claudius Salmasius*, *Joannes Cameron*, *Ludovicus Capellus*, *Samuel Petitus*, *Joannes Ritangelius*, aliique; inter quos sane locum etiam merentur non postremum *Henricus Ainsivorthus* & *Joannes Vvemesius* Anglice plurima docentes ex Talmudicis; qui etiam subinde cum *Baronio* tum *Bezæ* opem præstant singularem. Ubi igitur dissidium inter Sectas, quas diximus, Talmudicis potius adhærendum, idque ex doctissimorum tot, illustriumque virorum sententia, qui se toties ab illis edoctos agnovere, dissonantia interim Karæorum scripta insuper habentes. Saltem neutiquam sunt ita solliciti de eorum placitis, quæ sane cum Talmudicorum eadem sunt crebro ipsa; istis ex ipsis Scripturæ visceribus suisque interpretamentis non raro idem ipsum docentibus, quod hi ex avita solum petunt traditione. Qua in re sane imitatoribus inter Christianos neque hi, neque illi carent.

Quod autem ex utrisque heic præstitum est, in tricis, nugisque tantum Chronologicis versari, adeoque nec in se operæ pretium forsan cum morosioribus aliquot tum delicatioribus habere ullum videatur. Certe quisquis pro nihilo censeat, accuratius edoceri.

Primo, qualisnam singularis Annorum, Mensium, Festorum, adeoque Temporis omnimodi ratio, in Ecclesia, seu Republica illa divinitus instituta, legisque sacræ verbis, ac receptissimis Jurisprudentum, ac Theologorum, ejusdem sententiis explicata fuerit; qualis item in reliqua Asia, Ægypto, Africa, Græcia, Italia, alibi per orbem terrarum in usu inter Judæos dispersionum, qui numerosissime passim sub Christi maxime tempora creverant, ut scimus ex *Dione*. *Martiale*, *Juvenale*, *Seneca*, *Rutilio*, *Tacitio*, aliis; quo & inprimis spectat illud *Horatii Lib.* 1. *Sat.* 4.

--- Nam multo plures sumus: ac veluti te
Judæi cogemus in hanc concedere turbam;

id est, Proselytum, ut secta illa numerosissiam solet, etiam renitentemsuadendo faciemus.

Secundo, ejusdem ibi usum dum D. N. Jesu Christus ipse in terris, adeoque eum ipsum (quod satis cosequitur) eum observasse.

Tertio, primitivarum Christianorum maxime ex Judæis Ecclesiarum, veluti Hierosolymitanæ, aliarumque id genus pariter inter Gentiles sequacium, mores Judaicos, diu retentos, juxta rationem hanc etiam formatos esse.

Quarto, Æquinoctii verni in Pascha-

chate rite quotannis designandi tempus apud Christianos causam, ac originem.

Quinto, plane frustranea esse (nam & consequitur etiam hoc) Chronologorum maximorum argumenta, quibus nimio cum sudore contendunt, ex Cyclica, seu Astronomica temporis, apud Judæos, ratione, adeoque ex decimaquarta Lunæ in ipsa passione Dominica (quasi illa die decimoquarto a Synodo Naturali aliterve Astronomice evenisset) vera Passionis, Paschatum in Novo fœdere, ac demum Nativitatis, retro putando, tempora eruere.

Sexto, certam mere Judaici alicujus (ante cycli Hilleliani usum) labentis Anni Mensisve quantitatem, seu in diebus Julianis initia aut dies eorum alios Julianis respondentes, nemini dignosci omnino posse, nisi Calendarium ejusdem singulare, aut quod tantundem suppleret, ob oculos positum habeat, (quale nullibi reperitur) adeoque scire plane mortalium cuiquam nequire, quod viri tot illustres se scire perperam existimant.

Quisquis, inquam, horum, aliorumque ex hisce subinde non ita levis momenti pendentium cognitionem, velut nihili, nec opera, & oleo omnino dignam æstimet, vereor sane ne is simul non modo plurima ignaviæ portentosa de seculis ante actis somnia, suavesque (sed sæpe fateor non ita inutiles) sciolorum, sive hallucinationes sive simulationes pronius multo quam par est admittat, seu etiam eas ingenuæ, nobiliori, diffusiorique disquisitioni, veræquæ ac solidæ inde solum orituræ disciplinæ frequenter nimis, sive per incuriam, sive per ignaviam, ne quid gravius dicam, anteferat.

Quod si, ut non raro, objiciatur, ipsum corpus utrunque Talmudicum aliquot seculis ævo, quo, sive floruit, sive stetit Ecclesia, seu Respublica Judaica, recentius fuisse compositum, adeoque nec fidem ideo alterutri, nedum commentariis Rabbinicis inde natis, habendam; næ is qui hac ductus ratione ita sentiat, necesse est, ut ratione non dispari, nec Digestis Juris Cæsarei, nec Codici Justinianeo credendum putet in Sententiis, Rescriptis, Sanctionibus innumeris, Justinianum ipsum tanto intervallo antevertentibus, nec Theodosiano in iis, quæ Theodosio ipso vetustiora, nec demum Historicis ullis præter Sacros ipsos, aut qui res gestas moresque sibi plane coævos, aut tantum non proximantes tradidere. Sed immane quantum videtur interea mirum, homines reperiri, qui eo vecordiæ insolentioris devenerint, ut, in Priscæ, atque Alienæ sibi Ecclesiæ seu Reipublicæ, Jure, ac Moribus discutiendis, definiendisque, novitiis, temerariis, jejunisque sui ipsorum, per tot secula, totque intervalla distantium commentis quicquid ejusdem Cives veteres, Jurisconsulti, ac Theologi a Majoribus acceptum fideliter scriptis mandarunt, audacissime postponant. Quod haud aliud est quam, aut miserum nesciendi, aut fallacissimum scientiæ larvam obtendendi studium.

(a) *Videsis* Jos. Scaligerum *lib.* 2. *de Emend. Temp. pag.* 100. *& lib.* 3. *Can. Isag. pag.* 266. *&* 276. Ægidium Bucherium *de Paschali Judæorum Cyclo cap.* 5. Dionysium Petavium *lib.* 2. *de Doctrina Temp. cap.* 26. *& ad* Epiphanium, *hæres.* 51. *pag.* 151.

(b) *In Indice Capitum posterioris part. exercit. Biblici exercit.* 4.

(c) *Lib.* 2. *de Emend. Temp. pag.* 144.

(d) *De doctrina Temp. lib.* 2. *cap.* 55.

(e) *De Die Natali cap.* 20.

(f) *Saturnal.* 1. *cap.* 15.

(g) *Vide Dissert. hujus cap.* 2. *&* Frederic. Spanhemi *Part.* 2. *Dub. Evangelic.* 38. *& part.* 3. *Dub.* 28. *&* 29.

(h) *Matth.* 23. 2.

(i) *Act. Apost.* 26. 5.

(k) *Act.* 22. 3. *& vide* I. Buxtorf. *in Abbreviaturis, lit.* ר.

(l) *Pag.* 371.

(m) *Lev.* 4. 13. 14. 15. *Numer.* 35. 24. 25. *Ps.* 82. 1. *&c. Misn. & Gemar. tit.* Horajoth. *cap.* 1. *&* 2. *tit.* Sanhedrin. *cap.* 1. Maimonides *Halach.* Shagagoth. *cap.* 12. *&* 13. *&* Maigsha Korbanoth. *cap.* 1. *Moses Mikotzi Præcept. affirmat.* 217. *&c.*

(n) *Vide Misn. tit.* Megillah *cap.* 3. *& it.* Sanhedrin. *cap.* 1. *&c. &* 10. Cameron. *&* Hugonem Grotium *in Matth.* 18. 17. *&* Maimonidem *in Canonibus Ethicis, seu Halach.* Daioth. *cap.* 6.

(o) *Vide* Eustathium *&* Didymum *in illud Iliadis* Σ. ἐμῶ δὲ δῆσεν Ἄρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι *Inscriptionem Isidii apud* Diodorum Siculum *lib.* 1. *&c.*

(p) Seneca *Epist.* 94. *&* 95.

(q) *L.* 4. *D. tit. de Justitia & Jure, & vide* Brisson. *Select. ex Jure Civili, lib.* 4. *cap.* 16.

JOHANNIS SELDENI DE ANNO CIVILI VETERIS ECCLESIÆ, SEU REIPUBLICÆ JUDAICÆ DISSERTATIO.

CAPUT PRIMUM.

Annorum & Mensium *apud veteres* Judæos, *tum* Naturalium, *tum* Civilium, *indicatio generalis*.

Dierum veteribus Judæis, uti & hodiernis, Civilium, ita proprie dictorum, revolutio a vespera ad vesperam fuit, ita ut Nox præcedens, integra diei naturali proxime insequenti conjuncta, Civilem perpetuo conficeret. Annorum autem, & Mensium ratio item erat, quemadmodum etiam apud Christianos, aliosque, alia Naturalis, Civilis alia. Naturalis, seu Astronomica, Mensem Lunari a coitu ad coitum motu definitum, seu synodicum, dierum constituit 29. ac horarum 112. præter partes aliquot ad horam ferme excrescentes. Duodecim Menses sic putati, seu Annus eis Lunaris, dies habuit 354. & horas ferme novem. Annus solaris illis erat, uti & aliis plerisque Astronomice putantibus, dierum 365 præter quadrantem, aut circiter, unde excessum vides, supra Lunarem, dierum undecim, quatuor aut circiter horis demtis. Nam de partibus minutioribus sollicitius heic agendi locus non est. Naturalem hujusmodi calculum, motuumque ad eum rite ineundum cœlestium apices docuisse (*a*) ajunt majores suos, maxime Isacharitas, *qui habebant cognitionem, & intelligentiam temporum, scientes quid faciendum esset Israelitis*, ut in Paralipomenis (*b*) legitur. Et Hieronymus ibi in Quæstionibus, & Traditionibus Ebraicis; *De filiis Isachar viri eruditi, qui norunt singula tempora. Ipsi enim erant Doctores, Computatores, & Magistri, sive ad festivitates celebrandas, sive ad cœtera. Et ideo dictum est in benedictione Isachar, supposuit* (*c*) *humeros suos, & factus est tributis serviens*. Unde & illud R. Samuelis כי יששכר עלה לרקיע והביא אלף ושמונים חלקים *Isacharem ascendisse in firmamentum, & secum deduxisse* (in mortalium usum) *partes* 1080; illas nempe in Judæorum computo non minus celebres, quam Sexagenas apud Græcos, aut Latinos. Hyperbole est manifesta de singulari Tribus illius in re Astronomica peritia. Sed ante secula multa Isacharitarum qualescunque fuerunt hac de re libri periere. Saltem ad manus suas non devenisse fatentur Magistri celeberrimi, Græcorum, seu Paganorum veterum calculo quidem, seu mathesi utentes, sed majorum suorum haud ita dissimilem, aut imparem fuisse interea statuentes. Quin & illud Mosis, (*e*) *Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis*, seu *iu oculis Gentium; ut audientes universa pracepta hæc dicant: En populus sapiens, & intelligens &c.* ita interpretantur ut *Sapientiam* & *Intellectum* ibi sumant (*f*) pro חישוב תקופות ומזלות *calculo revolutionum partium Anni, & Syderum*. Unde etiam a seculis rationem hanc naturalem vetustissimis sibi derivant, sed ut scholis, ac civilis rationis artificum studiis inservientem, atque auxiliarem, nec per se, ac simpliciter omnino usui populari aut civiliter adhibitam. Civilis Mensium ratio alia erat qua eorum in contractibus, pactis, re nuptiali, puerperio, ablactatione id genus aliis præcise dictorum usus, alia qua Annum complebant, ejusve fuere partes. Modo priori, rotundus dierum Triginta numerus mensis

ſis eſt paſſim Magiſtris, adeoque tempus trimeſtre nonaginta: Poſteriori vero, nunc 29. nunc 30. dies menſi Civili aliter, atque aliter aſſignabantur. Unde etiam nunc plures, nun pauciores habuit dies aunus Lunaris Civilis, juxta ſtatim oſtenſa. Neque enim, aut Solaris erat Civilis eorum annus. Nec interim negligebatur in ejuſdem diſpoſitione ſive Lunæ motus, cujus tamen menſura non aliter regebatur Annus Civilis, atque incertiſſimi quidam (nec ſane ii ita pauci) eventus admitterent; ut fuſius mox dicetur. Anni item initium aliud erat qua Feſtorum recurrentium, atque id genus aliorum aliquot ratio habita, aliud qua Jubilæi, ac anni Sabbatici inchoandi. Prius in Vere ſtatuebatur (*g*) ſeu ſub initium Abib, ſeu in Niſan, quod per tempus vernum vagari ſolebat, & τῦ ἔτυς ἀρχή, ſeu anni initium etiam a Fl. Joſepho (*h*) nuncupatur, uti quidem & Philoni (*i*) Poſterius in Autunno, ſeu Tiſri menſe qui a Niſan ſeptimus eſt. Atque alia item (*k*) fuere quoad agenda aliquot alia, ſingularia anni initia (quemadmodum & ſcimus fuiſſe apud veteres Romanos, hodieque apud Chriſtianos præter Kalendas Januarii) quæ tamen in dierum periodis, aut relabebantur, aut ſurſum protrudebantur, prout locum Nœmenia Niſan, ſeu verni menſis primi variatim obtinebat. Sed hac de re plura inferius.

(a) *Maimonides hal.* Kidush hachodesh *cap.* 17. §. 25.
(b) *Lib.* 1. *cap.* 12. 32.
(c) *Geneſ.* 49. 15.
(d) *Apud Abraham Zacuth in* Juchaſin *ſol.* 40.
(e) *Deut.* 4. 7.
(f) *Gemar. Babyl. ad tit.* Sabbath. *cap.* 7. *ſol.* 75. *& vide Moſem Mikotzi praec. affirm.* 47.
(g) *Exod.* 12. 2. *Num.* 28. 16. *Eſther.* 3. 7.
(h) *Antiq. Judaic. lib.* 1. *cap.* 4. *& lib.* 3. *cap.* 10. *alibi.*
(i) *Lib.* 3. *de de vita Moſis.*
(k) *Miſna tit.* Rosh Hashena, *cap.* 1. *& videſis* Hieron. *in Ezech. cap.* 1. Aben Ezra *ad Exod.* 12. J. Buxtorf. *in ſynagoga cap.* 12. *&* Menaſſeh Ben Iſrael *in Conciliat. ad Exod. quæſt.* 11. *præter Chronologos obvios.*

CAPUT II.

Judæorum, quorum Scripta legimus, Sectæ binæ. Talmudici, *ſeu* Traditionales, *&* Karæi, *ſeu* Scripturarii. *Utrorumque diſciplina heic adhibita.*

JAm vero genus eſt Judæorum, quorum ſcripta legimus, duplex. Alterum, Talmudici dici ſolent, ſeu בעלי הקבלה *Magiſtri Traditionum*, quos Traditionles vocabimus; Alterum, Karæi, ſeu קראים *Karaim*, id eſt *Scripturarii*, ſeu בעלי מקרא etiam & בני מקרא, id eſt, & *domini*, & *filii Scripturæ*; utpote qui rejectis Talmudicorum traditionibus, ipſas ſolum, quas ipſi exiſtimant, ex ſcripturæ ſenſu eruendas eſſe, ut ſatis manifeſtas interpretationes amplectuntur, inde nomen ſortiti. Genus prius eos continet Magiſtros (præter ipſos juris Talmudici Corporis utriuſque, Hieroſolymitani ſcilicet, & Babylonici, autores) qui commentarios ſcripſere Theologicos ſimul, & Juridicos ſatis numeroſos, Venetiis, Mantuæ, Cremonæ, Baſileæ, Cracoviæ, Pragæ, alibi typis editos, veluti autores *Sepher Siphri*, *Siphra*, *Mechiltha*, *Peſiktha Zotertha*. Rabbi Elieſer, autorem *Rabboth*, ſeu commentariorum ſic dictorum in Pentateuchum autorem *Hilcoth Gedaloth*, Moſem Maimonidem, Salomonem Jarchium, Aben Ezra, Kimchius, Nachmanidem, Abarbinel, Bechai R. Jehudam autorem *Sepher Muſar*, Abraham Zachuthium, autorem *Sepher Juchaſin*, R. Gedaliah ben Jechai, autorem *Sepher Shalsheleth*. R. Mordecai, Iſaac Ben Gerſom, autorem *Sepher Colbo*, *Sepher Corban* Aharon, Jacob Bar Salomon, autorem *Sepher Aiin Iſrael*, Moſem Cotzenſem, Rabbenu Asher, Jacob Ben Asher, Alpheſium, Jehudam Levitam, Joſephum Caro, Obadiam Bartenorium, & qui ſunt id genus reliqui non pauci, atque hi univerſi Phariſæorum ferme veterum, & Scribarum, qui Moſis cathedram (*a*) occuparunt, placita more ſuo tradunt explicantque, Traditionibus velut in Monte Sinai Moſi, a Numine receptas refertiſſimi. Paſſim apud illos Traditiones hujuſmodi הלכות למשה מסיני *Traditiones Moſi e Sinai* nuncupantur. Poſterius genus, ſeu Scripturarii, propago Talmudicis habentur Sadducæorum; adeoque eorum initia ab illis tribuuntur tempori Joannis (*b*) Hyrcani Judæorum Principis, ſub annum 130. ante Chriſtum incarnatum. In Ægypto, Palæſtina, Conſtantinopoli, ex Scripturariis hujuſmodi habentur. Ipſi autem viciſſim (quale inter ſectas nimium fieri ſolet) Traditionales tunc primo inclareſcere cœpiſſe, contendunt, præcipuumque eorum autorem fuiſſe Rabbi Simeon Ben Shatach, nominis in utroque Talmude celeberrimi. Summa nempe illum gratia apud Hyrcanum (cui ſoror ejus nupta) cum diſcipulis ſuis pollentem ſimplicitati Scripturæ, & genui-

genuinis ejusdem interpretationibns legem Oralem seu Traditiones Talmudicas fidentium tunc primum commiscuisse seu adjecisse. Sic Rabbi Eliah Ben Moseh Scripturatius, de Simeone illo locutus; אח אשת ינאי חרש דרת אחרת לפי דעתו ומוסף על הכתוב *frater uxoris Joannis novavit Disciplinam aliam juxta sententiam suam, & Scripturæ adjecit*; id est, התורה שבעל פה *Legem Oralem* ut expressim idem Eliah. Libri Scripturariorum, quantum hactenus ediscere potui, admodum sunt pauci. Nec quidem typis impressum alium mihi videre contigit præter unicum illum שער יהודה dictum, seu *Portam Jebudæ*, qui totus est על עניז עריות *de Incestu, & concubitu illicito*, autore Rabbi Jehuda Poki מערת בני מקרא *ex cœtu*, seu *secta Judæorum Scripturariorum*. Editus est hic Constantinopoli anno Mundi juxta eorum calculum 5342. seu Christi 1582. Neque alius omnino Judæi alicujus Scripturarii codex manuscriptus ad manus meas pervenit, præter jam memoratum Eliah Ben Moseh, qui & subinde (*c*) se vocat בכ״ר לעיה מכנדייא *Filium bonorati Rabbini Moseb Candiensis*, forte pro *Certensi*. Scripsit ille Tractatum ex receptissimis sectæ suæ sententiis desumtum, ac in סדרים *Sedarim*, seu *Ordines* distributum, quorum primus est בזמנים *de Temporibus*, adeoque de Die, Nocte, Septimana, Mense, Anno. Et inquit שהמצות תלויות בזמנים ידועים להיות כנוז בקר וערב ויום ולילה וחרש ושבוע ושנה על כז ראוי לנו לבארם תחלה קודם תחלונו לבאר במצות התורה. *Cum præcepta, ex temporibus notissimis, veluti matutino, vespertino, Die, Nocte, Mense, Septimana, & anno pendeant, visum est nobis ea explicare, antequam explicationem præceptorum legis aggrediamur*. Ordo ejus secundus est de Sabbato, Tertius de Paschate: Quartus de festivitate Paschali: Quintus de ea, quæ est Septimanarum, sextus de Incestu, seu concubitu illicito, sed mutilus. Nec plura habentur in exemplari, quo utor. Floruit sub annum 240. chiliadis Judaicæ sextæ, id est Christi 1480. Mosem Maimonidem, Aben Ezra, Levi ben Gersom, Traditionalium alios subinde citat. Byzantii, aut loco aliquo non ita inde dissito scripsisse eum, vix dubito. Nam Tabulas Astronomicas in calculum motuum Solis, & Lunæ constructurus, ait (*d*) se operaturum באופק קושנדינא מסכים לדעת אלבאתני *ad latitudinem*, seu *Horizontem Costantinopolis*, *juxta doctrinam Albatenii Arabis*, quia insignis hisce in rebus apud Judæos existimationis alibi, (*e*) etiam apud ipsos habetur testimonium luculentum. Autoribus utitur ille, scriptor quidem diligentissimus, & eruditus, subinde Scripturariis, veluti Rabbi Levi Ben Japhet, Rabbi Jehosua, Rabbi Aharon. Neque enim a titulo Rabbi, aut Rabenu abstinet quoties de suis loquitur, utcunque apud Benjaminum Tudelensem in Itinerario, aliosque (*f*) non semel sic distinguantur invicem רבנים, & קראים, seu *Rabbini*, & *Scripturarii* perinde, ac si hos titulo illo neutiquam insigniri solitos, velint. Forte quidem Benjaminus ille, Traditionalis ipse Judæus, Scripturarios ejusmodi dignitatis nomine a se honestandos noluit, utcunque ipsi inter se eo uterentur. Anne potius ex more obtinuit Traditionales eo nomine, seu titulo magis quam Scripturarios innotuisse? utrisque interea eo insigniri solitis. Nam dissimulandum non est, Scripturarium nostrum ipsos Traditionales, seu eorum sectam generarim interdum (*g*) sed raro satis, רבנים *Rabbinos* nuncupare. Quando scilicet eo solo vocamine, a secta sua discriminatos eos vult; tametsi dum suos pariter, ac Traitionales memorat, Rabbini nomen utrisque indiscriminatim tribuat, adjecto subinde etiam non minus his quam illis formula illa pietatis honorariæ solenni זכרונו לברכה *memoria ejus sit in benedictionem*. Unde ediscendum haud ita semper, inter Sectas hasce intestinum exerceri odium; qua de re obiter scriptores Christiani. Quemadmodum autem Traditionibus adhæret genus heic alterum, sic alterum Interpretationibus, rejectoque quod traditur, quatenus traditur, illud inptimis profitetur (*h*) כל הערקה שאין לה סיוע מן הכתוב היא בטלה *Interpretationem*, seu *disciplinam omnimodam neutiquam in Scriptura ipsa fundatam, vanam esse*. Sed interea cum Traditionum revera genus sit duplex; alterum quod Legis Oralis (seu Traditionum Mosaicarum) nomine venit, velut id, quod seorsim, atque extra Legem Scriptam per se traditum est; alterum quod Disciplinam, seu Interpretationem Legis illius scripta a majoribus traditam, seu qua illi præivere, complectitur; certe Scripturarii Judæi, dum genere posteriore solum utuntur, perplurima interim in eo admittunt quæ, quum placitis in priore genere receptissimis sint simillima, nec magis quam illa quidem, in Scriptura ipsa reperiantur, eo-

eorundem vim, ac ſupplent. Quale ferme etiam de Chriſtianis aliquot pariter, dicendum; qui dum Traditiones majorum, qua Traditiones, rejiciunt, Interpretationes tamen haud minus, nec aliter a ſacri ſermonis ſimplicitate quam Traditiones ipſas alienas, præ aliis ſibi optatiſſimas, enixius conantur adſtruere. De Judæorum ſecta utraque ſpecimen videbis etiam heic luculentum. Codicem Ms. Scripturarii quem dixi uti & alterum illum typis editum, perhumaniter mecum communicavit (& libentiſſime beneficium agnoſco) Radulphus Cudvvorthus Cantabrigienſis, multiplici doctrinæ reconditioris præſtantia morumque ſuavitate juvenis ornatiſſimus, qui etiam ex illo nonnulla oppoſitiſſime adhibuit ipſe, de phaſi Lunari & Calendario Judaico in libello ingenioſo, & pereruditо, de Cœna Domini, Anglice pridem (*b*) edito. Et primus eſt, ac ſolus quantum ſcio, qui inter Scriptores, autore illo omnino hactenus uſus eſt. Jam vero, quæ capite ſuperiore de Annis, & Menſibus Judaicis generatim indicatur, utriuſque ſectæ, tam Scripturariorum, quam Traditionalium, ſeu Talmudicorum diſciplinæ, ſatis ſunt coſona. Quomodo autem in Neomeniis conſtituendis, Menſibus diſponendis, Annis augendis, minuendiſque, ſive conſenſerint ſectæ hæ, ſive inter ſe diſcreparint, in ſequentibus, ex Talmudicorum ſcriptis, atque ex Eliah Ben Moſeh illo, qui ſectæ ſuæ perſonam heic neceſſario ſuſtinet, oſtendetur. Scripturæ autem loca quibus ſecta nititur utraque ſunt notiſſima illa; de Luminarium creatione *ut eſſent* (*i*) *in ſigna, & iu certa tempora & in dies, atque annos*; de menſium, ac dierum in hiſtoria Arcæ Noachi (*i*) enumeratione; de primo anni menſe (*k*) præfigendo; de Paſchate adeoque menſe primo in tempore Abib (*l*) ſeu verno retinendo; de Neomeniis, ſeu Noviluniis peculiari ſacrorum genere celebrandis (*p*) aliis ejuſmodi in Pentateucho obviis, quorum aliqua etiam mox allata. Teſtimonia autem, ſeu ſcripta Talmudica unde ea, quæ de re ipſa tradimus maxime hauſta ſunt, heic ſimul potius indicare viſum eſt, quam abſque operæ pretio aliquo, margines paginarum ſæpe nimium repetitis eis fruſtra illinere. Ea maxime habentur in Miſnis, & Gemaris tituli *Sanhedrin* cap. 1. & tit. *Ros Haſchana* cap. 1. 2. & gloſſis, & commentariis in eaſdem, uti & ad *Exodi* cap. 12. in *Pirke*, ſeu *Capitibus* Rabbi Elieſer apud Moſen Maimonidem in Tractatu *Kidush hachodesh*, capite 1. 2. &c. uſque in 5. & diem 11. &c. & in eis quæ ibi fuſius adnotantur; apud Moſem Mikotzi in Præc. aſſirm. 47. Jacob Ben Aſcher in *Arba Turim* libro *Orah Chaim* cap. 47. ut ſcriptores congeneres, ſed notæ minores, prætermittam.

(a) *Matth.* 23. 2.
(b) *Vide Fl. Joſeph. lib.* 12. *cap.* 18. *& Rabbi Jehudam Levitam in* Sepher Coſri *orat.* 3. *ſect.* 65. *& Gem. Babyl. ad tit.* Kiddoſchim *cap.* 3. *fol.* 66. a Sepher Juchaſin *fol.* 15. (a) *item citata* Joanni Buxtorfio *in lexico Chaldaico, verb.* קרא *col.* 2114. *& tunc* Joſeph. Scalig. *de Emend. Temp. lib.* 2. *pag.* 143. *Elench. Tihæreſii cap.* 2. *Serrar in Minervali cap.* 11. *Joannem Ritangel ad lib.* Jezira *pag.* 33. *&c.*
(d) *Seder* 2. *in calce*.
(e) *Seder* 1. *cap.* 19.
(f) Tzemach David *part.* 2. *anno Chil* 5. 635. *ſeu Chriſti* 875.
(g) *Videſis* Joſeph. Scal. *de Emend. Temp. lib.* 2. *pag.* 143.
(h) *Seder* 1. *cap.* 12. *e conditione* 2.
(i) *Eliah Ben Moſeh ſeder* 1. *cap.* 15.
(k) *Loddini* 1642.
(l) *Geneſ.* 1. 14.
(m) *Ibid. cap.* 7. & 8.
(n) *Exod.* 12. 1.
(o) *Ibid.* 25. 15.
(p) *Num.* 10. 10. & 28. 11.

CAPUT III.

De Anno Communi, *atque* Menſium, *partim* Cavorum *partim* Plenorum duodecim *in eo diſpoſitione*, & Phaſis Lunaris *uſu*, *ac* Neomeniis, *juxta* Talmudicos.

ANnus Civilis, juxta Talmudicos, aut שנה פשוטה, ſeu *annus Communis* erat aut מעוברת, ſeu *Intercalaris*. Communem implebant Menſes duodecim, qui aut חסרים ſeu *Cavi* fuere, aut מלאים, ſeu מעוברים quod ſonat *Pleni*, ſeu *intercalaris*; id eſt, aut dierum 29. aut 30. Neque enim ullum admittunt fuiſſe aliud menſis genus. Cavos autem, & plenos, non ex certa aliqua in ſe redeuntis, ac ſui ſemper ſimilis (quemadmodum modum in computo noſtro, quem Eccleſiaſticum vocant) cycli ratione, aut præſcripto ſtabili faciebant. Nec omnino prænoſci quidem potuit Cavus an plenus menſis aliquis foret ante ipſum menſis exitum, ſaltem proximantem. Neomeniam enim Civilem docent fuiſſe ſemper, aut ipſam Lunarem, poſt ſynodum, ſeu neomeniam naturalem, phaſin, ſeu הראייה vocant, id eſt *viſionem*, aut initium, ſeu tempus veſpertinum diei trigeſimi primi a proxime antecedentis ſeu elabentis menſis Neomenia civili pu-

putati, quemadmodum & de Arabibus quoad phasim, Alfraganus; *voluerunt Arabes, a vespera diem auspicari, quoniam a phasi Lunari incipiunt numerare dies mensium*. Sub exitum igitur Mensis cujuslibet, sive a phasi Lunari id est visione figuræ ejus corniculantis, proxime præcedenti, sive a die postremo (qui semper, aut trigesimus erat, aut vigesimus uonus) superioris mensis nnmerati, diligentissime advertebatur, utrum in vespera, quæ mensis elabentis diem 29 secuta, trigesimum inchoabat, Luna e radiis solaribus emersa conspiceretur, nempe an post interlunium phasis eis extaret tunc Lunaris. Si phasis sic haberetur, solenni acclamationis more sanctificata Neomenia. Cavum faciebant mensem ex diebus illis 29. jam elapsis, a phasi illa proximum auspicantes; sin phasis eo tempore nulla, tunc adjecto die sequente, seu trigesimo, Plenus fiebat mensis, seu Dierum triginta, adeo ut Neomenia Civilis insequens in vespera diei proximi, seu trigesimi primi a proxime superioris mensis Neomenia numerati (nulla phaseos, in illa, habita ratione) initio collocanda foret. Id quod de Phasi dictum est, perpetuo, quoties habita est, juxta eos obtinuit. Quod vero devespera trigesima phasi carente regulariter pronuntiant, exceptiones recipit aliquas. Nempe qnoties constituisset illis, qui Calculo huic præfuere (de quibus mox) turbatum, aut incommode nimis dispositum iri anni præsentis rationem, si juxta frequentiam Lunaris post synodum tempore suo (id est die 30.) phasis defectus per aerem nubilum, aut imbres, aliasve ob causas accidentem, menses præteritos plenos facerent; integrum eis erat, usque receptum pro arbitrio tam Cavos facere quam plenos, eosque, sive continuos, sive alternos. Sed nullum ajunt Sanctificationis acclmationem accessisse Neomeniæ, seu mensis initio præter illud, quod a phasi, ut diximus, est designatum. Id est a Luna tempore suo, seu trigesimi diei vespera, seu initio in cœli conspicua. Cavos autem tunc maxime inseruere quando ex Astronomico calculo dignoscerent phasin (qua de re plura inferius) haberi potuisse, utcunque ab aeris caligine impediretur. Mensium Plenorum nnmerus sic ex arbitrio eorum, qui huic rei præerant pendens, ita ab ipsis corcebatur, laxabaturque, ut nec pauciores quam quatuor, nec plures quam octo, interponi ullo in anno Communi regulariter decernerent. Verba Misnæ (*a*) אין פוחתין מארבעה חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יתר על חמש quod tantundem sonat. Medius autem numerus, seu phases sex, adeoque menses sex Cavi, totidemque Pleni, annum Lunarem naturalem (horis demtis aliquot, & minutiis, quæ insuper accedunt) conficiunt, id est dies 354. Ex adjectione vero, qualem diximus, sive plurium plenorum, sive pauciorum, crescebat, minuebaturque variatim Annus Communis, ut in subjecta tabella.

Menses	*Pleni* 4 *Cavi* 8	*Pleni* 5 *Cavi* 7	*Pleni* 6 *Cavi* 6	*Pleni* 7 *Cavi* 5	*Pleni* 8 *Cavi* 4
1 Nisan	29	30	29	30	30
2 Ijar	30	29	30	29	29
3 Sivvan	30	29	29	29	29
4 Tamuz	29	30	30	30	30
5 Ab	29	29	29	29	30
6 Elul	29	30	30	30	30
7 Tisri	30	29	29	29	29
8 Marchesvan	29	29	30	29	30
9 Casleu	29	29	29	30	30
10 Tebeth	30	30	30	30	29
11 Sebat	29	29	29	30	30
12 Adar	29	30	30	30	30
Dierum summa	352	353	354	355	356

Ita intra hosce terminos regulariter vagabatur juxta Talmudicos Annus Communis. Nec exceptio adjicienda, nisi quoties, aut numerosiores forte phases cavos plures quam octo forte inducerent, aut necessitas aliqua anni extra ordinem intra suos cancellos retinendi accideret.

(a) *Tit.* Erarin *cap.* 2.

CA-

C A P U T IV.

De Mensium Legalium *Initiis* , seu Neomeniis *juxta* Judæos Scripturarios. *Eorum item sententia de* Cavis , *ac* plenis , *horumque numero in* annum communem *admittendo*.

ELiah Ben Moseh, Judæus Scripturarius , caput (*a*) habet בחרוש התורה ועת תחלתו *de Novilunio* , seu *Mense Legali* , *&* *tempore quo incipit*. Id est de Mense Judæorum veteri, ejusque principio . Opiniones aliquot, & argumenta recitans ad hunc modum tandem concludit סוף דבר חדשי התורה הם חדשי לבנה והטעם חרוש הלבנה והראותה בפאת מערב כפי מה שנודע לנו מסכל הירושה ומהקש כח הריבור ודזה הסכימו חכמים כלם בה ובמ *Ita plane statuendum est* , *menses Legis esse Lunares rationemque Novilunii* , seu *mensis initii in Luna* , *ejusque Phasi in plaga Occidentali esse positam quantum scilicet intelligere possumus ex eis quæ hæreditario* (per interpretationes avitas) *accepimus* , *aut diligentius quærendo edidicimus* . *Atque hac de re consentiunt* , *tum Traditionales Judæi* , *tum Scripturarii*. Concensere nimirum ita, ut hæc utrisque pariter esset sententia receptissima de Neomeniarum , & Mensium veterum illa in Ecclesia , seu Republica ratione. Etenim subdit multiplicia quidem hac de re placita fuisse, atque Sapientes , seu Theologos , & Jurisconsultos Judæorum opinionum , ut fieri amat , varietate subinde esse distractos, dum ab ipso Luminarium coitu alii a tempore quo radiis Solaribus occultari primo cœperit Luna, alii aliter mensem auspicandum esse voluerint . Sed vero inquit חכמינו קיימו הרעת האומרת שהתחלת החרש הוא משעה שתראה אחרי בא השמש: *Amplexi sunt Sapientes nostri sententiam illam qua definitur Neomeniæ initium esse*, *a tempore quo conspicitur Luna post Solis occasum*. Id est post crepusculi finem, quod occasum Solis sequitur. Nam caput habet integrum בקרוש החרש על פי חכמי קראים (*b*) *de sanctificanda Neomenia juxta disciplinam Scripturariorum*; ubi quod ante de die inchoando docuerat repetens , scilicet initium ejus, & vesperæ illius , quam tertiam vocant idem esse , seu מתחלת הערב השלישי *ab initio vesperæ tertiæ* diem semper incipiendum (scilicet tres juxta receptas etiam sectæ sententias. facit Vesperas , primam ab occidente sole ad occasus finem , secundam tempus crepusculi, tertiam tenebrarum initium, seu momentum quo finitur crepusculum) pergit, והוא עת התחלת החרש והנה בשת ההיא אם יראה החרש מקרשים היום ההוא *atque hoc tempus est initii Neomeniæ, quo si phasis habeatur*, *diem cujus hoc initium est* , *sanctificare solent*. Atque alibi (*c*) quidem de hujusmodi diei , seu vesperæ tertio initio verba faciens ait Talmudicis illud plane ante ignotum se eorum nonnullis ostendisse, ac assensum ea de re ab eis extorsisse. Atque inquit (*d*) Elia noster Ben Moseh אמרו החכמים למועדים שמש ירע מבואו והטעם עשה ירח למועדים בעת ביאת השמש דהוא תחלת הערב השלישי והטעם שהתחלת החרש הוא מערב השלישי שהוא מבוא השמש *Dicunt Sapientes*, illud (*e*) *Lunam fecisse* (Numen) *in solennitates* (seu stata variatim per menses tempora) *&* *Solem suum noscere occasum* , *denotare* , *Lunam facere solennitates tempore occasus Solis* (finiti) *quod principium est vesperæ tertiæ* ; *Atque initium Neomeniæ*, *seu mensis esse ab vespera tertia*, *quoniam tunc finitur occasus solis* . Hisce de Neomeniis juxta Scripturarios traditis, quæ cum aliis capite hoc allatis nec Talmudicorum disciplinæ sunt , si circumstantias aliquot satis exiguas demas, dissonæ (nam quæ gravioris sunt in utrisque sectæ dissensu circa Temporis calculum momenti seorsim mox dabimus) monet etiam idem Eliah שאין לך חרש פחות מעשרים ותשע יום ולא יתר על שלשים *non esse mensem cui pauciores quam dies 29. nec cui plures quam* 30. Quod non minus Scripturariis , quam Talmudicis receptissimum. Illi etiam non minus quam hi Cavos menses חסרים & Plenos מלאים nuncupant, adjiciuntque אין ראוי לעשות חרש חסר ולקרש יום שלשים אלא בראויה אמנם לעשות חרש מלא שלשים יום ולקרש שלשים באחר אין צריך בראייה *non oportere mensem facere cavum* , *ad diem sanctificandum tricesimum sine phasi Lunari*. *Sed vero ut fiat mensis plenus dierum triginta*, *&* *sactificetur dies trigesimus primus* , *phasi opus non esse*. Ubi sanctificationem sine phasi adhibendam esse , contra quam Talmudici admittunt, qua de re etiam mox plura . Quod vero ad variam mensium , sive cavorum, sive plenorum interpositionem attinet , sapientum sectæ suæ doctrinam ajunt esse, quoties per aeris nubila pluribus continuis mensibus Phasis haberetur nulla, fas esse continuos inde facere plenos menses, seu triginta die-

dierum singulos modo quatuor non excederent. Plures enim simul admittendos regulariter negant, argumento etiam ex illo, quod de Noacho dicitur sumto. *Mense secundo* (*f*) *in die* 17. *mensis ingressus est &c. in arcam*, & dein *in mense* 7. *die* 17. *ejusdem mensis arca quievit super monte Ararat*; interjecto illo, *& cœperunt aquæ minui* מקצה חמשים ומאת יום *a fine centum*, *& quinquaginta dierum*, qui fuit 17. dies mensis septimi. Unde ad hunc modum putant. A 17. die Ijar, seu mensis secundi, ad 17. diem Tisri qui septimus est, utrinque inclusive sunt dies 151. si menses illos singulos quinque plenos admittas. Quoniam vero temporis illius spatium unico die minus in textu fit, id est dierum 150. quorum postremus est ipse dies quo arca quievit, adeo ut excluso termino primo, seu 17 Ijar, restent dies 149. pro mensibus quinque sequentibus, ideo necessum esse ajunt ex hisce quinque unicum fuisse cavum, seu dierum 29. Quod quidem verum esse nemo non videt, qui calculum cum eis eundem admittat. Exemplum sic sibi hinc sumunt quatuor plenos faciendi etiam continuos, nec plures, quia in exemplo plures non habentur, sed nec in exemplo quatuor fuisse continuos liquet, sed liquet potuisse esse continuos, nec in contrarium quid constare. Et Lunares hinc menses tempore Noachi fuisse volunt; quia si solares, tunc dies hi quinque mensium pauciores non exitissent quam 152. quoniam annus solaris est dierum 365 & $\frac{1}{4}$ præter partem unicam partium diei 360. ut ajunt ipsi. Cavos autem menses continuos superare nolunt hi numerum ternarium. Et tribus per phases continuis admissis הנה כן החיוב לעשות הרביע מלא *necessum esse* volunt *quartum fieri plenum*. Scilicet quoties ex arbitrio, juxta quod & ajunt Talmudici, sive Cavi faciendi, sive Pleni. Atque ex mensibus hujusmodi Cavis, & plenis duodecim Annum sibi faciunt Communem, quemadmodum, & Talmudici, & veterem, seu Legalem hunc constanter etiam cum illis asserunt.

(a) *Seder.* 1. *cap.* 5.
(b) *Seder.* 1. *cap.* 11.
(c) *Seder* 1. *cap.* 29.
(d) *Ibidem cap.* 11.
(e) *Psalm.* 104. 19.
(f) *Genes.* 7. 11. & 13.

CAPUT V.

De Anno intercalari, *seu cui adjectus est* mensis decimstertius, *nunc* Cavus *nunc* Plenus. *Atque de* Intercalandi causis *variis*, *incertissimisque*.

INtercalari anno Menses fuere Tredecim. Scilicet Adar qui postremus est in anno Communi, adjiciebatur in Intercalari, alter Adar mensis, Adar secundus, uti & ואדר *Veadar*, seu *Adar* vocitant, cujus initium, & finis similiter, ut de Anni communis mensibus ante dictum est, constituebantur. Nec pro alia ratione, aut cavus fiebat mensis hic adjectus, aut plenus. Unde evenit ut quoties, cavus esset, annus intercalaris minimus ex diebus constaret 381. maximus ex 385. quoties plenus minimus haberet dies 382. maximus 386. intervenientesque suos pariter auctos minutosve numeros, ut heic ob oculos;

Anni Comm. dier.	352,	353,	354,	355,	356.
Mensis Adjectitius seu *Adar secundus*	29	29	29	29	29
Dierum summa	381	382	383	384	385

Si plenus adjiceretur Adar unitate auctus quilibet heic numerus anni pariter intercalaris quantitatem exhiberet. Ratio inrercalandi hujus mensis, unde fieret annus mense integro auctior (nam aut mensis integer anno aut nihil omnino intercalatione adjiciebatur) ex eo pendebat, quod festa ac solennitates, veluti Pascha, Pentecoste, Scenopegia, Dies Expiationum, aliæ, justo, seu congruo anni naturalis, seu solaris tempore & juxta præceptum qua fieri posset divinum rite celebranda. Quod evenire nequibat nisi sic augeretur ob notissimum undecim fere dierum excessum anni solaris, subinde annus Lunaris, ut menses ejus quatenus a numero denominarentur, commodius anni solaris tempestatibus responderent. Clavis heic erat præcipua, atque index anni totius disponendi Paschatis festum. Hoc enim rite collocato, reliqua suos consequenter ut haberent locos festa satis idoneos, necessum erat. Pascha (primum scilicet) nam secundum, quod mense Ijar, seu secundo celebrandum, ex primi tempore omnino pendebat) immolandum erat die XIV. Nisan, seu primi (*a*) mensis desinente, diesque festus XV. & insequentes aliquot variatim celebrandi; id est tempore Abib (*b*) seu maturescentium frugum in dierum menstruorum calculo sic a Numine consti-

tu-

tuto. Et recte quidem ajunt לולי תוספת החרש הזה הפסח בא פעמים בימי החמה ופעמים בימי הגשמים *nisi adjiceretur mensis ille* (Adar secundus) *Pascha* (quod in tempore verno semper celebrandum ex instituto Numinis) *nunc tempore æstivo, nunc item biberno accideret*; quod nemini non manifestum : Tempus autem illud festivum non incipiendum, ex receptissima a majoribus traditione statuere, nisi plane constaret æquinoctium vernum, quam Tekupham Nisan appellant, aut postero immolationi die, aut ante eventurum; adeo ut, nisi præscirent, si annus elabens communis foret, seu duodecim tantum mensium, æquinoctium in ratione temporum, aut ante diem XV. Nisan, seu primi mensis anni imminentis, aut eodem die confectum iri, annum elabentem intercalarem facerent, seu mensium tredecim, ut inde Nisan imminentis anni sursum protrusus, vicem ejus Adare secundo occupante, commodum in diebus suis præberet Paschati locum, seu tempus quod, aut æquinoctium sequeretur, aut non aliter atque dictum est anticiparet. Hinc ajunt hoc fieri solitum כדי שיהיה הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין למימן *ne scilicet non celebraretur Pascha tempore Abib*, seu *maturescentium frugum*, id est suo. *Atque rationi huic ita subnitebantur, ut absque ulla alia annum intercalarent*. Etenim aliæ fuere Causæ, eæque ferme Triplices; ut Serotina frugum, agnorum, hœdorum maturitas; Itinerum ad Urbem ducentium incommoda, veluti pontes diffracti, aquarum colluvies, viæ cœnosæ; & minime idoneus Fornacum Hierosolymis agnis Paschalibus assandis status. Etiam causas ob hasce sub exitum anni elabentis prævisas adjectitium, seu intercalarem adhiberi voluere mensem, ne scilicet per aliqua horum incommoda deesset quid Paschati, festisque insequentibus vernis omnino necessarium. Frugum autem, ac vernantis temporis status considerabatur in regionibus illis tribus, Judæa, Transjordanina, ac Galilæa. Si in harum duabus serotina præsideretur sub exitum anni maturitas, intercalabatur annus; non item, si in earum unica aliqua. Quin & aliæ fuere subinde nec minus incertæ intercalandi causæ, pro arbitrio eorum qui huic rei, uti mox dicetur, præerant. Atque ita quidem Talmudici. De Causis his non video satis consentire Scripturarios. Sed plane in hoc consentiunt, quod intercalatio mensis ideo fuerit adhibenda, ut mensis primus tempore Abib; seu verno perpetuo haberetur; quo scilicet tempore rerum conditum, seu initia ponunt, (*c*) non in Autumno, ut fere Talmudici. Menses non dubitant Scripturarii, in lege Lunares fuisse, annum autem, cujus ad rationem ipsi disponendi, Solarem. Et Eliah noster (*d*) והנה מפני ששנת השמש מוסף על שנת הלבנה עשרה ימים ועשרים ואחת שעות וראשונים הנה מפני זה ראוי לנו לפעמים לעשות שנה משלשה עשר חרשים עד שיהיה האביב בחרש הראשון כפי מה שאמר הכתוב שמור את חרש האביב כדי שתתחתוינה שנות החמה עד שנות הלבנה *& vide quoniam annus solaris excedit Lunarem diebus* 10. *& boris* 21. *præter minutias aliquot, ideo subinde oportet annum facere Mensium tredecim, ut inde babeatur Abib*, seu *tempus Vernum mense in primo, juxta id, quod legitur in Scriptura*. Custodi mensem Abib, *ut scilicet ita satis adaptentur invicem anni Solares, ac Lunares*. Nec apud sectam hanc omnino comperio rationem Anni Intercalandi, seu mense adjectitio augendi, fuisse aliam præter eam, qua retinendus Mensis primus, seu Nisan, in tempore quotannis Abib seu verno, quo maturescunt in terra sancta fruges, ne scilicet deesset messis in lege memorata unde primitiarum manipulus (*e*) coram Domino ventilandus tempore Paschali decerperetur. Subtilia habent cum de tempore imminentis messis, seu frugum ibi maturescentium exploratione, tum de signis, veluti spicis, germinibus, aliis quibus ea de re, sive manifesto, sive ex conjectura, esset decernendum. Sed summam esse statuunt (*f*) si sub finem Adaris, seu mensis duodecimi האביב היה נמצא היו מקרשים חחרש הבא חרש ראשון ואם לאו היו מעברים אותו ארר שני *compertum esset fruges maturescere, sanctificandum esse mensem in sequentem pro mense* (anni proximi) *primo*. *Sin vero, mensem illum insequentem pro Adare secundo, seu adjectitio babendum*; adeoque annum fieri intercalarem, seu mensium tredecim. Nec Æquinoctii verni, seu Tekuphæ Nisan, sectæ huic ratio quantum video (qua Æquinoctium, seu Tekupha) ratio omnino habita.

(a) *Exod.* 12. 6.
(b) *Exod.* 13. 4. *Levit.* 23. 5. *Deut.* 16. 1.
(c) *Eliab Ben Moseb Sed* 1. *cap.* 18. 42. *& vid. Exod.* 12. 2.
(d) *Ibidem, cap.* 18. *Deut.* 16. 1.
(e) *Levit.* 23. 10. *& vide Exod.* 23. 15.
(f) *Eliab Ben Moseb Seder* 1. *cap.* 37.

CAPUT VI.

Specimina annalis, *incertissimæque*, *ob causas jam dictas*, intercalationis.

QUonam temporis momento, aut die incertorum, atque in se æquabiliter recurrentium annorum, veluti Ægyptiorum, aut Julianorum, calculo, sic dictiam collocarint Mathematici veterum Judæorum, mihi satis non est compertum. Neque ea de re sunt, aut inter se, aut sibi ipsis satis concordes viri magni, qui in temporum magistris apud Christianos ducunt familiam. Quocunque autem die statuendum juxta illos fuerit calculi annalis ratio pariter ex dato aliquo, seu ficto (qui & forsan verus fuerit) die luculenter constabit. Nam si calculus annalis apud Christianos quæreretur, ejusdem ratio omnimoda intelligi nunc posset tam ex æquinoctio verno in XXI· Martii Juliani (ubi plane non est) quam in X. ejusdem ubi revera reperitur admisso, utcunque alia, atque alia forent ex discrimine ejusmodi ipsissima anni initia. Ut igitur specimen intercalandi, juxta Talmudicos, Adar secundi ob oculos ponatur, detur primo eodem die, qui respondet XXV. Martii Juliani collocatum fuisse priscis, in seculo quod Natalibus Christi propius est, Judæis æquinoctium vernum; quod quidem vero satis est consonum. Detur dein Nisan mensis initium, seu Neomeniam id est, sive phasin, sive trigesimum primum ab antecedente Neomenia civili, seu initio præcedentis, mensis diem incidisse aliquo in anno, in Martii Juliani diem XXIII. Et demum ab hisce velut epochis exempli gratia datis satisque certis, dinumerentur Neomeniæ, indeque Dies, ac Menses Hebraici usque in Septennium absolutum, unde intercalandi ratio, juxta antedicta, fiet manifestissima; quæ in Tabella subsequenti ostenditur. Ubi item Cavorum Neomeniæ asterisco, ut horum a Plenis discrimen facilius oculis pateat, notantur.

	Annus I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
1 Nisan	*Mart. 23	*Mart. 12	*Mart. 30	*Mart. 19	*April. 8	*Mart. 28	*April. 16
2 Ijar	April. 21	April. 10	April. 28	April. 17	Maii 7	April. 26	Maii 15
3 Siwan	*Maii 21	*Maii 10	*Maii 28	*Maii 17	*Jun. 6	*Maii 26	*Jun. 14
4 Tamuz	Jun. 19	Jun. 8	Jun. 26	Jun. 15	Jul. 5	Jun. 24	Julii 13
5 Ab	*Julii 19	*Jul. 8	*Jul. 26	*Jul. 15	*Aug. 4	*Julii 24	*Aug. 12
6 Elul	Aug. 17	Aug. 6	Aug. 24	Aug. 13	Sept. 2	Aug. 22	Sept. 10
7 Tisri	*Sept. 16	*Sept. 5	*Sept. 23	*Sept. 12	*Oct. 2	*Sept. 21	*Oct. 10
8 Marchesvan	Oct. 15	Oct. 4	Oct. 22	Oct. 11	Oct. 31	Oct. 20	Nov. 8
9 Casleu	*Nov. 14	*Nov. 3	*Nov. 21	Nov. 10	*Nov. 30	*Nov. 19	*Dec. 8
10 Tebeth	Dec. 13	Dec. 2	Dec. 20	Dec. 10	Dec. 29	Dec. 18	Jan. 6
11 Sebat	*Jan. 12	*Jan. 1	*Jan. 19	Jan. 9	*Jan. 28	*Jan. 17	*Feb. 5
12 Adar	Feb. 10	Jan. 30	Feb. 17	Feb. 8	Feb. 26	Feb. 15	Mart. 6
13 Adar secundus		*Mart. 1		Mart. 9		Mart. 17	

Præ-

Præfixis heic ſuo in ordine duodecim menſibus cum decimotertio item, ſeu Adare Secundo; monendum eſt, cuilibet anno, præter quartum, tribui menſes totidem alternatim cavos, & plenos Niſan ſcilicet eſt dierum 29. a 23. die Martii incluſive ſeu Neomenia ſua incipiens (verbigratia) in anno primo, Ijar, ſeu menſis ſecundus dierum 30. incipiens itidem Aprilis 21. quale de reliquis dicendum in eodem anno, uti & in ſecundo, tertio, quinto, ſexto, & ſeptimo. Quartus vero, quem & biſſextilem heic admiſimus, habet plenos menſes octo; τοῖς Casleu, & Sebat nono ſcilicet, & undecimo, diebus triginta tributis, cum in ordine alternativo 29. tantum, ut cavi cæteri, habeant. Quæ omnia ex diebus Menſium Julianorum ſingulas Neomenias denotantibus facile dignoſcuntur. Ex annis illis ſeptem, Quatuor ſunt Communes, Tres Intercalares; ut liquet ex Adare altero annis ſecundo, quarto, ſextoque ſubnexo. Communes quatuor, videlicet primus, tertius, quintus, & ſeptimus habent ſinguli dies 354. qui ex *6. Plenis*, totidemque cavis conſtantur. Secundus menſe cavo auctus, dierum eſt 383. uti & ſextus menſe pleno, 384. Quartus vero cum Adarem habeat ſecundum plenum, atque præterea octo ejuſmodi menſes, dierum eſt 386. Atque ſi variatim annum ſuperant Lunarem. Jam vero vides, ſi Neomenia Niſan incideret in 23. Martii, ut in anno primo, decimum quartum ejuſdem menſis reſpondiſſe diei 5. Aprilis, atque tunc Paſcha rite immolandum, indeque feſta annua ordinanda. Retrocedente dein Neomenia Niſan anni proximi in diem Martii 12. dies ejuſdem 14. fit Martii 25. qui ipſe eſt quo (ut ſupra admiſſum) conficitur æquinoctium vernum. Quod quoties per menſium diſpoſitionem eventurum prænoſcerent, qui huic rei prærant, Paſchatis cauſa annum præſentem non faciebant intercalarem. Quamdiu enim ita fieret ut citra decimum ſextum diem Niſan, id eſt, aut in tempore immolationis, aut in die feſti Paſchalis primo, qui dies erat inſequens, ſeu decimusquintus, aut ante, æquinoctium accideret, Paſcha tempore ſuo citra intercalationem ſervari potuiſſe, non dubitabant. Atqui ſi annus heic ſecundus communis eſſet, id eſt die 28. Februarii defineret (ſic enim evenire palam eſt ex eo, quod Neomenia Adar hujus anni menſis pleni eſt 30. Januarii) tunc Neomenia Niſan anni tertii, ſeu ſequentis foret in Martii primo, adeoque dies 14. Niſan (qui ſic diei 14. Martii reſponderet) æquinoctium vernum ſeu Martii vigeſimum quintum) diebus undecim anticiparet, quod nullo pacto ferendum. Igitur Paſchatis anni tertii cauſa, adjiciendus erat Adar ſecundus, ſive plenus, ſive cavus (cavum heic nos fecimus) unde fieret ut die 30. Martii Juliani annus ille tertius, ſeu ejuſdem Niſan menſis inciperet, adeoque Paſchatis feſtum in Aprili, ſeu poſt æquinoctium rite celebraretur. Deſinente vero anno hoc tertio die Martii ut vides 18. Paſchatis inſequentis, ſeu anni quarti (quod in *Aprilis* initia ſic etiam protruditur) cauſa, intercalatione opus non fuiſſe ex jam dictis liquet. At anni quarti exitus, ſi communis foret, dies eſſet Martii octavus adeoque Neomenia Niſan anni ſequentis, ſeu quinti incideret in Martii *9.* Quod ſi fieret 14. Niſan in eo eſſet 22. Martii, unde ſequeretur æquinoctium reſpondere 17. diei Niſan, & Paſchatis immolationem illud nimium, juxta jam dicta, anticipaturam. Ideo Adar ſecundus etiam *heic adjectus*. Annus ſextus inde rite *diſpoſitus*, & *in 16.* Martii (ſi communis eſſet) deſinens, Paſchatis ſimpliciter inſequentis anni cauſa plane intercalandus non erat. Nam ipſa Neomenia Niſan anni proximi ſic fuiſſet 17. Martii, adeoque 14. Niſan, Martii 31. ſeu diebus ſex poſt æquinoctium. At vero fingimus heic ſerotinam fructuum maturitatem præviſam, itinerum incommoda, Fornacum defectus, alia ejuſmodi quorum cauſa pro arbitrio qui rei præerant, intercalatione annali uſi ſunt; unde & exempli cauſa accedit *Veadar*, ſeu Adar alter plenus. Inde etiam intercalaris fieri potuit annus heic ſeptimus, qui tamen ſic diſponitur ut Paſchatis futuri cauſa (quippe quod manifeſto incidit in Aprilem) intercalationi locus ſit in eo nullus. Juxta has autem rationes, intercalares faciebant, idque pro arbitrio, ſive continuos, ſive intermiſſos.

CA-

CAPUT VII.

De Calendario *veterum Judæorum*, *juxta antedicta*. *Dissidium inter* Traditionales, *&* Scripturarios *de* Pentecostes Epocha. Calendarium *integrum cum* Festis Solennitatibus, *&* Jejuniis *omnimodis*, *eorum annis ita*, *ut dictum est*, *vagis*, *incertissimisque satis inserviens*.

QUum igitur Festorum, Solenuitatem, ac Jejuniorum statorum genus fuerit duplex; alterum Hebdomadarium, seu quod in septenarium dierum numerum perpetuo recurrebat, ut Sabbata, quæ diebus Saturni respondent, & jejunia vetustissima (*a*) feriæ secundæ, & quintæ, (de quibus illud Pharisæi (*b*) intelligendum *jejuno bis in Sabbato*, id est, in hebdomada qualibet) alterum Menstruum, seu quod Mensium diebus, aut expressim assignatum, aut inde solummodo pendens, juxta Mensium rationem & dispositionem, locos in temporum serie obtinebat; palam est ex jam ante ostensis, Festa, ac jejunia omnimoda generis secundi aliter, atque aliter, ac perquam diversimode in annis, ac mensibus Julianis, Ægyptiacis, aliisve solaribus certo cyclo redeuntibus, se habuisse, tametsi eundem ipsum dierum in mensibus Judaicis numerum cuncta (modo Pentecosten, ratione statim dicta, excipias) nunquam non sortirentur. Pentecoste autem, seu festum Septimanarum (quod generis secundi appellamus quoniam ex menstruo Paschatis loco pendet) in mensem Tertium seu Sivan perpetuo incidebat; ita tamen, ut necessario nunc diem ejusdem quintum, nunc sextum, nunc septimum juxta Talmudicorum calculum, secundum Scripturarios vero etiam alios dein ejusdem mensis dies occuparet. Scilicet lex sacra ubi de Paschate loquitur, enumerationem dierum illorum quinquaginta (*c*) instituit ממחרת השבת *a crastino Sabbathi*. Id paraphrastes Onkelos vertit מבתר יומא טבא *post diem festum*, & Chaldæus ille alter מבתר יומא טבא קמא דפסחא *post diem festum primum Paschatis*; Græci in exemplaribus nonnullis ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῆς πρώτης τῶν Σαββάτων *a die postriduano primæ diei Sabbatorum* (τῶ τῆς πρώτης seu *diei primæ* in aliis omisso) Judæi Mauritanienses, uti & Saadias Gaon من غد العطلة *postriduano die diei festo*; Judæi Hispanienses, *de otro die de Sabbath*, uti & vulgatus *ab altero die Sabbati*, & tum Arabs nuper Romæ cum Vulgata editus, tum penes me Arabs vetustus Ms. من بعد يوم لخر *a die altero*. Jam vero Talmudici heic Sabbathum sumunt, pro ipso Paschatis festi primo, seu XV. Nisan. Glossam ad legem illam sacram (*d*) ממחרת שבת ממחרת יום טוב הראשון של פסח שאם אתה אומר שבת בראשית אין אתה יודע איזהו *a crastino Sabbathi*, *id est*, *a crastino diei festi primi Paschatis*. *Nam si intellexeris heic Sabbathum creationis*, *unde nam cognosces*, *quinam dies Sabbathi ille fuerit*. Hinc illis discrimen illud triduanum in Pentecoste diebus Sivan mensis assignanda. Nam quo in anno Nisan, & Ijar fuerint utrique pleni, quintus Sivan illis erat Pentecoste, quo utrique cavi septimus; & demum, quo alter plenus, alter cavus sextus. Scripturariis vero Sabbathum ibi seu festus dies, cui crastinus est heic Pentecostes epocha, non pro paschali aliquo die, qua Paschalis erat, sumitur, sed pro Sabbatho בראשית *creationis*, uti & ipsi nuncupant, id est die Saturni illo, qui Pascha proxime sequitur. Eliah noster Ben Moseh in præfatione ad *Seder* de festo Septimanarum, inquit ראוי לנו להפרש תחלת מחרת השנה אם הוא כדברי בעלי המקרא שאמרו שהוא מחרת שבת בראשית ואם שהוא כדברי בית הלל שאמרו שהוא מחרת יום טוב *operæ pretium erit nobis explicare unde crastinus dies Sabbathi* (in lege sacra) *sit auspicandus*: *an juxta Scripturarios*, *qui volunt crastinum illum fuisse diem Sabbatho creationis postriduanum*, *an juxta Traditionales*, *seu Talmudicos*, *quorum sententia est crastinum illum esse diei festi*, seu *Primi Paschatis*. Ita juxta hos etiam in 8. 9. 10. & ulterius protrudi potuisset Pentecoste. At vero nemo non videt ex jam dictis, Calendarium haberi potuisse apud eos nullum, quod anni, seu mensium prognostici vicem gereret, sed ejusmodi tantum quod Historicum esset, aut Temporis præteriti index. Quale exempli gratia infra formavimus anno Septennii, quod supra finximus primo seu mensium alternatim cavorum, & plenorum duodecim anno. Hoc autem solum huic, seu & annis Septennii reliquis, aliisque omnimodis apud eos congeneribus ita est accommodum, ut Festorum, ac Jejuniorum loca singula heic signata (Pentecoste ob rationem jam ante redditam excepta) nulli eorum anno non pariter, ac perpetuo conveniant. Ita autem formatum est,

ut

ut non menſes ſolum ſed & hebdomadas adeoque dierum ſeptem periodum, & Sabbata inde; & Jejunia pendentia, id eſt omnimodas, ſive ex lege ſacra, ſive ex ſcitis majorum Solennitats ſatis exhibeat. Numeros, ſeu literas Hebraicas adjecimus, uti & vocabula aliquot Hebraica, Feſta, & Jejunia denotantia, quæ ſolum ſumta formam oſtendunt Calendarii quod Judæis, cum Veteribus tum inclinantis illius reipublicæ ævi, non incommode ſemper inſerviret. Hæc autem figuris Arithmeticis, & vocibus Latinis explicantur; ratione etiam pauculis adjecta, & in margine hiſtoria ſacra, aliiſque ſubinde, quæ huc lucem afferant indicatis. Sed en tibi Calendarium ipſum, cujus in quolibet menſe columna Prima, & Tertia, menſium dierum ſeries eſt, Secunda, & Quarta Hebdomadum; quarum ſingularum dies 2 & 5 Jejunium eſt hebdomadarium. Numeri vero aſteriſco notati Feſta, & Jejunia, Solennitateſque reliquas certis menſium diebus aſſignatas, denotant.

	ניסן חסר א׳ Niſan Cavus I.				
*	א	א	1	1	צום *Jejunium*; mortui ſunt filii (*e*) Aaron.
	ב	ב	2	2	
	ג	ג	3	3	
	ד	ד	4	4	
	ה	ה	5	5	
	ו	ו	6	6	
	ז	ז	7	7	
	ח	א	8	1	
	ט	ב	9	2	
*	י	ג	10	3	צום *Jejunium*. Moritur Mirjam ſoror (*f*) Moſis.
	יא	ד	11	4	
	יב	ה	12	5	
	יג	ו	13	6	
*	יד	ז	14	7	פסח *Paſcha* (*g*) immolatum, & dein dies Azymorum ſeptem.
*	טו	א	15	1	
*	יו	ב	16	2	מחרת השבת *Craſtinus dies Sabbathi* (*h*), unde Feſtum ſeptimanarum, ſeu Pentecoſte putanda; juxta Talmudicos.
*	יז	ג	17	3	
*	יח	ד	18	4	
*	יט	ה	19	5	
*	כ	ו	20	6	
*	כא	ז	21	7	
*	כב	א	22	1	מחרת השבת (*i*) *Craſtinus* ille *dies Sabbathi* juxta Scripturarios, ſeu Karaitas.
	כג	ב	23	2	
	כד	ג	24	3	
	כה	ד	25	4	
*	כו	ה	26	5	צום *Jejunium*. Moritur Joſue Ben Nun.
	כז	ו	27	6	
	כח	ז	28	7	
	כט	א	29	1	

	אייר מלא ב׳ Ijar Plenus II.				
	א	ב	1	2	
	ב	ג	2	3	
	ג	ד	3	4	
	ד	ה	4	5	
	ה	ו	5	6	
	ו	ז	6	7	
	ז	א	7	1	
	ח	ב	8	2	
	ט	ג	9	3	
*	י	ד	10	4	צום *Jejunium*. Moritur Eli Pontifex (*k*). Capta Arca.
	יא	ה	11	5	
	יב	ו	12	6	
	יג	ז	13	7	
	יד	א	14	1	
	טו	ב	15	2	
	יו	ג	16	3	
	יז	ד	17	4	
	יח	ה	18	5	
	יט	ו	19	6	
	כ	ז	20	7	
	כא	א	21	1	
	כב	ב	22	2	
	כג	ג	23	3	
	כד	ד	24	4	
	כה	ה	25	5	
	כו	ו	26	6	
	כז	ז	27	7	
*	כח	א	28	1	צום *Jejunium*. Moritur Samuel (*l*) Propheta.
	כט	ב	29	2	
	ל	ג	30	3	

סיון חסר ג׳
Siwan Cavus III.

	א	ד	1	4	
	ב	ה	2	5	
	ג	ו	3	6	
	ד	ז	4	7	
	ה	א	5	1	
*	ו	ב	6	2	חג השבועות *Festum* (*m*) *septimanarum* seu *Pentecoste*, juxta Talmudicos.
	ז	ג	7	3	
	ח	ד	8	4	
	ט	ה	9	5	
	י	ו	10	6	
	יא	ז	11	7	
*	יב	א	12	1	חג השבועות *Festum septimanarum* seu Pentecoste, juxta Scripturarios.
	יג	ב	13	2	
	יד	ג	14	3	
	טו	ד	15	4	
	יו	ה	16	5	
	יז	ו	17	6	
	יח	ז	18	7	
	יט	א	19	1	
	כ	ב	20	2	
	כא	ג	21	3	
	כב	ד	22	4	
*	כג	ה	23	5	צום *Jejunium*. Ob idololatriam & defectionem (*n*) tempore Jeroboami.
	כד	ו	24	6	
*	כה	ז	25	7	צום *Jejunium*. Occisus R. Simeon ben Gamaliel, &c.
	כו	א	26	1	
*	כז	ב	27	2	צום *Jejunium*. Combustus est R. Hanina ben Tardion una cum libro legis.
	כח	ג	28	3	
	כט	ד	29	4	

תמוז מלא ד׳
Tamuz Plenus IV.

	א	ה	1	5	
	ב	ו	2	6	
	ג	ז	3	7	
	ד	א	4	1	
	ה	ב	5	2	
	ו	ג	6	3	
	ז	ד	7	4	
	ח	ה	8	5	
	ט	ו	9	6	
	י	ז	10	7	
	יא	א	11	1	
	יב	ב	12	2	
	יג	ג	13	3	
	יד	ד	14	4	
	טו	ה	15	5	
	יו	ו	16	6	
*	יז	ז	17	7	צום *Jejunium*. Franguntur Tabulæ (*o*) legis. Cessat (*p*) Juge Sacrificium. Urbs fissa. Epistemon cremat librum legis. Ponit statuam in Templo.
	יח	א	18	1	
	יט	ב	19	2	
	כ	ג	20	3	
	כא	ד	21	4	
	כב	ה	22	5	
	כג	ו	23	6	
	כד	ז	24	7	
	כה	א	25	1	
	כו	ב	26	2	
	כז	ג	27	3	
	כח	ד	28	4	
	כט	ה	29	5	
	ל	ו	30	6	

אב חסר ה׳
Ab Cavus V.

*	א	ז	1	7	צום *Jejunium*. Moritur (*q*) Aaron Pontifex.
	ב	א	2	1	
	ג	ב	3	2	
	ד	ג	4	3	
	ה	ד	5	4	
	ו	ה	6	5	
	ז	ו	7	6	
	ח	ז	8	7	
*	ט	א	9	1	צום *Jejunium*. Decretum contra (*r*) eos, quibus negatus est in Terram Sanctam ingressus. Desolatio Templi (*s*) utriusque.
	י	ב	10	2	
	יא	ג	11	3	
	יב	ד	12	4	
	יג	ה	13	5	
	יד	ו	14	6	
	טו	ז	15	7	
	טז	א	16	1	
	יז	ב	17	2	
*	יח	ג	18	3	צום *Jejunium*. Extincta est lucerna vespertina in diebus Ahaz.
	יט	ד	19	4	
	כ	ה	20	5	
	כא	ו	21	6	
	כב	ז	22	7	
*	כג	א	23	1	קרבן העצים *Xylophoria* (*t*).
	כד	ב	24	2	
	כה	ג	25	3	
	כו	ד	26	4	
	כז	ה	27	5	
	כח	ו	28	6	
	כט	ז	29	7	

אלול מלא ו׳
Elul Plenus VI.

	א	א	1	1	
	ב	ב	2	2	
	ג	ג	3	3	
	ד	ד	4	4	
	ה	ה	5	5	
	ו	ו	6	6	
	ז	ז	7	7	
	ח	א	8	1	
	ט	ב	9	2	
	י	ג	10	3	
	יא	ד	11	4	
	יב	ה	12	5	
	יג	ו	13	6	
	יד	ז	14	7	
	טו	א	15	1	
	טז	ב	16	2	
*	יז	ג	17	3	צום *Jejunium*. Moriuntur exploratores (*u*) qui Terram promissionis diffamaverant.
	יח	ד	18	4	
	יט	ה	19	5	
	כ	ו	20	6	
	כא	ז	21	7	
	כב	א	22	1	
	כג	ב	23	2	
	כד	ג	24	3	
	כה	ד	25	4	
	כו	ה	26	5	
	כז	ו	27	6	
	כח	ז	28	7	
	כט	א	29	1	
	ל	ב	30	2	

	תשרי חסר ז׳ Tisri Cavus VII.						מרחשון מלא ח׳ Marchesvan Plenus VIII.				
*	א	ג	1	3	שבתון זכרון תרועה *Sabbatum* [*x*] *Memoriale Clangoris*, Tubarum scilicet.		א	ד	1	4	
	ב	ד	2	4			ב	ה	2	5	
*	ג	ה	3	5	צום *Jejunium*; ob Godoliam [*y*] occisum.		ג	ו	3	6	
	ד	ו	4	6			ד	ז	4	7	
*	ה	ז	5	7	צום *Jejunium*. Moriuntur 20. Israelitæ.		ה	א	5	1	
	ו	א	6	1			ו	ב	6	2	
*	ז	ב	7	2	צום *Jejunium*. Decretum in eos, qui Vitulum aureum fabricarent.	*	ז	ג	7	3	צום *Jejunium*. Excæcatur Sedekias [*dd*], & filii ejus coram ipso jugulantur.
	ח	ג	8	3			ח	ד	8	4	
	ט	ד	9	4			ט	ה	9	5	
*	י	ה	10	5	יום הכיפורים *Dies Expiationum*. [*z*] seu Reconciliationum, ille magnus.		י	ו	10	6	
	יא	ו	11	6			יא	ז	11	7	
	יב	ז	12	7			יב	א	12	1	
	יג	א	13	1			יג	ב	13	2	
	יד	ב	14	2			יד	ג	14	3	
*	טו	ג	15	3	חג הסוכות *Festum* [*aa*] *Tabernaculorum*, seu Scenopegia.		טו	ד	15	4	
*	יו	ד	16	4			יו	ה	16	5	
*	יז	ה	17	5			יז	ו	17	6	
*	יח	ו	18	6			יח	ז	18	7	
*	יט	ז	19	7			יט	א	19	1	
*	כ	א	20	1			כ	ב	20	2	
*	כא	ב	21	2	הושענה רבא Hosanna Rabba.		כא	ג	21	3	
*	כב	ג	22	3	עצרת (*bb*), seu octava Scen.		כב	ד	22	4	
*	כג	ד	23	4	שמחת תורה *Festivitas legis*, [*cc*] seu Gaudium ob legem acceptam.		כג	ה	23	5	
	כד	ה	24	5			כד	ו	24	6	
	כה	ו	25	6			כה	ז	25	7	
	כו	ז	26	7			כו	א	26	1	
	כז	א	27	1			כז	ב	27	2	
	כח	ב	28	2			כח	ג	28	3	
	כט	ג	29	3			כט	ד	29	4	
							ל	ה	30	5	

כסליו חסר ט Casleu Cavus IX.				
א	ו	1	6	
ב	ז	2	7	
ג	א	3	1	
ד	ב	4	2	
ה	ג	5	3	
ו	ד	6	4	
ז	ה	7	5	
ח	ו	8	6	
ט	ז	9	7	
י	א	10	1	
יא	ב	11	2	
יב	ג	12	3	
יג	ד	13	4	
יד	ה	14	5	
טו	ו	15	6	
יו	ז	16	7	
יז	א	17	1	
יח	ב	18	2	
יט	ג	19	3	
כ	ד	20	4	
כא	ה	21	5	
כב	ו	22	6	
כג	ז	23	7	
כד	א	24	1	
* כה	ב	25	2	חנוכה *Encænia*; post altare [ee] ab Antiocho inquinatum; per octiduum.
* כו	ג	26	3	
* כז	ד	27	4	
* כח	ה	28	5	צום *Jejunium*. Joakim combussit volumen a Barucho scriptum [ff] dictante Jeremia.
* כט	ו	29	6	

טבת מלא י' Tebeth Plenus X.				
* א	ז	1	7	
* ב	א	2	1	
* ג	ב	3	2	
ד	ג	4	3	
ה	ד	5	4	
ו	ה	6	5	
ז	ו	7	6	
* ח	ז	8	7	צום *Jejunium*. Obscriptam legem Græce, diebus Ptolomæi legis.
* ט	א	9	1	צום *Jejunium*.
* י	ב	10	2	צום *Jejunium*. Obsidetur Jerusalem a Rege Babylonis.
יא	ג	11	3	
יב	ד	12	4	
יג	ה	13	5	
יד	ו	14	6	
טו	ז	15	7	
יו	א	16	1	
יז	ב	17	2	
יח	ג	18	3	
יט	ד	19	4	
כ	ה	20	5	
כא	ו	21	6	
כב	ז	22	7	
כג	א	23	1	
כד	ב	24	2	
כה	ג	25	3	
כו	ד	26	4	
כז	ה	27	5	
כח	ו	28	6	
כט	ז	29	7	
ל	א	30	1	

	שבט חסר יא׳ Sebat Cavus XI.				
	א	ב	1	2	
	ב	ג	2	3	
	ג	ד	3	4	
	ד	ה	4	5	
*	ה	ו	5	6	צום *Jejunium*. Moriuntur (*gg*) seniores Josuæ coævi.
	ו	ז	6	7	
	ז	א	7	1	
	ח	ב	8	2	
	ט	ג	9	3	
	י	ד	10	4	
	יא	ה	11	5	
	יב	ו	12	6	
	יג	ז	13	7	
	יד	א	14	1	
	טו	ב	15	2	
	יו	ג	16	3	
	יז	ד	17	4	
	יח	ה	18	5	
	יט	ו	19	6	
	כ	ז	20	7	
	כא	א	21	1	
	כב	ב	22	2	
*	כג	ג	23	3	צום *Jejunium*. Congregati sunt (*hh*) Israelitæ contra Benjamin, propter pellicem & Idolum Micha.
	כד	ד	24	4	
	כה	ה	25	5	
	כו	ו	26	6	
	כז	ז	27	7	
	כח	א	28	1	
	כט	ב	29	2	

	אדר מלא יב׳ Adar Plenus II.				
	א	ג	1	3	
	ב	ד	2	4	
	ג	ה	3	5	
	ד	ו	4	6	
*	ה	ז	5	7	צום *Jejunium*. Moritur (*ii*) Moses.
	ו	א	6	1	
	ז	ב	7	2	
	ח	ג	8	3	
*	ט	ד	9	4	צום *Jejunium*. Scholæ Sammai & & Hillel inter se contendere cœperunt.
	י	ה	10	5	
	יא	ו	11	6	
	יב	ז	12	7	
*	יג	א	13	1	יום ניקנור *Dies Nicanoris* (*kk*)
*	יד	ב	14	2	פורים Festum Sortium (*ll*).
	טו	ג	15	3	
	יו	ד	16	4	
	יז	ה	17	5	
	יח	ו	18	6	
	יט	ז	19	7	
	כ	א	20	1	
	כא	ב	21	2	
	כב	ג	22	3	
	כג	ד	23	4	
	כד	ה	24	5	
	כה	ו	25	6	
	כו	ז	26	7	
	כז	א	27	1	
	כח	ב	28	2	
	כט	ג	29	3	
	ל	ד	30	4	

(a) *Mai-*

(a) *Maimonides hal.* Thainijoth *cap.* 1. §. 5. *&c.*
(b) *Luc.* 18. 12.
(c) *Levit.* 23. 15.
(d) *Verſ.* 11.
(e) *Levit.* 10. 1. *Num.* 3. 4.
(f) *Num.* 20. 1.
(g) *Exod.* 12. *&* *Levit.* 23.
(h) *Levit.* 23.
(i) *Joſ.* 24. 29. *&* *Jud.* 2. 8.
(k) 1. *Sam.* 4. 11.
(l) 1. *Sam.* 25. 1. *&* 28. 3.
(m) *Levit.* 23. 15.
(n) 1. *Reg* 12. 27. *&c.*
(o) *Exod.* 32. 19.
(p) *Vide* Machzor *Magnum Venetiis part.* 1. *fol.* 94. (*b*) *&* 95. (*b*)
(q) *Num.* 33. 38.
(r) *Num.* 14. 23. *Sed vide Euſeb. Chron. Num.* 2150. *& ibi Joſ. Scaligerum, & Canon. Iſag. lib.* 3. *pag.* 219.
(ſ) 2. *Reg.* 25. 8. *Joſephus, &c.*
(t) *Vide Nehemiam cap.* 10. 34. *&* 13. 31. *Joſephum Haloſeos lib.* 2. *Joſeph. Scaligerum de Emendat. Temp. lib.* 7. *pag.* 609.
(u) *Num.* 14. 36. *&c.*
(x) *Levit.* 23. 24. *Num.* 29. 1.
(y) 2. *Reg.* 25. 25. *Jer.* 41. 2.
(z) *Levit.* 23. 27.
(aa) *Ibid.* 34.
(bb) *Ibid.* 26.
(cc) *Vide Joſ. Scal. lib.* 7. *de Emendat. Temp. pag.* 607.
(dd) *Regum* 25. 7. *Jerem.* 52. 10.
(ee) 1. *Maccab.* 4. 52. 2. *Maccab.* 2. *& vide Maimonidem hal.* chanoke *cap.* 1. §. 3.
(ff) *Jerem.* 36. 23.
(gg) *Judic.* 2. 10.
(hh) *Judic.* 18. *&* 20.
(ii) *Deut.* 34. 5.
(kk) 2. *Maccab.* 15. 37.
(ll) *Eſther* 9. 27.

CAPUT VIII.

Variatio *annua* Feſtorum *celebriorum in* Septennio *ſuperius exhibito, unde pariter dignoſci poſſit* Jejuniorum *variatio ſimilis, incertiſſimaque. Et de* Jejuniis, *aliiſque aliquot in* Calendario *ſupra memoratis, Monita.*

CAlendaria quidem Judaica habes non ſolum apud Rabbinos ipſos (veluti Abraham Zahalon in *Sepher* יד הרוצים, ſeu *Manu*, *aut Inſtrumento ſedulorum*, in Canonibus Rabbi Naheſchon, & in *Machzorim*, & *Mabaril*, ſeu Ritualibus gentis annalibus: quæ proſtant) ſed etiam apud Sebaſtianum Munſterum, Paulum Middleburgenſem, Carolum Sigonium, Gilbertum Genebrardum, Joſephum Scaligerum, Sethum Calviſium, Dionyſium Petavium, Nicolaum Mulerium, alios. Et Feſta, etiam Solennitates, & Jejunia, eadem ipſa juxta Talmudicos in eis habentur, qua in noſtro. Verum aptantur illa Cyclo Judaico recentiori illi novemdecennali) de cujus initio mox plura) in quo menſes ſunt perpetuo alternatim pleni, & cavi, & anni ſeptem, nempe, 3, 6, 8, 11, 14, 17, & 19, nunquam non intercalares. Sed Cyclus ille ad veterem Eccleſiam, ſeu rempublicam Judæorum non attinet. Uti nec translationes feriarum, ac feſtorum, quibus in ejuſdem ratione recentiores utuntur. Qualecunque autem Jejuniorum in veteri illa Eccleſia, ſive temperamentum, ſive translatio ex more accederet, quoties dies menſtrui eis aſſignati in Sabbatum aut feſtum aliud inciderent, id ſatis quidem veteribus dignoſci potuit ex indicatis in Calendario noſtro. Feſta quæ in eo habentur celebriora, atque adjunctæ Solennitates ex lege ſacra ſunt. Alia item ex majorum inſtitutis, uti & Jejuniorum pleraque. Quod ad feſta illa celebriora attinet; manifeſtum eſt loca eorum annalia perquam diverſimode in annis Julianis, ſeu certa temporis revolutione variaſſe, & vagari ſolere. Verbi gratia, anni, ut in exemplo ſuperius (*a*) allato, Septennii quod finximus primi (cui & Calendarium heic aptatum eſt) Neomenia Niſan erat 23 Martii; ergo erat Paſcha primum, ſeu 14 Niſan, (nempe immolationis tempus) 5 Aprilis; Paſcha ſecundum, ſeu minus, id eſt 14 Ijar, 4 Maii; Pentecoſte Talmudicorum ſeu *6* Sivan, Maii *26*; Dies Expiationum, ſeu 10 Tiſri, 25 Septembris; Scenopegia, ſeu 15 Tiſri, 30 Septembris. At cum Neomenia Niſan anni in eodem Septennio ſecundi, ſeu proxime ſequentis ſit Martii dies 12 Paſcha, ſeu 14 Niſan reſpondet diei 25 Martii. Et reliqua totius Septennii illius aliter, atque aliter ſe habuere juxta tabellam ſtatim adjectam.

Feſta

Festa celebriora Septennii superioris.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
Pascha primum Nisan 14.	April. 5	Mart. 25	April. 12	April. 1	Mart. 24	April. 11	April. 29
Pascha secundum Ijar 14.	Maii 4	April. 23	Maii 11	April. 30	April. 22	Maii 10	Maii 28
Pentecoste Talmud. Sivan 6.	Maii 26	Maii 15	Jun. 2	Maii 22	Maii 14	Junii 1	Junii 19
Dies expiationum Tisri 10.	Sept. 25	Sept. 14	Oct. 2	Sept. 21	Sept. 13	Oct. 1	Oct. 19
Scenopegia Tisri 15.	Sept. 30	Sept. 19	Oct. 7	Sept. 26	Sept. 18	Oct. 6	Oct. 24

Atque ut Festa hæc, lege sacra instituta cum Solennitatibus conjunctis, pro anni diversitate, mensiumque qualitate, quam prænoscere nemo quibat, in annorum certa aliqua ratione adeo incerto vagabantur, sic item Festa reliqua, ac Jejunia; quod nemo non videt aliter fieri nequivisse; utcunque in dierum gentis menstruorum numeris, Loca eadem, seu Dies constanter (modo Pentecosten, causa jam ostensa, excipias) quotannis retinerent. Et quale de ficto Septennio hoc ostenditur, dicendum est pariter de annis apud veteres Judæos omnimodis, quorum ne unum quidem in menses, seu partes suas rite distributum ullibi reperimus. In Jejuniis autem ex majorum institutis superinductis maxime eminent (quod obiter liceat adnotare) quatuor illa quæ assignantur diei 17 Tamuz mensis quarti, 9 Ab mensis quinti, 3 Tisri mensis septimi, & 10 Tebeth mensis decimi. Atque hæc ipsa esse volunt Magistri (*b*) (uti & Patres Christiani ab illis edocti) quæ Zachariæ Prophetæ (*c*) nuncupantur *Jejunium quarti, & Jejunium quinti, Jejunium septimi, & Jejunium decimi*. Etiam in commentario veteri quod ὑπομνηςικὸν appellatur Ιωσήππȣ *Josephi* (codice nimirum a Theodoro Cantuariensi antistite ante annos amplius septingentos (*e*) in Angliam cum Græcis aliis, ut existimatum est, allato, cujus capita pleraque recensiones sunt numerorum, personarum, ac rerum sibi invicem congenerum cum apud Judæos tum apud Græcos) capitis 127. lemma est ποίας νηςείας Ιȣδαῖοι νηςεύȣσι. *Qualia apud Judæos in usu Jejunia*; & dein sequitur, Νομιμὸν μὲν ἓν νηςείαν τὴν ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ δεκάτη τȣ̃ μηνὸς νηςεύειν παρειλήφασιν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι δ' αὐτοῖς παρειλημμέναι νηςεῖαι καὶ παρὰ τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ μνημονευόμεναι περὶ ὧν φησὶ, νηςεία ἡ τετάρτη καὶ νηςεία ἡ πέμπτη, καὶ νηςεία ἡ ἑβδόμη, καὶ νηςεία ἡ δεκάτη ἔςαι τῷ οἴκῳ Ιȣ́δα εἰς χαρὰν καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ εἰς ἑορτάς· καὶ ἡ μὲν τȣ̃ τετάρτȣ μηνὸς νηςεία ἐςὶν ἐν ᾧ μηνὶ ἡ πόλις ὑπὸ τȣ̃ Ναβȣχοδονόσορ ἐῤῥάγη, ἡ δὲ τȣ̃ πέμπτȣ ἐν ᾧ ἐνεπρήσθη ὁ ναός. Εβδόμȣ δὲ ἐν ᾧ ὁ Γοδολίας ἀνῃρέθη ὑπὸ Ισμαήλȣ. καὶ δεκάτȣ καθ' ὃν μῆνα τοῖς ȣ̃σιν ἐν Βαβυλῶνι ἀπηγγέλθη τὰ γενόμενα ἐν Ιερȣσαλὴμ ἅπαντα κακά. *Ex lege acceperunt Jejunium mensis septimi die decimo observandum. Sunt etiam alia Quatuor eis recepta, eaque a Zacharia Propheta memorata, ubi ait Jejunium quartum, & Jejunium quintum, & Jejunium septimum, & Jejunium decimum erit domui Judæ in gaudium, & lætitiam, & dies festos. Quarti vero mensis Jejunium est in mense illo, quo Urbs a Nebuchodonosor est vastata. Quinti, in mense, quo conflagravit Templum. Septimi, in quo Godolias trucidatus est ab Ismaele. Et Decimi in mense, quo Judæis Babyloniensibus nuntiata sunt mala universa, quæ Hierosolymis acciderunt*. Sic Josippus, seu Josephus ille. Dies Obitus Mosis, Mariæ (*f*), aliorum adjiciuntur neutiquam quidem in sacro sermone memorati. Verum scimus apud Orientales ejusmodi quamplurima alia reperiri velut ex avorum sententiis receptissimis. Quod maxime liquet ex Annalibus MSS. Eutychii Patriarchæ Alexandrini, qui etiam veterum Patriarcharum, ab ipso Ada dies e monimentis in Oriente antiquitus pro fide dignis habitis exhibet emortuales. De Ada ille, وصات لدم يوم الجمعه ي لربعة عشر ليله من الهلال ي ستة ايام من ليسان وهو بر صوده ي تسع ساعات من يوم الجمعه وهي الساعة التي لخرج فيها من الفر دوس

Et obiit Adam die Veneris, seu *feria sexta, Luna decimaquarta, qui sextus erat dies Nisan, qui respondet* τῇ *Barmuda*,

muda, seu Pharmuthi (mensi nempe octavo Ægyptiaco, in fixo eorum anno incipiente die Martii 27) *hora nona feriæ sextæ, quæ eadem ipsa erat hora qua pulsus est e Paradiso*. Similiter Sethum ait mortuum fuisse anno vigesimo ætatis Enochi (quem اخنوخ *Achanoch* nuncupat) يوم الثلثا في تسع ساعات من النهار في سبعة وعشرون يوما من اب وهو مسري *Feria 3, hora 9 diei 27 Ab qui respondet Musri*, seu Mesori Ægyptiorum, cujus initium in anno eorum fixo 25 Julii. Dein, & Enochum tradit obiisse anno ætatis Methusalæ 53, في يوم السبت عند مغيب الشمس لثلاث ايام خلت من تشرين الاول وهو بابه *die Sabbati, post occasum solis, die 3 Tisrin, prioris, qui respondet mensi Baba*, seu Paophi Ægyptiorum, qui incipit 28 Septembris. Alia habet Eutychius id genus non pauca de seculis illis vetustissimis. Et de Christi die Natali, quod obiter etiam notare liceat, ولد سيدنا المسيح في خمسة وعشرون يوم من كانون الاول وفي تسعة وعشرون يوم من كيهك *Natus est Dominus noster Christus die 25 Canun prioris, & die 29 Choiac mensis*; id est plane 25 die Decembris Juliani. Dies enim primus Choiac mensis quarti Ægyptiorum in anno fixo incipit 27. Novembris. Certe in Chronico Alexandrino (& Alexandrinus erat Patriarcha Eutychius) legimus, Christum natum χυάκ κε *Chuiac* 25, quod diebus pauculis anticipat tempus Eutychianum. Nonne potius legendum ibi χυάκ κθ *Chuiac 29*, ut in Eutychio? Sed Patribus Christianis receptum est, Traditionem hanc de 25 die Decembris (eo scilicet die natum esse Christum) ex Occidente in Orientem primo manasse, ea de re consulas imprimis Chrysostomum (*g*), præter Chronologos ea de nuperos, & satis obvios. Nisan autem, Ab, & Tisrin uti & Canun heic sunt menses Syromacedonici. Haud igitur mirum est, apud Judæos traditiones de diebus majorum suorum emortualibus ita invaluisse. De eo vero quod adjicitur diei 8 Tebeth mensis, jejunium scilicet quotannis tunc habendum ob legem Græce olim versam; præter Josephum Scaligerum (*h*), videsis Joannem Morinum (*i*), & Joannem Eusebium (*k*).

(a) *Cap. 6.*
(b) *Maimonides hal.* Thainiioth *cap. 5. §. 4.*
(c) *Cap. 8. 19. & vide ibi S. Hieronymum.*
(d) *Ms. in Bibliotheca Colleg. Benedict. Cantabrigiæ.*
(e) *Antiquit. Eccles. Britannica in Theodoro.*
(f) *De his consulas Samuel. Petitum in Eclog. Chronolog. lib. 1. cap. 10. & 19. & lib. nostrum 1. de successione in Pontificatum Ebræorum cap. 1.*
(g) *Tom. 2. Edit. Basil. homil. 39. Edit Saviliana Tom. 5. pag. 513.*
(h) *In Eusebianis, ad num. 1734. & Canon. Isagog. lib. 3. p. 216.*
(i) *Excerc. Biblic. 8. cap. 3.*
(k) *De Origine sacræ Scripturæ lib. 12. c. 3. & 4.*

CAPUT IX.

Edictorum, seu Epistolarum *Intercalarium*, quibus *Adare* secundo, seu mense adjectitio annus jussu *Synedrii magni* augendus erat, specimen, seu formula Talmudica. Et de *Paschate* Mensis secundi, sub *Ezechia* Rege.

ANno labente, & plerunque sub finem ejus, mos erat Synedrii Magni collegis, decreto publico intercalationem, ubi opus erat futuram statuere. Neque omnino ante initium hoc rite satis fieri potuit. Imo ajunt (*a*) אין מעברין השנה לפני ראש השנה ואם עברהו אין מעוברת *non intercalabant annum ante initium anni, quod si faciebant, intercalatio illa plane irrita habebatur*. Edicto per tribuum tractus, ac urbes Terræ sanctæ, uti & alia etiam loca extera ubi Ebræorum pars aliqua insignior, seu διασπορὰ esset, misso, rem significabant Synedri; adjecta item intercalationis causa. Breviusculam memorat edicti hujusmodi formulam על לשון הנשיא *nomine principis Synedrii* conscribi solitam Moses Maimonides; יודע לכם שהסכמתי אני וחבריי והוספו על שנה זו כך וכך *vobis innotescat me, sociosque meos*, seu *colegas meos*, aut *nos Synedros* consensisse ut *adjiciatur huic anno* (jam labenti) *tantum, vel tantum*, id est, sive cavum mensem integrum, sive plenum, seu Adar ejusmodi secundum. Formula item habetur in utraque Gemara (*b*) verbis non ita multum discrepantibus. לאחנא בני גלותא דבבל בני גלותא דמדי בני גלותא דיון ושאר כל גלותא דישראל שלמכון יסגא מודענא לכון דאימריא רביבין וגוזליא רקיקין וזימנא דאביבאלא מטא ושפר מילתא באפיי ובאנפוי חבריי מוספא על שתא דא תלתין יומין *Fratribus nostris, filiis deportationis Babylonicæ*, seu *qui in Babylonia peregrinantur, iis etiam qui in Media sunt, & in Græcia, cæterisque universis Israelitis ubicunque peregre agentibus, pacem vobis multam*, seu *salutem plurimam. Notum sit vobis quod cum agni*

agni sint adhuc teneri , *& pulli* (columbarum) *graciles* (usibus sacris nimium adhuc impares) *& temqus Abib*, seu *frugum maturescentium nondum ita prope sit* , *visum est mihi*, *& collegis meis adjicere huic anno dies triginta*. Sic legitur in Gemara Hierosolymitana. Tam in hac autem, quam in Babylonia tribuitur hoc edictum Gamalieli Synedrii magni Principi (*d*) Rabban Simeonis filio, atque ut non immerito existimatum est , Pauli Apostoli (*dd*) præceptori. Commemorat quidem edictum hoc, vir summus Josephus Scaliger (*e*) paulo ante ad hunc modum præfatus. *Ab ultima*, inquit, *antiquitae Consistorium Judicum Hierosolymitanum ex libro* τῆς ψηφοφορίας σεληνιακῆς ; *de quo paulo ante egimus quotannis in Galilæam formam anni proxime imminentis mittebant*, *item in alias regiones finium Israel*; *quod & hodie a Sammaritanis fieri in eorum computo demonstravimus*. *Ejusmodi Epistolam Pontificis Maximi*, *& Consistorii ad Galilæos subjecimus*. Dein subjicit formulam edicti a Synedrio etiam emissi (*e*) de indicando tempore τȣ̃ ביעור quod vertens ille *Excussuram*, & *trituræ* voce explicans, non dubitat quin edictum ipsum sit anni Communis præmonitio , quam & sic fieri ait *eleganter* . Et demum pro anni proxime imminentis intercalationis indictione edictum supra allatum sumit; quasi tam annum Communem fore , edicto Synedrii prædici fuisset solitum (ex eo quod fruges jam maturescentes etiam trituræ ferme idoneæ essent) quam fore aliquem Intercalarem . Sed hæc non sine hallucinatione , nec unica . Nam quod attinet ad formulam illam de ביעור adeo, nec sine typographi , aut amanuensis ejus incuria nimia, ibi memoratam, id certum est, vocabulum illud a בער factum esse , quod *removere* , *auferre*, aut *abolere* denotat , nec eam ad anni calculum omnino spectare , sed solummodo ad tempus postremum quo abolendi, auferendi , exponendi erant ab agricolis , & colonis omnimodi fructus , id est solvendi , aut pollucendi, (*f*) idque maxime juxta legem (g) sacram ubi legitur בערתי הקדש מן הבית וגו' *removi* , *quod sanctum est de domo* , *tradidique ipsum Levitis peregrinis &c.* Quod ad annum decimandi tertium pertnet . Atque ex בערתי illo ibi usurpato fit ביעור in edictis illis memoratum , nec cum qualitate anni quid omnino habet commune. Quin & quod ait de anni proxime imminentis intercalatione error est manifestus. Nunquam intercalandus erat annus proxime imminens , sed solummodo præsens, seu labens . Error item est non levis quod habet de libro τῆς ψηφοφορίας σεληνιακῆς, seu computi Lunaris ante ibi indicato . Nam perperam sumit Figuras Lunares variatim secundum inclinationis , aut illuminationis discrimen depictas , quas צורות לבנה vocant Talmudici veteres , pro Calculi libro seu Tabulis. Qua de re nos alibi (*b*) Et demum quod de Pontifice Maximo adjicit, quasi non sine ejus nomine edicta seu epistolæ intercalares emitti solerent; apertissime constat Rabban Gamalielem, qui Princeps erat Synedrii , nec omnino Pontifex , & dictasse , & emisisse edictum illud intercalare , nec Pontifici heic jus aliquod a Talmudicis quidem, ut mox dicetur, permissum , sed omnino , ut judici hac de re nimis impari, negatum . Controversia autem est aliqua utrum edictum illud de Paschate (*i*) celebrando mense (*k*) secundo sub Ezechia rege , ad Intercalationem etiam anni attineret . Et plerunque quidem attinere recipitur , uti etiam ad Synedrii heic potestatem. Dicitur enim ויועץ המלך וגו' id est, *& iniit rex consilium cum principibus suis*, *atque universo cœtu Hierosolymis ut facerent Pascha in Mense secundo*, seu ut Vulgata , *decreverunt ut facerent Pascha in Mense secundo* . Id quod complures non accipiunt perinde ac si mense Ijar contra institutum Numinis , qui in mensium ordine est secundus , Pascha primum (nam non ut secundum (*l*) heic agitur) fuisset deleberandum. Sed quoniam ante dies Nisan decimus sextus (*m*) dum in Templi sacrorumque instauratione occuparentur , adeoque legitimum in anni communis ratione Paschatis tempus præterierat , ideo ne non omnino eo in anno celebraretur, ajunt annum sic adjecto tunc mense intercalatum , ut mensis hic secundus dictus fieret saltem alter Nisan, priori velut pro Adare secundo habito . Qua tamen de re loquuntur fere Magistri ut de eo , quod לפי שעה *pro temporis necessitate* factum est nec moribus avitis consonum. Nam neque rite intercalatione adjiciendus erat mensis alius præter ipsum Adar secundum , qui item ante finitum Adar primum erat adjiciendus. Quod heic non observatum. Et ubi hac de re loquuntur Talmudici dicere solent . Ezechias Rex עבור ניסן בניסן *intercalavit Nisan in Nisan*, id est, Nisan alterum fecit & in mensis

ſis ſecundi locum protruſit. Addunt autem ולא הודו לו *rem fuiſſe* (poſteritati) *improbatam*, quod ipſum, & de aliis aliquot ab illo geſtis loquuntur, Nec defuere (*o*) qui Intercalaris rationis initia ei tribuerent. Sed id Talmudicis acceptum non comperio, ſed potius plane rejectum. Jam vero ex oſtenſis liquet, ita citra ultraque vagari ſolitum Niſan menſem, ſeu Anni Civilis primum, ut non ſolum, tam Aprilem, quam Martium, verum etiam Majum Julianum ſubinde occuparet. Neomeniam autem ejus die undecimo Martii, juxta jam admiſſa, uunquam fuiſſe citeriorem.

(a) *Gem. Hieroſolym. ad tit.* Nedarim, *cap.* 7. *ſol.* 40. *col.* 1. *Babylon. tit.* Sanhedrin. *cap.* 1. *fol.* 12. a, *alij*.
(b) *Babylon. ad tit.* Sanhedrin, *cap.* 1. *fol.* 11.
(c) *Hieroſolymit. ibid. fol.* 18. *col.* 4.
(d) Sepher Juchaſin, *fol.* 53. & 54. *fol.* & *R. Gedalia in* Schalſcheleth, *fol.* 27. a.
(e) *Act. Apoſt.* 22. 3. *vide Buxtorſ. Biblioth. Rabbinic. lit.* ר.
(f) *Canon. Iſagic. lib.* 3. *p.* 278.
(g) *Habetur in Gemar. Hieroſolym. ad tit.* Sanhedrin, *cap.* 1. *fol.* 18. *col.* 4. & *Babylon. ad tit. eundem ſol.* 11. (h) *uti* & *in Gem. Hieroſolym. ad tit.* Maigsher Sheni, *cap.* 5. *fol.* 56. *col.* 3. §. 6.
(i) *Gloſſ. ad Talm. Bab. tit.* Sanhedrin. *pag.* 11.
(k) *Miſnæ* & *Gemaræ ad tit.* Maigsher sheni, *cap.* 5. & *tit.* Shebiith *cap.* 7. & *Maimonides halach.* Maighsher sheni, *c.* 11. *Moſes Mikotzi præc. affirmat.* 138. *Adde Jo. Cochium in tit.* Sanhedrin, *c.* 1. *pag.* 8.
(l) *Deut.* 26. 12.
(m) *Lib.* (n) *de Jure Nat.* & *Gent. cap.* 5. *pag.* 205.
(o) *d. Paralip.* 30. 2.
(p) *Vide Gemar. Hieroſolym. ad tit.* Peſachim *cap.* 9. *fol.* 36. *col.* 3. & 4. *ad tit.* Nedarim *cap.* 7. *fol.* 40. *col.* 1. *ad* Sanhedrin, *cap.* 1. *fol.* 18. *col.* 4. *halac.* 2. *Babylon. ibid. fol.* 12. (q) & *D. Kimchi ad cit. locum. Paralip.* & *Aben Ezra ad Exod.* 12.
(r) *Num.* 9. 11.
(ſ) *Ibid. cap.* 29. *comm.* 17.
(t) *Vide Gilb. Genebrard. Chronolog. lib.* 1. *anno M.* 3440.

CAPUT X.

Talmudicorum, & Scripturariorum *Sententiæ diſcrepantes de* Locis, *ac* Seculis *ad*, *quæ vetus ille Menſium*, & *Annorum calculus attinuerit*.

IN Menſium Legalium, annique veteris incerta illa, quæ hactenus demonſtratur, ratione partim concordes eſſe, partim diſcrepare invicem Talmudicos, ac Scripturarios ex ante oſtenſis liquet. Sed vero ſunt etiam alia aliquot, nec ſane momenti levis, huc ſpectantia, in quibus impenſius ſunt diſcordes. Ea fere cernuntur, aut in Locis ac Seculis, ad quæ calculus ejuſmodi attinuerit, aut in Perſonis quæ, ſive menſibus, ſive annis intercalandis adeoque phaſibus decernendis, promulgandiſque præfuerint, aut in Legitimo decernendi Modo. Talmudici in ipſo phaſis, intercalationis ejuſmodi decernendæ actu, Loci nullius rationem habent heic ullam præter Terram ſanctam. Ibi ſcilicet, nec alibi neceſſario phaſes ſic obſervandas, juxtaque eas menſes conſtituendos, intercalareſque annos faciendos. Ita tamen ut juxta anni, menſiumque ibi diſpoſitionem qualis ante ex ipſis deſcribitur, Judæi veteres ubicunque terrarum agentes, ſeu diſperſi Neomonias, feſta, jejunia, alia ad anni rationem attinentia ſervarent; quibus nec fas exiſtimatum ex phaſibus alibi habitis quid ſibi hac in re ſtatuere. Sed vero hoc duntaxat obtinuit quamdiu Synedrium Magnum in Terra ſancta haberetur, cujus autoritate (ut mox dicetur) phaſes, ac intercalationes more ſolenni ajunt fuiſſe decernendas. Simulac autem præteriere ſecula illa quibus ullatenus floruit ibi aut non plane emortuum eſt Synedrium illud, nec in Terra ſancta, nec alibi rite locum habuiſſe annalem ejuſmodi ſupputationem. Unde eſt quod aliud inde putandi genus adhibuerint (de quo plura inferius) idque cyclicum nec ita incertum, & nefas eſſe ajunt annos intercalare extra Terram ſanctam, id eſt ad morem, ſeu formulam aliam quam ibi indicatam eos intercalare, qua de re item mox plura. Maimonides (*a*) ex veterum mente כל שאמרנו מקביעות ראש חרש על הראייה ועבור השנה מפני הזמן או מפני הצורך אין עושין אותו אלא סנהדרין שבארץ ישראל או בית דין הסמוכין לארץ ישראל שנתנו להן הסנהדרין רשות שכך נאמר למשה ולאהרן החדש הזה לכם ראש חדשים ומפי השמועה למדו איש מאיש ממשה רבינו שכך הוא פירוש הדבר עדות זו תהיה מסורה לכם וכל העומד אחריכם במקומכם אבל בזמן שאין שם סנהדרין בארץ ישראל אין קובעין חדשים ואין מעברין שנים אלא בחשבון זה שאנו מחשבין בו היום ודבר זה הלכה למשה מסיני וגו׳ *Quicquid diximus de figendis neomeniis ex ratione phaſis*, *aut de annis intercalandis ex Tempeſtatis*, *aliuſve rei neceſſariæ ratione*, *id univerſum faciendum erat tantum a Synedrio* (Magno) *quod in Terra Iſraelis locum habuit*, *aut a judicibus manuum impoſitione ordinatis Terræ Iſraelis quibus poteſtatem in hanc rem dederit Synedrium. Quoniam* & *ſic dicitur Moſi*, & *Abaroni*: Menſis hic erit vobis principium menſium: *quo innuitur* (*didicimus a majori-*

joribus qui per manus avitas traditiones nobis reliquere) hoc traditum vobis, & unicuique vestrum posterorum qui locum vestrum occupabunt. Sed vero quando non est Synedrium in Terra Israelis, non figendæ sunt neomeniæ, aut anni intercalandi aliter atque calculis, quo hodie utimur, admittit: Atque hoc sane traditio est Mosaica e monte Sinai &c. Sic Talmudici. At vero Scripturarii ita sunt heic, cum de Locis tum de Seculis discordes, ut in terra Sancta perpetuo hodieque juxta phases Lunares, velint a suis Menses adeoque tempus Annuum, Festa, ac Jejunia digeri, atque mensem primum juxta tempus ibi frugum maturescentium (*b*) constitui, sibique intercalationes fieri. Extra vero Terram illam, id nec necessario fieri, nec adeo commode fieri posse. Quod si possit, non cum Talmudicis damnant. Quin & ait ex sectæ suæ disciplina Eliah (*c*) noster, לא מצאנו בכתוב שיסגיל זאת המצוה בארץ ישראל אמנם זאת המצוה היתה מימים קדומים מזמן נח ואברהם אבינו עליו השלום לקדש הירח לפי מקום ומקום *Nullibi reperimus in Scriptura præceptum hoc* (de sanctificandis Neomeniis) *peculiare fuisse Terræ Israeliticæ. Sed vero manavit a seculis vetustissimis adeoque a tempore Noachi, & Abrahæ Patris nostri (quibus pax) mos ille sanctificandi Lunam quocunque locorum.* Sed & de Utriusque sectæ sententiis cira Temporum suorum post reipublicæ illius excidium observationem, plura inferius (*d*)

(a) *Halach.* Kiduſch hachodesh, *c.* 5.
(b) *Eliah Ben Moset* Seder 1. *c.* 40.
(c) Seder 1. *c.* 10.
(d) *Cap.* 17. & 19.

CAPUT XI.

De Personis *quæ* Phasibus *decernendis*, Annisque intercalandis *præfuere*, *adeoque de singularis (juxta* Talmudicos) Synedrii Magni *heic autoritate*. Scripturariorum *item hac de re sententia*.

Personæ, quas, & Phasibus decernendis, & intercalatioui annali præfuisse ajunt Talmudici, erant Princeps, ac Synedrii, seu Collegæ Synedrii, seu Consistorii Hierololymitani illius celeberrimi, סנהדרי הגדולה dicti, id est, *Synedrii* (seu *Sanhedrin*) *Magni* seu eorum ex seipsis mandatarii aliquot minimum tres, qui usque in septem augendi, si sententiis dissedissent; nec omnino alii. Principis autem Synedrii assensum ajunt heic adeo necessarium ut illo invito anni intercalatio admittenda non esset. Atque hac de re nonnulla obiter capitibus proxime superioribus allata sunt. Exceptionem autem tradunt; nec Regem, nec Pontificem Maximum in annali intercalationis negotio (quatenus saltem ex arbitrio, ut ostensum est, haud parum pendebat) rite quid potuisse statuere, adeoque nec in eorum numerum admittendum qui intercalationi ejusmodi præessent. Locum exceptio hæc habui, si modo vel rex Princeps fuisset Synedrii (quod tamen rarissime juxta receptissima eorum scita accidit) vel Pontifex, sive Princeps, sive Collega forte fuisset. Nam qui Pontificem Synedrio huic semper (*a*) præfuisse etiam viri maximi asserunt, temere nimis illud comminiscuntur, nec omnino ex commentariis aut interpretationibu traditionibusve Judaicis quæ planissimæ sunt heic adversissimæ, huriunt. Rationes autem afferunt de Rege (*b*) משום אפכני׳ *Ob stipendiorum solutionem*, scilicet, מחלק ממין לחילותיו כך וכך לשנה ונח לו שיהו כל השנים מעוברות *præstare solebat copiis suis militaribus certam annuatim pecuniam; unde præsumebatur placuisse ei potius ut anni singuli forent intercalares*. Quod enim in annum simpliciter præstituebatur, id ita præstandum erat ut quoties intercalatio fieret annalis tredecim, quemadmodum ubi intercalatio nulla duodecim menses annum (*c*) coficerent. Non aliter atqne ex jure quo passim utimur Christiani, bissextilis annus perinde atque si communibus annis die integro impar non esset sumi solet. De Pontifice maximo ajunt, id in more receptum ne intercalationi annali nimis refragaretur (ubi arbitrio locus) idque animi sui, seu voluptatis causa. Nam præsumebatur eum libenter nolle mensem Tisri, seu septimum, cujus in festo Expiationum, aliquoties erat is lavandus, in frigidiora, aut hyemi proximiora tempora protrudi, quoties Adar secundus præterlabenti adjiceretur. Sic Talmudici. Eousque autem ex Synedrii magni autoritate Anni, Mensium, Noviluniorum adeoque Festorum universorum (præter Sabbathum quod in periodis similiter perpetuo recurrit) rationem omnimodam pependisse volunt illi, ut quantumvis Synedrii omnino inter decernendum errassent, nihilominus ab universis Israelitis eorum standum esset judicio, atque juxta illud festa a Numine imperata, essent ob-

obſervanda . Maimonides ex diſciplina vetuſtiorum (*d*) בית דין שקדשו את החדש בין שוגגים בין מוטעין בין אנוסין הרי זה מקודש וחייבין הכל לתקן המועדות על היום שקדשו בו אף על פי שזה יודע שטעו חייב לסמוך עליהם שאין הדבר מסור אלא להם ומי שצוה לשמור המועדות הוא צוה לסמוך עליהם *Quoties Synedrium ſanctificaſſet Neomeniam, ſive id ex errore , aut ignorantia , aut etiam vi, aut invito feciſſet, ſanctificatio legitima erat . Et unicuique neceſſario inde incubuit officium feſta, atque alia tempora obſervandi juxta diem, quem illi ſanctificaſſent . Atque etiam ſi ſciret ipſe Synedros erraſſe, illorum tamen judicio ei erat nitendum · Neque enim aliis præter illos negotium hoc traditum eſt. Atque is, qui obſervanda juſſit, eorum item judicio juſſit ſtandum* . Quo trahunt illud legis (*d*) *Et loquutus eſt Dominus ad Moſem dicens, loquere ad filios Iſrael, & dices ad eot , ſolennitates Domini* אשר תקראו אותם, id eſt, *quas vocabitis convocationes ſanctas, hæ ſunt ſolennitates meæ* . Ubi & legunt תקראו אותם *vocabitis vos* , quemadmodum habetur etiam in codice Samaritano; quaſi ibi Moſi , & Sydedris ſuis adeoque ſucceſſoribus eorum expreſſim dictum fuiſſet , juxta veſtrum in temporibus digerendis judicium , & pronuntiata, neque aliter ſuos habebunt in annis, & menſibus dies feſta imperata. סוד העיבור, ſeu *myſterium* hoc *intercalationis*, annorumve, ac menſium diſponendorum ſcientiam traditam fuiſſe ajunt אין לכל אדם אלא לסמוכים נבונים *non cuilibet , ſed eis qui manuum impoſitione ordinati intelligentiores eſſent* , id eſt presbyteris, nec omnimodis, ſed in Synedrium cooptatis Magnum. At Eliah Ben Moſeh ex Scripturariorum ſuorum ſententia בזמן inquit בית המקדש היה הדבר מסור לכהן הגדול עם שאר הכהנים או הנביא אשר בכל דור ודור *Tempore, quo Templum ſtetit , traditum*, ſeu *commiſſum eſt negotium hoc* (de Phaſibus decernendis, & quæ inde pendent aliis loquitur) *Pontifici Maximo cum reliquis Sacerdotibus , aut Propheta cujuſve ſeculi* . Sed vero poſt exicidium, judices hujus rei facit (*e*) is, ex ſectæ ſuæ placitis, eos, qui e variis ſui generis Judæorum cœtibus diverſimode electi · Pauciores quam Tres non debere eſſe. Unicum ſcilicet Judicem regulariter negant etiam cum Talmudicis Scripturarii admittendum, ſive hac in re , ſive in alia (exceptionibus aliquot minutulis adhibitis) uti nec numerum parem ob diſſenſus incommodum. Humiles item ſpiritu , Juris ſacri, ut & Aſtronomiæ , & epilogiſmi annalis, & menſtrui juxta ſectam ſuam peritos eſſe debere hos judices monet ſuorum nomine Scripturarius noſter. Diſcrimen igitur inter ſectas haſce non leve eſt de Perſonis , quorum judicio negotium hoc ſuberat, adeo ſcilicet ad ſacra attinens , ut nihil ferme ſupra. Nam feſta omnimoda, (præter Sabbathum hebdomadarium) Jejunia cuncta Neomeniæ peculiaribus item ſacris celebrandæ , Annalis revolutio, ex eorum qui ſic præerant autoritate, ac arbitrio pendebant. Nec Levitici, aut Sacerdotalis generis ullos neceſſario heic omnino præfuiſſe, volunt Talmudici. Ajunt quidem, ut vides , Scripturarii (undenam edocti neſcio) הדבר מסור *rem traditam*, aut *commiſſam* Pontifici Maximo & Sacerdotibus ; ut ſcimus etiam in Roma veteri (*f*) intercalationem fuiſſe Pontifici Minori. Sed non ita iis commiſſam , aut traditam , quin & aliis perſpicaciæ ſingularis, & ſapientioribus (quos cum Mahumedanis Prophetas appellare ſolenne eſt Judæis) cujuſque tribus eandem ipſam pariter conceſſam velint , etiam dum ſtetit Templum; quemadmodum poſt excidium Judicibus quibuſcunque modo ſui generis eſſent ; ſeu Iſraelitæ , ac ſatis ut dictum eſt periti. Dum vero Talmudici Synedrii Magni Principi , & collegis rem ita tribuunt , penes ſummos Reipublicæ præfectos (nam hujuſmodi fuere Princeps, & collegæ illi qualicunque ſcilicet e tribu indiſcriminatim ſelecti Presbyteri) imperium, & arbitrium circa Sacra cum Annua tum Menſtrua hinc toties pendentia , in Eccleſia illa divina [quæ plane ipſiſſima erat illa Reſpublica] manſiſſe interim plane docent. Quod & perquam conſonum eſt ampliſſimæ Tribunalis illius Juriſdictioni ad quam ſolam ſpectarunt , velut *Caſus reſervati*, alia non pauca momenti cum in ſacris , tum in profanis graviſſimi. De errore autem explodendo, cui viris alioquin doctiſſimis recipitur : Forum fuiſſe apud Judæos aliud cui rerum Sacrarum [ſeu earum inſtar quas Eccleſiaſticas vocamus nos] cognitio , aliud cui Civilium , ſeu Profanarum attineret, allibi fuſius dicemus.

(a) *Vide Thom. Aq.* 1. *ſecundæ quæſt.* 105. *art.* 2. *ad* 7. *Baron. Annal. Tom.* 1. *anno* 31. §. 10. 5. 7. *&c. alios obiter ad Deut.* 17.
(b) *Gemar. Babylon. & gloſſ. ad tit.* Sanhedrin *c.* 2. *fol.* 18. (*b*) *Adde Maimonidem halach.* Kiduſch Hachodeſch *c.* 4. §. 11. *& Gemar. Hieroſolymit. ad dict. tit. cap.* 2. *fol.* 19. *col.* 3.
(c) *Vide cap.* 16.
(d) *Halach.* Kidush hachodesh , *c.* 2. §. *ult.*

(e) *Ge-*

(e) *Gemar. Babylon. tit.* Rosh haschana, *cap.* 2. *fol.* 25. (*a*)
(f) *Levit.* 23. 11.
(g) *Ibid. Cap.* 16.
(h) *Macrob. satur.* 1. *cap.* 15. *& videsis Jacobum Gutherium de veteri Jure Pontif. lib.* 1. *cap.* 22.

CAPUT XII.

Et Talmudicorum *&* Scripturariorum *Sententiæ de* Phaseon, *atque* Intercalationum *decernendarum* Loco, *Intercalandi* Tempore, ac Neomeniis sanctificandis.

Legitimus Phaseon, atque intercalationum decernendarum Modus habetur in Loco, quo, sive Phasis, sive Intercalatio erat promulganda, in Tempore Anni Intercalandi, in Neomeniæ Sanctificatione, in Calculi Astronomici usu, in Testimoniis de Phasi admittendis, ac demum in Neomeniis ac Iutercalationibus populo rite indicandis. Locus Talmudicis Hierosolyma erat dum ibi Synedrii Magni, cujus Collegis ut ostensum est incubuit hoc curare negotium, item Locus, Templo scilicet conjunctus. Cum vero alibi in Terra sancta id suas haberet sedes, ibi etiam hac de re decernendum; nec omnino alibi, nec sine convivio solenni. Phasin habitam ibi Lunarem promulgabant illi, unde mensis imminentis initium; quemadmodum, si phasis nulla, aut cavus, aut plenus mensis præteritus, juxta superius dicta, ab illis ibi fiebat. Postquam autem desiit Synedrium, etiam, & desiisse volunt illi [ut & ante dictum est] jus Neomeniarum ex phasi, atque intercalationum decernendarum. Scripturarii vero hac de re sic statuunt, ut etiam tam post Urbis, gentisque excidium quam ante, adeoque etiamnum, in Terra Sancta cum ex phasi Neomeniæ tum ex Abib [*a*] seu *maturescentium frugum tempore* annum, sive communem retinendum, sive intercalandum, juxta ante ostensa velint; qua de re plura mox ubi de utrorumque in regionibus aliis usu. Tempus autem Iatercalationis sub exitum anni intercalandi a Talmudicis plerunque collocatur, uti & res ipsa juxta eos interdum exigebat scilicet quoties ex causis præter incommodum Paschatis locum aliis supra dictis esset intercalandum. Nec omnino intercalandi edicta, seu Epistolæ intercalares emanabant ante initium anni intercalandi, ut docent illi, quod non video non admittere Scripturarios. De Sanctificatione Neomeniæ loquuntur utrique, id est lunæ corniculantis Benedictione, cujus formula singularis habetur apud Talmudicos (*b*) quo & spectat illud Prophetæ, [*c*] *Clangite tuba in Neomenia, in tempore instituto, & die solennitatis vestræ*. Nam ex ipsa lege sacra neomeniis tum tubarum sonus [*d*] solennis, tum peculiare [*e*] sacrificium præstituitur, unde præ cæteris diebus sanctificandæ. Eæ ראשי חרשים *principia mensium* nuncupantur lingua Mosaica. Synedri autem qui rei huic præfuere simul ac tempore suo vidissent corniculantem Lunam [ut docent Talmudici] acclamabant מקודש מקודש *Sanctificata est, Sanctificata est*, succlamante similiter populo qui adesset. Tradunt vero illi sanctificationis formulam hanc a Synedris neutiquam adhibendam Neomeniæ alicui præter eam, quæ phasi insigniretur tempore in suo, id est vespera, quæ exitu diei 29. mensis præterlapsi haberetur, adeo ut quoties plenus fieret mensis, seu 30. dierum Neomenia proxime insequens nunquam esset sanctificanda. Sed quantum video Scripturarii sanctificandas omnimodas pariter docent Neomenias. Elia Ben Moseh [*f*] ex suorum doctrina, אם ביום שלשים נראה הירח עם השמש רע שהיום ההוא הוא מקודש ואם לא יראה עם השמש אמנם יראה אחר עריבתו רע שהיום למחר הוא מקודש אמנם אם לא יראה ביום שלשים ולא בערב גם כן רואים שלשים ואחר ואם יראה עם השמש סמוך לשקיעתו רע שהיום ההוא הוא מקודש ואם יראה עם השמש בעוד יום גדול כגון שנים שעות או שלשה קודם השקיעה רע שהיום הקודם לו הוא מקודש אלה הם סימני ההקרבות אשר אחר זמן הראייה אשר יודיעו זמן המקודש אז *Si conspiciatur Luna cum Sole in die* 30. *scito hunc diem esse sanctificandum. Si non conspiciatur cum Sole, sed conspiciatur post vesperam suam, scito diem postriduanum esse sanctificandum. Sed si nec die* 30. *nec vespera compareat, observandus est dies etiam* 31. *in quo si appareat cum sole prope hujus occasum, scito diem hunc sanctificandum. Quod si conspiciatur cum sole die aperto, veluti horis duabus, aut tribus ante occasum solis, scito diem hunc pridianum* [Id est 30.] *esse sanctificandum. Atque hæc sunt signa, seu causæ probabiles, seu conjecturales, quæ cum accidant post tempus Visionis*, [legitimum, & ordinarium, id est exitum diei 29.] *docent rationem sanctificandi, quæ etiam tunc adhibenda*.

(a) *Eliah Ben Mosch* Seder 1. c. 40.
(b) *Gemar. Babylon. ad tit.* Sanhedrin, *cap.* 5. *fol.* 42. (*a*) *Jacob Ben Asher in* Orach Chaim, *cap.* 426. *Mos. Mikotzi præc. Aff.* 27. *fol.* 114. (*a*) *& vide I. Buxtorf. Synagog. cap.* 17.
(c) *Psalm.* 81. 3.
(d) *Numer.* 10. 10. *& vide Levit.* 23. 24.
(e) *Ibid.* 28. 11.
(f) Seder 1. *c.* 16.

CAPUT XIII.

De calculi Astronomici *apud utranque sectam usu in* arcu visionis, *seu* Phasis *Lunaris eruendo.*

CAlculi Astronomici juxta utramque sectam heic usus ejusmodi erat, ut ex motu, ac loco Luminarium sæpius (cum phasis legitima, ac ordinaria, sive per aeris nubila, sive alias ob causas haberi nequiret) operosius ediscerent utrum omnino tempore suo, seu legitima, & ordinaria Astronomice haberi potuisset. Atque inde alia de mensium quantitate, ac de Neomeniis constituendis decernebant, sic nempe tempora menstrua ex artificii ratione digerentes, atque intra suos retinentes cancellos, quando visionis, seu phasis Vespertinæ carebant indicatione. Apud Talmudicos (*a*) epilogismus Astronomicus (cui item tres minimum Synedrii collegas præesse debuisse ajunt) hujusmodi exhibetur. Terræ illius latitudo septentrionalis inter gradus 29 & 33 (seu ut volunt alii 35; diffusius in Boream, quam vulgo recipitur, Terram illam extendentes) constituitur, & Hierosolyma sub 32 uti & Longitudo horum in gradu 66 ½ ad Terræ sanctæ inter 63. & 69. Reperta utriusque Luminaris loco ineuntis diei a præcedente Neomenia civili trigesimi, seu temporis, quo phasis legitima, ac ordinaria expectanda [id est, juxta illos, עת השקיעה *temporis ipsius occasus Solis*) adeoque, & Longitudine Lunæ a Sole diligenter observata; aut inter initium Capricorni, & Geminorum finem juxta signorum seriem repertus est Lunæ locus verus, aut inter Cancri initium, ac finem Sagittarii. Si in priori Zodiaci Semicirculo Longitudinem haberet tunc Luna graduum tantum 9. aut minore, consequens ajunt nullam potuisse tunc haberi ullibi in terra sancta phasin; quemadmodum viviciſſim si plusquam graduum 15 in semicirculo illo esset tunc Lunæ Longitudo, dubitandum non fuisse quin Cœlo sereno phasis haberi potuisset ubique illic locorum. Si in semicirculo Zodiaci posteriori, seu qui a Cancri initio ad Sagittarii finem intercipitur, Longitudo Lunaris esset graduum duntaxat 10 aut minor, phasin haberi potuisse nullam pro certo statuebant; ut vicissim si gradus excederet 24 passim in Cœlo sereno potuisset haberi. At vero si gradus Longitudinis Lunaris in priori semicirculo inter 9 & finem 15 aut in posteriori inter 10 & finem 24. reperirentur, tunc ex Latitudinis, ac parallaxis ratione, descensionis varietate, prosthaphæresibus, id genus reliquis in Epilogismo Astronomico adhiberi solitis terminos, & Arcum Visionis (quem קשת הראייה nuncupant) eruebant; unde pronuntiari posset an ea in vespera haberi in aere sereno quiret phasis necne. Scriprurariis vero non tam revera alius est epilogismi modus, quam alii, unde discrimen haud contemnendum nasci palam est, inter putandum termini. Etenim cum Talmudicis diei initium habeatur in ipso Solis occasu, Scripturariis vero (ut capite ante ostensum est quarto) in vesperæ Tertia initio, seu Crepusculi fine; ita apud hos initur ratio dum arcum visionis quantitatem venantur, ut arcus qui in crepusculi fine, seu Vesperæ Tertiæ initio coitum Luminarium insequente, inter ea intercipiatur, pro visionis arcu sit habendus, non vero ille qui inter Solis occasum & coitum. Quo nomine Talmudicos reprehendit Eliah Ben Moseh (*b*) & in Scripturariorum sententiam eorum aliquos a se monitos transiisse ait היו inquit חושבים קשת הראייה עד עת השקיעה והיו חושבים שעת הבקשה והקדוש הוא עת השקיעה ולא ידעו דעת חכמינו שהתחלת היום הוא מתחלת הערב השלישי והראתי להם זה הפסק בספרי חכמינו והודו בזה. *Putare solent arcum visionis usque ad tempus occasus, atque ita eruunt tempus sanctificandum, scilicet ipsius Occasus; neque gnari sunt sententiæ sapientum sectæ nostræ, cui diei initium est a Vesperæ tertiæ initio; quod & ostendi illis in Nostrorum libris, nec rem porro diffitebantur*, Eliah autem ille, constructis (*c*) motuum Lunaris, & Solaris tabulis כאופק קוסטנדינא לדעת אלבתאני ולדעת החכם עמנואל בעל הכנפים *ad Latitudinem Costantinopolitanam juxta doctrinam Albategnii, & Emanuelis Geographi* (Constantinopolis autem Latitudo ei est graduum 41 ⅓) de Phasi Lunari ibi sic demum concludit סוף דבר inquit (*d*), בהיות בין המולד והשקיעה יותר מאחר עשר שעות וחצי עד עשרים וחמש שעות וחצי אפשר שיראה ואפשר שלא יראה ובהיות בין

בין המולד והערב השלישי יותר מארבעה עשר שעות פחות שעה עד עשרים ושבעה שעות וחצי אפשר שיראה ואפשר שלא יראה ואם יהיה בין יתר מזה רע שעל כל פנים יראה אם לא יהיה מניעה והנה לפי זה כשיהיה בין השמש והירח במעלות ישרות שמנה מעלות ועשרה ראשונים לא יראה וכל שכן פחות האלה וכשיהיה בינהם במעלות ישרות ארבעה עשר מעלות על כל פנים יראה וכל שכן יותר *Summa est quoties inter coitum Solis, & Lunæ medium, & occasum Solis intercedant horæ 11 ½ aut quæ usque in 25 ½ excrescunt fieri posse ut phasis habeatur, uti & posse fieri ut non habeatur. Quod itidem dicendum, si inter coitum ejusmodi & vesperam tertiam intercedunt plures quam 14 horæ (sexta parte demta) aut quæ usque in 27 excrescunt. Quod si harum excessus fuerit horarum, haberi potest omnino phasis nisi (per aeris nubila) impediatur. Unde etiam fit ut quoties inter Solem, & Lunam intercipitur arcus tantum graduum 8. Min. 10. aut minor, phasis nulla habeatur, quoties vero arcus ille fuerit graduum 14 aut major, haberi possit.*

(a) *Maimon. hal.* Kidush hachodes, *cap.* 9. *&c.*
(b) Seder 1. *cap.* 29.
(c) Seder 1. *cap.* 19.
(d) Seder 1. *cap.* 29.

CAPUT XIV.

De Testimoniis Phasis *aliunde allatis quando eorum, qui huic negotio præessent, oculis de ea non constaret.*

PRinceps, ac Collegæ Synedrii Magni, seu eorum mandatarii, qui juxta Talmudicos phasi decernendæ præerant, non solum oculis suis credebant, sed & testium pariter fide dignorum, qui corniculantem Lunam se tempore suo seu die 29. exeunte, sive Hierosolymis, sive alibi in Terra Sancta vidisse assererent. Atque inde sive plenos, sive cavos menses faciebant. Etiam die tricesimo de phasi proxime Superioris Vesperæ testimonio allato ita creditum, ut inde mensis præteritus cavus fieret. Adeoque e locis integri diei itinere ab Hierosolymis dissitis satis tempestive in rem advenire potuere testes. Non item qui intervallo majori abessent. Neque heic nefas habebatur tanto itinere in festo aliquo die, aut Sabbatho ipso ad urbem testimonii hujus gratia accedere, ut scilicet Sanctificatio Neomeniæ inde sequeretur. Hoc enim & hujusmodi alia, quæ, ut ad Festa solennia celebranda, aut Solennitates statas observandas attinuere ne quidem pro violatione Sabbathi regulariter habuere. Unde toties illud דוחה את השבת *depellit Sabbathum* de actibus hujusmodi, aliisque aliquot dictum. Binos autem heic minimum voluere illi testes; ut in rebus aliis, sed moribus, ac vita integerrimos, ac sui generis, seu Israelitas; Gentiles autem uti & fœminas & Minores, quemadmodum & rebus in aliis rejiciendos. Quin & de corniculantis figura sollicitius eos examinabant, utrum scilicet reclinante, inclinante, aut ejusmodi alia figura Lunam vidissent quam quæ loco ac Latitudini ejus in Zodiaco, ac habitudini Solari, quam ex epilogismo Astronomico compertam habebant, satis conveniret. Atque in hanc rem צורות הלבנה *depictas* in pariete *figuras Lunares*, variatim scilicet formatas, habuere, juxta quas testimonia exigere solebant. De Figuris illis nos plura alibi (*a*) Jam vero si testimonium de phasi allatum ejusmodi fuisset, ut nec calculo Astronomico esset consonum, scilicet si refragaretur calculus ille quo minus, aut phasin tunc haberi, aut eadem quam renuntiarent testes figura Lunam conspici esset inde credendum, nec quidem testibus creditum. In Scripturariis autem sunt, qui testem admittnnt (*b*) heic unicum. Nec obstare ajunt quod habetur in Lege de Testibus binis, (*c*) pluribusve. Id scilicet eo solum spectare, ut in litium, & actionum judiciis veritas de eo, quod, aut a reo male fit, aut ab actore falso imputatur, a testibus binis, pluribusve fiat manifesta. Heic vero testimonium tantum adhiberi de re visa unde decernatut quid statuendum in præcepto Numinis observando, eoque pariter adjuniversos Israelitas attinente. Et receptior hæc apud illos sententia; quam alii rejiciendam tamen volunt. De moribus item testium sollicitiores sunt Scripturarii, ita ramen ut nec omnes rejiciant non Judæos, quorum etiam aliquos Judæis Talmudici generis plane heic præferunt, veluti Ismaelitas, seu Hagarenos; quoniam horum calculus de Phasi, a Scripturariorum non ita multum dissidet. Eliah Ben Moseh noster inter qualitates, quibus præditum testem volunt Sectæ suæ plerique hanc memorat שלא יהיה חלוק ברעתו בקדוש החדש מרעת חכמינו והנה מזה הצר ראוי לקבל עדות הישמעאלים מפני שהם הולכים אחרי רעת חכמינו בעניני

בענייני הראייה וברוב הזמנים אנו שוים עמהם בקדוש החרש ביום אחד יתר ואין ראוי לקבל לנו עדות הרבנים מפני שהם חלוקים ממנו בזה אמנם החכם רבי לוי אמר ואם יגיד לנו מי שנקריב כי דבריו אמת והטעם אם יעיד לנו שום אדם שדבריו אמת בין מהרבנים או מהגוים כבר נתחייב עלינו שנשתמר *Ut non sit diversæ circa neomeniæ sanctificandæ rationem sententiæ ab ea, quæ sapientibus nostræ sectæ recipitur. Et certe hac causa consonum est accipere testimonium Ismaelitarum, eo quod sequuntur illi disciplinam heic sapientum nostrorum in materie phasis. Et nos ut plurimum cum eis convenimus in neomenia sanctificanda etiam eodem plerunque die. Sed non oportet nos accipere testimonium Rabbinorum* (scilicet Talmudicorum Judæorum) *quoniam illi a nobis hac in re disciplina sunt discordes. Attamen sapiens Rabbi Levi* (Scripturarius) *ait, si quisquam mortalium nobis indicaverit id quod veum est, seu vero ita proximum ut probabile videatur, sive is ex Rabbinis illis fuerit, sive ex Gentilibus, seu Christianis, debere nos juxta rem observare.* Quod Eliæ huic ipsi tamen displicet. Suorum vero, ac aliorum, qui in disciplina Neomeniarum sanctificandarum ipsis sunt satis concordes testimonia de phasi tempestive allata (quoties scilicet Judicum, seu eorum qui phasi decernendæ præessent oculis neutiquam de ea constaret) maxime docent Scriptrarii facienda, fidemque eis non raro habendam, præ ipso calculo Astronomico, quem, sive per hypothesium incertum, sive per putantis incuriam sæpius heic fallere non immerito profitentur, modo scilicet crassissimus, & nemini ferme non manifestus in plaga Lunæ visæ designanda, aliave phasis circumstantia in testimonio, minime reperiretur. Tunc enim etiam ipsi testimonium rejiciendum volunr. Hinc Talmudicos hoc nomine quidem severius reprehendunt, velut qui nec legem sacram satis observarent dum calculum Astronomicum tanti fiebant, ut testimonium huic non satis consonum plane rejicerent. Elias (*d*) hac de re אם עלה בחשבונם כי לא יראה אפילו שבאו עדים והעידו כי נראה אין שומעין להם וזה הפך כונת התורה ודבר סרה במצות השם להחליף המועדים מזמנם להשליך דעת הברור שהוא המוחש וללכת אחרי דעת ההקרבה שהוא החשבון *Quoties per epilogismum initum non reperirent* (de Talmudicis loquitur) *phasin haberi potuisse, etiamsi advenirent testes, qui de phasi testimonium adferrent, neutiquam audiendos eos voluere. Quod quidem sensui Legis contrarium est, & præceptis Numinis adversum: dum inde festa luxantur, suisque e locis detruduntur; & ratione phasis dignoscendæ manifesta, & quæ ex sensu pendet neglecta, adhibetur illa, quæ probabilis est tantum, seu conjecturalis qualis est ipse calculus.* Etenim in hoc negntio rationem manifestam, seu scientiam certam quam דעת הברור nuncupant, solam in ipsa phasi, ut oculorum objectum est, tempore suo, seu vespera diei trigesimi habita positam volunt. Calculum autem Astronomicum, & quæ sunt reliqua, juxta ante dicta, in digerendis mensibus, cavisque, & plenis, variatim faciendis, adhiberi solita, ad דעת ההקרבה, seu *rationem probabilem*, seu *conjecturalem* ajunt attinere. Sed demum ajunt, אמנם כשאין לנו דעת הברור הנה אז נלך אחרי דעת ההקרבה ואם לא כן הוא מרד גדול במצות השם ועל כן אנו בעלי מקרא כשאין לנו דעת הברור שהוא המוחש נלך אחרי דעת ההקרבה *Si vero desit nobis ratio manifesta tum sequimur rationem conjecturalem. Nisi enim sic fieret, præcepta Numinis graviter transgrederemur. Ideoque nos Scripturarii, quoties rationem manifestam, & quæ e sensu pendet non habemus, conjecturalem amplectimur.* Et caput habet Elias noster (*e*) integrum בחיוב דעת ההקרבה כשאין דעת הברור *de eo quod est, necessario adhibendam esse rationem conjecturalem*, seu *probabilem*, *ubi manifesta deest*, idque in mandatis sacris observandis, veluti de mundo, & immundo discriminando, de ciborum delectu legitimo, id genus alii.

(a) *De Jure Nat. & Gent. lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 205.

(b) *Apud Eliah Ben Mosch* Seder 1. *cap.* 12. & 13.

(c) *Deut.* 17. 6. *Num.* 35. 30. & *vide Deut.* 19. 15.

(d) Seder 1. *cap.* 10.

(e) Seder 1. *cap.* 14.

CAPUT XV.

De Neomeniæ Promulgatione, & de Festo Duplici, seu biduo continuo, dubii, in Neomeniis, seu mensibus digerendis, causa celebrando:

Ex incerta Mensium, sive Plenorum, sive Cavorum per annum distribuendorum formula ac more hactenus ostenso, nemo non videt adeo incertam fuisse Festorum, Jejuniorum, alia

aliarumve solennitatum, dierum menstruorum nomine, seu numero, sive in lege sacra, sive in decretis publicis denotatorum, juxta rationem hanc observationem, ut quicunque nesciret cavusne an plenus ab iis qui negotio huic præessent, mensis præteritus fieret, eum ut hodie an cras festum aliquod, decimo, verbi gratia, nono, decimiquarto, seu alicui alii mensis cujuscunque labentis diei affixum, servandum esset, simul ignorare esset necessum. Nam si cavus fieret mensis præteritus, seu dierum 29. tum unico die citius advenire quemlibet mensis insequentis diem palam est, quemadmodum, si plenus, aut dierum 30. die unico serius. Hinc docent Talmudici, huic ut occurreretur incommodo, seculis in vetustioribus morem fuisse, signis flammeis, aliisve in montium summitatibus collocatis Neomeniæ tempus indicare; quoties scilicet, aut phasi Hierosolymis tempore suo habita cavus nocte trigesima fieret mensis præteritus, aut non habita plenus; cujus indicium sic nocte potuit trigesima prima expediri: postmodum vero ajunt, quoniam Cutæi (quo nomine Samaritanos plerunque innuunt) signis hujusmodi positis Judæos hac in re fallere, utpote sibi odiosissimos, conabantur, in morem fuisse receptum, Nuntios, seu Cursores publicos per Terram Sanctam sub Neomeniarum tempora, seu post mensis præteriti qualitatem indicatam, mitti a Synedris Synedrii Magni solitos, qui populum ubique hac de re facerent certiorem. Neque horum itinera, aut dies festos, aut Sabbathum violasse. Ab eis vero qui propter loci ab Hierosolymis distantiam (*a*) tempestive satis edoceri nequirent, Biduum Continuum festo diei unicuique tribuendum, seu diem quemlibet festum Biduo Continuo celebrandum. Ne scilicet verum ipsum diem juxta Neomeniæ, quam ignorarent, constitutionem observandum forte prætermitterent. Etenim si cavus fieret mensis præteritus, dies prior verus erat dies festus, si plenus, posterior. Utrunque igitur voluere sic servandum. Nuntios hosce שלוחין *Apostolos* nuncupant, qua quidem voce indigitantur etiam Judæorum ministri alii a Patriarcha eorum missi ad exigendum per Synagogas aurum, ut videre est in Codice Theodosiano (*b*. Quod vero sic de Nuntiis, seu Apostolis hanc in rem emittendis dictum est, non ad cunctas pariter Neomenias attinet, sed ad eas solum e quarum temporum dies Festi mensibus assignati, & Jejunium illud celebrius quotannis nono die mensis Ab servatum pendebant: Id est ad Neomeniam Nisan, Tisri, Casleu, Adar Jiar ob festa in eis signata, atque ad Neomeniam Ab, propter jam dictum Jejunium. Reliqua enim Jejunia, quæ sparsim aliis habentur in Mensibus, non tanti fecisse videntur ut cursorum publicorum heic usus adhiberetur; qua de re tamen consulas Magistros (*c*) Nuncius, seu Apostolus heic sufficiebat unicus. Et si quis alius fide dignus, licet neutiquam a Synedris missus, decretum de Neomenia indicaret, Festa juxta ea quæ is narraret, celebrare licuit. Scripturarii autem qui hodieque in Terra Sancta Neomenias, temporum rationem, juxta antedicta, servant, de festo ejusmodi duplici item monent; sed alias etiam ob causas. Sic nempe esse illud ab universis sectæ suæ celebrandum, quando, aut per crebrum phasis tempore suo, seu sub exitum mensis preteriti defectum, ac per incommodam forte cavorum, & plenorum mensium præteritorum dispositionem, aliasve inter disquirendum ob causas de certo, juxta eorum disciplinam, Neomeniæ die satis non liqueret, aut per confusionem ejusmodi qualemcunque Neomeniarum, & mensium exituum evenisset ut plane in dubio restaret utrum diei præsenti an postriduano Neomenia legitima esset tribuenda. Verba sunt Eliah Ben Moseh (*d*) nostri; סוף דבר פסקו חכל שראוי לעשות שני ימים מספק שוה זה לזה לא יעריף אחר מחשביהם על האחר *Summa est, consentire universos, oportere celebrari dies binos propter dubium, eosqae non omnino, quantum ad celebrationem, inter se dignitate impares*. Hoc vero maxime observandum in mensibus Nisan, Tisri; quoniam in altero Paschatis festum celebrandum, in altero Expiationum, idque sub gravissima (*e*) Excisionis (כרת *Cerith* dictæ) pœna cœlitus scilicet non humano aliquo Judicio infligenda, nec aliunde quam a Numinis vindicta expectanda. Sed perperam nimis, & contra receptissimam Judæorum cum Talmudicorum (*f*) tum Scripturariorum doctrinam docent Theologi quidam celebres, pœnam illam humani fuisse judicii, adeoque Excommunicationis forensis in Ecclesia, seu Republica illa speciem fuisse, asserunt. Adeo etiam ut interdum ipsum vocabulum כרת, quæ *excisio* est a Numine solum expectanda, pessime reddatur a viris alioquin doctis nec rebus Talmudicis prorsus inassuetis, *Excomunicatio*. Quæ sum-

summa est morum Judaicorum gentisque disciplinæ, aut imperitia, aut peritiæ dissimulatio, nequid gravius dicam. Ea autem de re alibi plenius. De duplici autem ejusmodi festo propter calculi Astronomici incertum subinde observando, rationem addunt Scripturatii, שאין מנהג הכתוב לדבר בעניינים המסופקים רק הולך אחר הברור והוריע לנו הכתוב שכשאין לנו דעת הברור אין נדון על הספק *morem Scripturæ non esse loqui de rebus dubiis; sed de eo quod manifestum, & certum est. Sed interea eam docere nos, quoties certa nobit deest scientia, de dubio* (quatenus dubium est, & manet) *esse judicandum*. Exemplum petunt ex lege sacra de effractore nocturno (*b*) quem eo quod in dubio erat utrum furti, an cædis causa ædes nocte effringeret, ideo patrisfamilias in tutelam sui occidere licuit; non item, si luce hoc fecerat, quia de furto tunc solum præsumendum; quod mulcta, non cæde omnino ex lege compensandum. Hinc ajunt, והזה מפני שמצאנו בכתב חורץ חן על הספק הזה יחוייב לנו נר' לדון על הספק *Quoniam in scriptura comperimus gratiosam pœnæ* (aliter homicidii causa subeundæ) *remissionem propter id quod in dubio est, ideo etiam debemus nos de Dubio judicare*.

(a) *Vide cap.* 17.
(b) *Lib.* 16. *tit.* 8. *lib.* 14.
(c) *Gem. Babyl. ad tit.* Rosh haschana *cap.* 1. *fol.* 18. *& Gloss. in Maimon. hal.* Kiduſch hakodeſch *cap.* 3. *fol.* 200. (*b*)
(d) Seder 1. *cap.* 16.
(d) Seder 1. *cap.* 16.
(e) *Numer.* 19. 13. *Levit.* 23. 30.
(f) *Videsis lib. nost.* 7. *de Jure Naturali*, *&c. cap.* 9. *& Sixtin. Ab Amama Antibarb. lib.* 3. *pag.* 955.
(h) *Exod.* 22. 2.

CAPUT XVI.

Incertissimæ Annorum *quæ hactenus descripta est* rationis, *in Hominum Ætatibus, rebusque aliis civilibus decernendis*, Usus.

Quam operosa res, & molesta esset Neomeniarum, adeoque consequenter Festorum, Jejuniorum, omnimodarumque solennitatum menstruarum apud Judæos recurrentium legitima observatio ex jam ostensis liquet. Quin & incertissima inde atque ex Adare secundo subinde adjecto, sibi crebro dissimillima erat annorum in rebus civilibus dijudicandis ratio. Veluti in majorum, Minorum ætatibus juxta annorum numerum putandis, Locati item, ac Conducti annis, id genus, quæ in hominum commerciis obvia sunt, aliis. Regulariter, verbi gratia, ante annum decimum tertium, ac diem insuper unicum completum Minores habebantur Masculi; Fœminæ vero annum duodecimum, ac unicum præterea diem, qua de re etiam nos alibi (*a*) Jam vero Anni quidem, cum Solaris, tum Lunaris, ut ex ante dictis constat, rationem habuere. Adeoque etiam non solum numero rotundo solarem dierum 365. esse admisere, sed & simplici anni nomine illum subinde intellexere; uti etiam dum commentum vetus sic adjicitur a Bar Chama (*b*) de Satana, & solenni, seu Magno expiationum die; השטן בגמטריא תלת מאה ושיתין וארבע הוי תלת מאה ושיתין וארבע יומי אית ליה רשותא לאסטוני ביומא דכיפורי ליה רשותא לאסטוני *HA-SATAN numerum exbibet 364. scilicet sunt dies 364. in quibus facultas est Satanæ Judæis adversari, eosque accusare* (unde nomen habet) *Die vero expiationum deest ei facultas hæc*; seu die 365. quo annus completur. Cæterum in rebus civilibus decernendis, quales jam memoravimus, idque genus aliis, neque Lunaris ratio, neqne Solaris habebatur anni, sed solummodo incertissimi illius, qui e mensibus etiam non minus certis conflabatur, sive communis, sive intercalaris. Adeo ut pro vario annorum ejusmodi discrimine, aliter atque aliter se haberet, & Natorum ætas, & Locationum, aliorumque contractuum tempus. Expressissima sunt hac de re in utroque Talmude (*e*) testimonia. Atque ex eis Moses Maimonides (*d*) de Legitima natorum utriusque sexus ætate annorum numero distinguenda, verba faciens demum subjungit כל השנים האמורות בבן ובבנה ובערכין ובכל מקום אינן לא שנים הלבנה ולא שנים החמה אלא שנים של סדר העיבור שהן פשוטות ומעוברות על פי בית דין כמו שהן קובעין אותם כמו שבארנו בהלכות קידוש החרש ובאותן השנים מונין לכל דברי הדת *Anni omnimodi, sive de prole alterutrius sexus, sive de rerum qualicunque estimatione dicti, alibive memorati, nec Solares sunt, nec Lunares, sed Anni quales ex ordine intercalandi nascuntur, sive communes, sive intercalares, juxta quod Synedrium eos præstituerit, quemadmodum explicatum est a nobis in libro de Sanctificanda Neomenia: Quin & juxta hoc genus annorum putandum est in rebus omnimodis ad legem attinentibus.*

bus. Tantundem habet Moses Cotzensis [*e*] alii. Nemo igitur erat inter eos mortalium cui satis constare potuisset de futuro legitimæ, sive suæ, sive alterius ætatis termino, antequam postremi anni a Synedrio qualitas decerneretur, id est, aut adjiciretur Adar secundus, aut prætermitteretur. Quale & de rebus aliis civilibus, quibus annorum ratio necessaria, dicendum. Et vide quod habetur supra capite undecimo, de annuorum stipendiorum solutione.

(a) *Lib. de Successionibus cap.* 9.
(b) *Gem. Babylon. ad tit.* Joma *cap.* 1. *fol.* 20. 3.
(c) *Hierosolymit. ad tit.* Nedarim, *cap.* 7. *fol.* 40. *col.* 1. *Babylon. ad tit.* Erakin, *cap.* 3. *fol.* 18. (*a*) & *cap.* 8. *fol.* 31. (*a*)
(d) *Halac* Ishoth *cap.* 2.
(e) *Præcept. aff.* 50. *fol.* 134. *col.* 4.

CAPUT XVII.

Quando & unde desierit, juxta Talmudicos, vetus ille mos, *ex Phasi lunari, mensium præstituendorum, atque annos ex arbitrio Intercalares faciendi.* Cyclus enneadecætericus *ab* Hillele *Principe Synedrii Magni introductus. Quandiu* Synedria Judaica *in* Terra sancta.

TAlmudicis, ut ante diximus, receptissimum est, incertam illam Mensium, annorumque rationem ex Synedrii magni decreto pependisse, adeoque quamdiu Synedrium illud in Terra sancta emortuum non est, nec evanuit, perpetuæ Phasium Lunarium observationi, atque annorum, qualem ostendimus, intercalationi locum ibi fuisse, eumque debitum. Atque velut הלכה למשה מסיני *Traditionem, seu Doctrinam Mosaicam e Sinai* (*a*) habent calculum illum menstruum, seu Neomeniarum על פי הראייה *juxta Phasin Lunarem*, seculis scilicet in illis, quibus Synedrii antoritas obtinuit. Cæterum שאין שם בזמן inquit Maimonides, סנהדרין קובעין על פי החשבון הזה שאנו מחשבין בו היום ואין נזקקין לראיה *Tempore, quo Synedrium ibi defuit, Annos, & Menses præstituere sumus soliti juxta computum hunc quo hodie utimur, nec Phasis habetur omnino necessaria*, quæ & nunc ante computi illius Neomeniam, nunc in ipsa Neomenia, nunc post eam accidit. Computus ille visitur in *Machzor* illo, sen Cyclo Decemnovennali, cui certus est annorum intercalarium, & similiter semper redeuntium numerus, atque obiter habetur apud autores jam ante a uobis indicatos. Autor Cycli hujus fuit Hillel Principis. Rabbi Abraham Zacuthinus (*b*) הלל הנשיא בנו של רבי יהודה הנשיאה תקן העבור על דרך רב ארא עד שיבוא המשיח בן דוד והיה בזמן אביי ורבה וכן כתב רבי שמעון דורן בפירוש האזרות והיה בשנת שש מאות ושבעים לשטרות ואחריו לא היה בית דין ערד *Hillel Princeps Filius R. Jehudæ Principis composuit rationem Intercalationis*, seu *computum annalem juxta doctrinam Astronomicam Rab Ada a nostris adbibendam, usque dum venerit Messias filius David. Floruit autem tempore Abii & Rabba* [*quod & testatur etiam Rabbi Simeon Doran in exegesi sua Monitoria*] *atque anno æræ contractuum* 670. *Neque post eum habitum est nunquam Synedrium*. Alibi (*c*) item de eodem Hillele; תקן העיבור לכל ישראל קודם שתתבטל הסיכה עד ימי המשיח *composuit*, seu *instituit Intercalandi modum universis Israelitis, antequam cessavit, seu desiit Ordinatio Præsbyterorum* (scilicet per legitimam in terra sancta manuum impositionem; qua de re alibi (*d*) egimus) *idque ut usque ad Messiæ adventum duraret*. Scilicet tx doctrina Astronomica, & Chronologica illus Rab Ada Bar Ahaba (*e*) & Samuelis Minoris dicti, uti & Jarchinæi, (*f*) aliorumque (qui prævidentes postquam Synedrium Magnum planè esse desineret, cyclo atiquo annali opus necessario fore, quo tempora sua juxta legem Mosaicam digererentur, materiem artificiosam eam in rem ex medio Luminarium motu diligentius formassent) cyclum illum, enneadecaeteeridem notissimam sibi, posterisque conflavit Hillel ille. Anuus autem æræ contractuum 670 quo floruit Hillel hic respondet Christi anno 358. seu tempori Coustantii Augusti. Adeoque sub id seculum desiit mos ille menses, a phasi Lunari auspicandi, uti & annos mense adjectitio, seu Adare secundo causas ob incertissimas, juxta superius ostensa, augendi, intercalaresque modo vetustiori faciendi; limitibus, seu velut repagulis, cum mensibus adeoque neomeniis, tum annorum rationi certissimis jam secundum Cyclum illum ennecadetericum præstitotis. Neque enim pristinus mos diutius juxta Talmudicos obtinere potuit וסתלק בית רין הקבוע בארץ ישראל *quia* (*g*) *Consessus Judicum stabilis*, seu *Synedrium* cujus ex arbitrio pependit res hæc tota, *desiit esse in Terra Israelitica*. Diximus sub id seculum desiisse juxta Talmudicos mo-

morem illum veterem ; ita tamen ut etiam annos ab Hillele elapsos non pancos mordicus ab ipsis ibi retentus interim videatur. Etenim Septuaginta ab anno Æræ Contractuum annis ; id est Consulibus Florentio, & Dionysio, seu Christi 429. rescriptum habetur Theodosii secundi, & Valentiniani AA. ad Joannem Sacrarum Largitionum Comitem quo Judæorum Synedria in utraque Palæstina memorantur. Verba rescripti sunt (ut in Theodosiano (*b*) occurrunt Codice) *Judæorum primates, qui in utriusque Palæstinæ Synedriis nominantur, vel in aliis provinciis degunt, quæcunque post excessum patriarcharum pensionis nomine suscepere, cognatur exsolvere*. In codice Justinianeo (*i*) pro *nominantur* legitur *dominantur*. Aliaque ibi haud parum a Theodosiani heic verbis discrepant. Sed quantum ad eo Synedriis Judæorum observavit Cujacius (*k*) Quin & Maimonides morem pristinum desiiisse ait בעת שחרבה ארץ ישראל ולא נשאר שם בית דין *Tempore, quo vastata est Terra Israelitica, nec relicta in eo est Domus Judicii*, seu *Synedrium*; quod & ipse ad ætatem Abii & Rabba refert, seu לסוף חכמי התלמוד *ad finem Doctorum Talmudicorum*, seu seculum, quod in Talmudicorum, (*l*) id est in Gemaris citatorum, serie recentissimum est. De Hillele illo, ejusque computo, præter Scaligerum & Petavium, vide cum primis etiam Joannem Morinum (*m*) & Samuelem Petitum (*n*) Et Talmudicis tam extra quam intra Terram Israeliticam degentibus, receptus calculus ille enneadecaetericus, ibi sic olim præstitutus ; utpote qui priscum illum adeoque incertum suppleret. Ita tamen pristinum illum perpetuo redolere volunt novitium hunc calculum ut tametsi, dum Cyclum in se redeuntem simpliciter spectamus, satis prænoscatur diei cujuslibet in dispositione menstrua festi locus, isque certissimus, nihilominus in regionibus ab Hierosolymis longius dissitis (id est in quibus Judæi mos erat, dum ex phasi, ac Synedrii Magni promulgatione Neomeniæ pendebant, festa duplicia, seu binos simul dies festos, dubiii causa, ut superius dictum est, regulariter celebrare) eandem, quæ ante Cyclum hunc introductum festorum duplicium, obtinuit rationem veliut retineri. Distantiam autem sic definiunt. In locis ab Hierosolymis decem amplius dierum itinere dissitis perpetuo ut ante [quoniam illuc Apostoli seu Neomeniæ nuntii, maxime, שלוחי תשרי *Apostoli Tisri* mensis, cujus dies 10. erat festum Expiationum illud Magnum, tempestive satis pervenire tunc nequibant] festa agunt (*o*) duplicia, quod si locus intra hoc intervallum reperiatur, sic distinguunt. Aut locus ejusmodi habetur intra Terram Sanctam, aut extra. Prioris generis in locis unicum, juxta Cyclum hunc, celebrant festum. In locis posterioris generis, festa regulariter duplicia. Quod tamen sic temperandum, ut a recepto a patribus singulis in locis more aliquo singulari neutiquam interea recedatur. Quicquid enim ad festa hæc duplicia attinet, fatentur esse plane מדברי סופרים *ex scitis scribarum*, quo nomine superinductos mores, ac instituta solent indigitare.

(a) *Vide supra, cap.* 8.
(b) *Sepher* Juchasin, *fol.* 90. (*a*)
(c) *Pag.* 45. (*a*) *&* *tantundem R. Gedaliah Ben Jochai in* Shalsheleth. *fol.* 34. 35.
(d) *In Notis ad Eutychii Origines Alexandrinas.*
(e *Vide Sepher* Juchasin, *fol.* 75. *&* 76.
(f) *Ibidem fol.* 69. (*a*)
(g) Tzemach *David qui citatur etiam Jos. Scalig. canon. Isagog. lib.* 3. *pag.* 271.
(h) *Lib.* 16. *tit.* 8. *l.* 29.
(i) *Tit. de Judæis l.* 17.
(k) *Observat. lib.* 7. *cap.* 30.
(l) *Vide Jos. Scalig. lib.* 7. *de Emend. Temp. pag.* 6. 4.
(m) *Exercit.* 1. *in Pentateuch. Samaritanum.*
(n) *Observ.* 3. *lib.* 3.
(o) *Videsis Jos. Scalig.* Can. *Isag. pag.* 223. *videsis Dionys. Petavium lib.* 2. *de Doctrina Temp. cap.* 27. *&* *Ægid. Bucherium de Paschali Judæorum Cyclo cap.* 6.

CAPUT XVIII.

Excomunicationis Judaicæ *Causæ binæ singulare ad ante ostensa de* Festis duplicibus, *&* intercalationem *attinentes*.

Ex jam ostensis liquet quid sibi velint Causæ binæ singulares inter viginti quatuor eas, ob quas apud Judæos Talmudicos quis posset rite Excomunicari, id est eo usque pristina libertate consortii inter suos civilis privari, ut nec intra quatuor cubitorum distantiam eorum cuiquam assidere ei fas esset, nec legitimi, seu civilis hominum numeri pars aliqua, etiamsi præsens, interdum haberetur. Neque enim a Templo, Sacrificiis, aut Conventibus Sacris omnino quis apud eos ex sententia aliqua Excomunicationis, sive forensi, sive alia humana arcendus erat. Nam & Excomunicatio, tam a privatis, quam a foro aliquo ob caussarum illarum aliquam legitime potuisset

ſet apud eos pronuntiari; qua de re nos alibi fuſius (*a*) Nec quid cum forenſi excommunicationis ſententia apud eos commune erat legibus ſacris de Immundis corpore a (*b*) Templo, Sacriſque arcendis. Scilicet ex ipſa legis ſacræ vi ita arcebantur illi, ut ex ſententia forenſi puniendi quidem eſſent mulcta, aut verberibus ſi legem violarent. Ipſa autem diſertis verbis Lex ſacra, non Forenſis aliqua ſententia, a ſacris eos excludebat. Quod inprimis obſervandum, ubi ex Immundorum ejuſmodi Excluſione argumenta pro Excommunicatione apud Chriſtianos afferri ſolent. Nec ad genus Hieraticum, ejuſve partem aliquam, jus Excommunicandi præ aliis omnino attinuit. Cauſarum autem illarum altera (*c*) eſt ſi quis eſſet מחלל יום טוב שני של גליות *profanator Diei feſti ſecundi* [ſeu diem Duplicis feſti poſteriorem] *captivitatis*, ſeu potius τῆς διασπορᾶς, ſeu *Diſperſionis*, ſeu Judæorum extra Terram Sanctam degentium. Altera [*d*] eſt ſi quis מחשב שנים וקובע חדשים בחוצה לארץ *Computi annorum, ſeu menſium figendorum rationem iniret extra Terram Sanctam*, id eſt, aliam obſervaret annorum, menſiumque rationem, qua Judæus, præter eam, quæ in Terra Sancta præſtituta eſt, olim ſcilicet a Synedrio Magno, ac poſt præter eam, quæ ab Hillele ejuſdem principe, non ſine collegarum aſſenſu, ut diximus, eſt introducta. Excommunicatum, qualem diximus, appellitant מנודה *ſeparatum*, id eſt, מנודה מן הקהל *Separatum ab Eccleſia, Synagoga, republica Judaica*, ſeu ἀποσυνάγωγον (*e*) *extra Synagogam factum*. Atque dicebatur is eſſe בשמתא in *Shematha*, ſeu בנידוי *in Niddui*, id eſt in *ſeparatione*, aut ἀφορισμῷ [*e*] Quibus vocibus non plane ejectus innuitur, ſed peculiari illa, quam diximus civills inter ſuos conſortii intra quatuor cubitorum diſtantiam libertatis deprivatione punitus. Quemadmodum in illo Virgilii. *Et penitus toto diviſos orbe Britannos* peculiaris tantum inſulæ in Oceano poſitura, non omnino diviſio ejus ab reliquo orbe, quaſi ejuſdem pars non reſtaret, indicatur. Neque omnino admittendum (*g*) Synagogæ vocem in τῷ ἀποσυνάγωγος ſeu *extra Synagogam*, aut *abſque Synagogis* (ut vulgata) *fieri*. Sinagogam, qua proſeucham, aut cultus divini locum, ædeſve ſacras ſignificat, denotare, ſed univerſum populum Judaicum, ſexcenties in Fœdere veteri Sinagogæ nomine denotatum, non aliter atque apud Chriſtianos Eccleſiæ nomine populum Chriſtianum, quæ nihilominus pro ædibus item ſacris paſſim ſumitur. Sic Excommunicatus, a Triumviris ſui generis quibuſcunque, modo ſaltem ad mentem meliorem pœnitentia ductum rediiſſe cum eis conſtaret, legitime potuit abſolvi. Quod ut ſibi fieret ſi non ſedulo conaretur; ſed per tempus bimeſtre, maxime ſi ex ſententia forenſi excommunicatus fuiſſet, contumax perſtitiſſet, τῷ חרם *Cherem* anathematiſmo, ſeu diris, atque execrationibus, ex ſententia item fori feriebatur; interdum etiam carceri traditus; qua de re item nos plura loco ſupra indicato.

(a) *Lib.* 4. *De jure Nat. & Gent. cap.* 8. *&c. Adde Conſtant. L' emperetur in Bertram pag.* 371. *&c.*
(b) *Num.* 5. 2. *&* 19. 11. *&c. Levit.* 13. 46. *& cap.* 12.
(c) *Gemar. Babylon. ad tit.* Peſachim *cap.* 4. *fol.* 52. (*a*)
(d) *Ad finem Gemar. Bab. ad tit.* Beraooth. *& Maim. hal.* Talmud Tora *cap.* 6.
(e) *Johan* 9. 22. 12. 42.
(f) *Vide Luc.* 6. 22.
(g) *Videſis Druſ. Præterit.* 4. *ad Joh.* 9. 22.

C A P U X X I X.

Scripturariorum *ſententia de Annis, & Menſibus tum* intra *tum* extra Terram Iſraelis *obſervandis*, *etiam* poſt Cyclum Hillelianum *ita*, *ut oſteſum eſt*, *admiſſum*.

ITa diſcrepant in annali, & menſtruo computo Scripturarii Judæi a Talmudicis Cycli, quem diximus, Hilleliani introductionem, ut ejuſdem intra Terram ſanctam ne hodie quidem velint Scripturarii uſum admittere (*a*) phaſi ibi rationi, ac priſco intercalandi mori, ac tempori Abib, ſeu frugum ibi matureſcentium ſemper adhærentes. Extra vero Terram Sanctam eundem ipſum Cyclum amplectuntur. Eliah Ben Moſeh noſter, quoniam, inquit (*b*) qui extra Terram Sanctam degimus tempus Abib, ſeu matureſcentium frugum ſatis internoſcere nequimus הכרחנו להמשך אחרי חשבון העבור כפי מה שעושין אחינו ב״ה מפני שזה החשבון במשך אחר מציאת האביב בארץ ישראל בקרוב כי כשאין דעת הברור צריך ללכת אחרי דרך ההקרבה *Cogimur ſequi computum Intercalationis*, ſeu *Cyclum illum*, *quem item amplectuntur fratres noſtri Talmudici*, ſeu *Traditionales. Nam & computus ille adeo nititur tempore Abib*, *ſeu matureſcentium frugum in Terra Iſraelitica*, *ut eidem quotannis*, *aut reſpondeat*, *aut* pro-

proximet. Et ubi manifesta ratio deest, sequenda est ea, quam suppleat conjectura, seu *quæ veritati propior videatur.* Et dein explicat מחזור *Maczor*, seu Cyclum illum decemnovennalem cum certa intercalationis ratione in eo admitti solita, in qua nec tres continui anni communes, nec bini Intercalares. At vero de Judæis hujus generis in Terra Sancta agentibus, autor idem אלא אנשי ארץ ישראל הנמשכים על פי האביב לפעמים יעשו שלשה פשומות מחוברות ולפעמים שתים מעוברות וזהו מצד שנוי הזמנים בבכור והאחור והם הולכים אחרי דעת הברור ואנו הולכים אחרי דעת ההקרבה *Atqui Judæi, qui Terram Sanctam incolunt, tempore Abib, seu maturescentium ibi frugum nixi interdum tres faciunt annos Communes continuos, uti & interdum binos Intercalares; quod evenit ex citioris, aut serioris germinandi temporis discrimine. Utuntur scilicet ii ratione manifesta* (quæ scilicet juxta patrum scita in Terra sancta, ut ante ostenditur, recepta est) *Nos vero conjecturali, seu quæ a veritate non ita videatur distare.* Hinc sequitur, Communem fieri subinde in Terra Israelitica a recentioribus adeoque hodiernis Judæis Scripturariis annum, qui extra Terram eandem degentibus, sive Scripturariis, sive Traditionalibus intercalaris fuerit, uti & intercalarem ibi qui extra degentibus communis; adeoque tempus quod his Nisan, aut Tisri mensis fuerit, illis interdum esse Adar, aut Elul, atque e converso. Addit Eliah noster ex Rabbi Aharone in anno quarto Cycli Hilleliani 269 [qui respondet æræ Christianæ anno 1349] Mensem Tisri eundem fuisse Judæis Scripturariis in Terra Israelitica, qui Elul iis, qui extra degebant. Atque loquit, וכן תקרה בזמננו שנת מאתים וארבעים חמשה עשר למחזור הלכו אנשים מקהלתנו בעיר הקדש ואמרו ששנת ארבעה עשר כמחזור מאתים שבעים וששה שאנו בו והיה לנו עבור היה להם שנה פשוטה *& sic accidit tempore nostro, in anno* 240 (chiliadis scilicet Judaicæ sextæ, seu sub annum Christi 1480) *ac Cycli seu* Machzor *Hilleliani* 15. *Profecti sunt scilicet homines aliquot ex Ecclesia nostra in Urbem Sanctam, qui retulere annum 14 Cycli 276 qui nobis erat intercalaris* (ut oportuit ex ratione Cycli) *Judæis ibi degentibus generis nostri fuisse communem.*

(a) *Vide supra cap.* 10.
(b) Sedar 1. *cap.* 40.

C A P U T XX.

Gyracidis & Apocryphorum Esdræ *aliorumque* Scriptorum Judæis Græcorum (*ut Agathobulorum*, *Aristobuli*, *Fl. Josephi*, *Philonis*) *Testimonia*, *seu Vestigia aliquot de doctrina Temporum* Talmudica, *&* Karaitica *hactenus ostensa*. Neomeniæ, *&* Neomeniæ secundum Lunam *notiones variæ. Et de* Pronoumenia.

JUxta hactenus ostensa Judæi cum Talmudici tum Scripturarii, intelligunt illud a Numine in ipso creationis actu de Luminaribus prolatum: *Et* (*a*) *sint* ולמועדים ולימים ושנים *in signa*, *in certa*, seu *solemnia tempora*, *in Dies*, *& Annos*, uti & reliqua in corpore Mosaico de Annis, ac Mensibus, eorumque initiis, ac diebus occurrentia. Et quanquam ipsius Lunæ (cujus e phasi, & menstrua, & annua adeo variabant tempora) in hanc rem mentio in Lege sacra plane est nulla, sed Mensium duntaxat, & ראשי חדשים (*b*) *principiorum mensium*, attamen expressim legitur apud Syracidem (*c*) de Luna postquam de Sole est præfatus, ϗ ἡ Σελήνη ἐν πᾶσιν εἰς καιρὸν αὐτῆς, ἀνάδειξιν χρόνου, ϗ σημεῖον αἰῶνος. Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς. φωςὴρ μειούμενος ἐπὶ συντελείας. Μὴν κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐςιν. αὐξανομένη θαυμαστῶς ἐν ἀλλοιώσει. *Et Luna in omnibus pro tempore suo*, *ostensione*, seu *indicatione temporis*, *& signo seculi. A Luna signum diei festi. Luminare quod minuitur in fine* [*d*] (motus sui, seu periodi.) *Mensis secundum nomen ejus est. Crescit mirabiliter in mutatione.* Ibi autem codex Complutensis habet ϗ Σελήνην ἐποίησεν εἰς στάσιν ϗ καιρὸν αὐτῆς &c. *& Lunam fecit pro positura*, *& tempore suo &c.* In Apocryphis item Esdræ, Josias dicitur (*e*) *immolasse Pascha quartadecima Luna primi mensis*, & *Novilunium* quinti mensis postea (*f*) in eisdem memoratur. Atque in hisce quidem Lunæ ipsius expressior mentio. Id autem interea verum est, interpretibus veteris Testamenti Græcis τῆς Νεομηνίας vocabulum, seu Νουμηνίας *Neomeniæ*, quod *Novilunium* vertitur, multoties usurpari [uti & semel apud Paulum [*g*] Apostolum] pro *mensis initio*, atque substitui pro ipso חודש, quod tum pro *mense* sumitur tum pro ipso civilis *mensis initio*, atque etiam pro *Luna Nova*, a verbo חדש quod *renovare* significat. Si autem τὸ *Neomeniam* ἀπὸ τῆς μήνης, quod *Lunam* denotat (ut vulgo) potius quam ἀπὸ τοῦ

μηνὸς,

μωὸς, quod *Mensis* est, idque secundum nomen illud *Lunæ* Græcum, uti & ait Syracides, factum velis, tunc ipsa etiam Novilunii vox in eodem plane haberi potest quatenus Lunam primo e radiis solaribus emersam adeoque in Cœlo primo conspicuam, seu Phasin toties ante memoratam significat, seu quatenus ab Interlunio, seu occultationis tempore post Synodum discriminatur. Et certe Angli Neomeniam in sacris literis New-Moone (quod nunc pro synodo ipsa, nunc pro Luna primo post synodum conspicua hodieque sumitur) ut Galli *Novelle Lune*, Itali *nuova* ut Hispani *nueva Luna*, Germani New Mond (uti & cognatæ his linguæ) seu *Novam Lunam* interpretantur; ubi Syrus, & Arabs habent *initium mensis*, juxta locutionem Hebraicam. Sed vero ut idem vocabulum paulo variatum apud Græcos, & Lunam, & Mensem denotat, sic apud Hebræos etiam uti ipsum חודש est, & *Mensis*, & *Nova Luna*, ita ירח (*b*) est tam *Mensis* quam *Luna*, uti & in Linguis cognatis. Mensura scilicet pro Mensurato adhibita. Summa autem est, Neomeniæ, seu Novilunii nomen non solum pro Nova, seu prima, aut primo e radiis solaribus emersa Luna, *revertentes cum primum colligit ignes*, sumi, verum etiam pro mensis initio utcunque ab ipsa Synodo diebus aliquot distante. Unde & ubi mensis præteritus plenus, juxta ante ostensa, seu dierum triginta factus est, nulla scilicet phasi post interlunium legitima habita; dies trigesimus primus, seu civile mensis proximi initium Neomenia dicebatur, quemadmodum & Calendas vocamus, & vocarunt Romani veteres initia mensium etiam ubi Calatio, quod munus erat Pontificium, nulla. Quin & in Græcorum [*i*] commentariis non minus admitti videtur factum esse vocabulum illud ἀπὸ τοῦ μηνὸς quod *Mensis* est, quam ἀπὸ τῆς μήνης quod *Lunam* significat. Unde & distinctio illa Neomeniæ κατὰ Σελήνην *secundum Lunam*, ab ea, quæ simpliciter sic dicta, aut quæ μὴ κατὰ Σελήνην *non* [*k*] *secundum Lunam*, seu non mere Lunaris. Certe Thucydidi (*l*) Neomenia κατὰ Σελήνην *secundum Lunam* est ipsa Lunæ ἡ γένα, seu Nativitas [quatenus distinguitur ea [*m*] ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, seu ejusdem *ortu*] id est ipsa Luminarium Synodus, ut liquet ex eo quod æstate primi Belli Peloponnesiaci anni ait defecisse solem νεμηνία κατὰ Σελήνην *neomenia juxta lunam*, extra quod tempus nec eclipsin solarem haberi potuisse recte adnotat. Ipsum igitur Synodi tempus, seu eam Interlunii partem, quæ sola est eclipsis tempus, plane intelligit. Cæterum etiam Flavius Josephus Judæus doctissimus, non semel, eodem locutionis genere usus est, Neomenias, in rebus Judaicis Græce enarrandis, memorans; mensium nempe Atticorum, & Macedonicorum, qui Hebraicis propius respondere (nam, nec ipsi sibi inter ipsos, nec cum Hebræorum mensibus iidem omnino fuere) simul cum Hebraicorum ipsorum nominibus. Floruit ille sub Vespasiani, & quæ sequuntur tempora in Domitianum. Mariæ sororis Mosis obitum fuisse ait Xanthici mensis Macedonici [qui propius τῷ Nisan, seu primo Hebræorum, uti & ipse alibi (*o*), respondebat] νεμηνίᾳ κατὰ Σελήνην, & Aharonis κατὰ Σελήνην νεμηνίᾳ Hecatombæonis mensis Attici, qui sic respondebat τῷ Ab [*p*], seu nono Hebræorum. Gelenius substituit *Luna prima*, & quidem recte satis, si juxta illam Thucydidis Neomeniæ Lunaris notionem Josephi Græca sint intelligenda. Nam & scimus Interlunii tempus post Synodum *Lunam Primam* (*q*) Latinis vocatam, & Phasin, diesque sequentes, secundam, tertiam, & sic deinceps. Atqui Ruffino interpreti Josephi veteri, qui annos abhinc mille amplius ducentos sexaginta floruit, priori in loco pro Græcis illis habetur *mensis initio secunda Luna*, uti in posteriori *secunda Luna initio mensis*. Quæ etiam exemplaribus Ruffini Mss. binis in bibliotheca ad S. Jacobi Regia (quorum alterum quidem optimæ notæ) sunt consona. Ac *Mensis initium* is alibi, uti & *Novum mensem* (r) pro Neomenia substituit. Et ubi Mosis mortem tribuit Josephus (*s*) Distri Macedonum mensis Ἀδάρου δ' ὑφ' ἡμῶν, νεμηνίᾳ, *apud nos autem* (habet ille) *Adar mensis initio*. Quod male in Ruffini impressis legitur, *apud nos autem Adar mensis initium est*. Sed & κατὰ Σελήνην adjicitur apud Josephum diebus menstruis, quæ neomeniam sequuntur, ut decimoquinto, aliis. Israelitæ, inquit (*t*), reliquere Ægyptum πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ κατὰ Σελήνην *die* 15. *secundum Lunam*, Xanthici mensis. Jejunium item Magnum Septimi mensis, seu Tisri, quem Hyperberetæo Macedonum propius respondere facit (*u*), τῇ δεκάτῃ αὐτοῦ μηνὸς κατὰ Σελήνην *decimo diei ejusdem mensis secundum Lunam* tribuit, alibique similiter loquitur. Et Ruffinus locis jam indicatis *decima*, & *decimaquinta Luna* tantum habet. Sane si Neomenias, diesque mensis insequentes Hebraicos, seu quales tam Scripturarii

quam

quam Talmudici Judæi, ut ostensum est, suis receptos esse docent, apud Josephum in hac phrasi intelligas, necesse est, ut Novilunium ejus κατὰ Σελήνην *secundum Lunam* minime sumatur, ut Thucydidi, pro ipsa Synodo, sed pro Novilunio civili; scilicet aut pro phasi (ut quoties mensis proxime præteritus propter phasin cavus erat) aut pro trigesima prima a Novilunio civili proxime præterito die; ut, quoties mensis plenus, seu triginta dierum. Atque ita dies reliqui κατὰ Σελήνην hac notione apud eum dici potuere, quatenus a Noviluniis illis civilibus dinumerarentur. Phasis autem adeoque Neomenia ab illa pendens civilis sæpius die a Synodo, cujus dies Luna prima dici solita, secundo, id est secunda Luna habebatur; ut nemo nescit ex Lunari motu non raro nunc haberi. Anne igitur Ruffinus, cujus quidem sub ævum priscus phaseon usus evanuit, omnino apud Talmudicos (qui tamen a Scripturariis in terra sancta perpetuo retentus) ita Josephum intellexit, ut non tam verba transferenda, quam sensum sic substituendum duxerit, ut nomine *secundæ Lunæ* Neomeniam civilem phasi post coitum insignitam denotari voluerit? Græcis autem veteribus etiam ipsa Phasis, seu Neomenia ex phasi, Prima Luna, uti & dies insequens phasin secunda dici solita, quod scimus ex Gemino (x). Sed vero Josephus, *Mense*, inquit (y), *Xanthico, qui nostris Nisan vocatur* καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ Σελήνην ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος &c. Τὴν θυσίαν πάσχα λεγομένην δι' ἔτους ἑκάστου θύειν ἐνόμισε *& anni Principium est, die* 14. *secundum Lunam, Sole tunc Arietem obtinente, sacrificium Pascha dictum quotannis immolare præcepit*. Ubi Ruffinus, *quartadecima Luna, Sole opposito in Ariete*; Quod plane intelligendum de Luna decimaquarta, non ab ipsa Synodo putata; sed a Luna prima, seu Neomenia Lunari civiliter summa, seu Neomenia Lunari civiliter sumta, juxta superius explicata, si aut Talmudicis, aut Scripturariis credendum. Sed vero & heic expressius restatur Josephus de Paschatis immolatione, Sole Arietem tenente, id est, aut post æquinoctium vernum, aut in ipso, secundum id quod pariter, ut ostendimus, volunt Talmudici. Quin & Philo, Judæus & ipse Alexandrinus, Josepho paullo prior, heic consonus est. Diserte ille (z) de Mose; τὴν ἀρχὴν τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναγράφει μῆνα, *Primum mensem facit eum, qui sub Æquinoctium est Vernum, in quo mundi initium* [aa]. Et dein, τῷ δὲ μηνὶ τούτῳ περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν μέλλοντος τοῦ Σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς ἄγεται τὰ διαβατήρια, *Eodem in mense, die decima quarta, sub tempus ipsum, quo suum orbem Lumine complere solet Luna, celebratur Pascha*. Quod, juxta ante ostensa, necessario sic intelligendum sæpius de biduo, aut etiam triduo, ut interdum, veram Lunæ oppositionem sequente. Nam quantum tempus a Synodo vera ad Novilunium civile intercessit, tantum ut ab oppositione Lunari ad Lunam decimam quartam, seu mensis diei decimum quartum intercederet nemini non palam est. Etiam Æquinoctii verni tempus plane interpretatur Philo per id, quod est *Abib* mensis, seu *tempus frugum maturescentium*, de quo supra non semel; κατὰ γὰρ ταύτην, inquit, τὴν ὥραν ὁ σπάρτος, ἡ ἀναγκαία τροφὴ, τελεσφορεῖται, *tunc enim maturescunt segetes ad victum necessariæ*. Alibi (bb) etiam tantundem de Æquinoctio Verno, veluti cujus imprimis in Paschate rite celebrando ratio adhibenda erat, agnoscit. Ac initium Mensis, inter festa gentis suæ definiens, ait festum esse μετὰ σύνοδον τὴν κατά τινα Σελήνην νέαν, νεομηνίαν *quod sequitur Synodum* [Lunarem] *secundum lunam aliquam novam, seu Neomeniam*, ubi eodem sensu Neomeniam sumere videtur, quo Thucydides in ante citatis, seu pro Neomenia naturali; ac diem aliquem sequentem, seu Phasis tempus pro ipso Festo, seu Mensis initio, id est pro Neomenia Civili. Tametsi postea sane τὴν κατὰ Σελήνην (nam sic lego, non Σελήνης, ut in vulgatis) Νουμηνίαν etiam pro Phasis tempore usurpet. Νουμηνία γὰρ, inquit, ἄρχεται φωτίζειν αἰσθητῷ φέγγει σελήνην ἥλιος, *Neomenia incipit Sol splendore sensibili Lunam illustrare*. Et ἡ δὲ ἴδιον κάλλος ἀναφαίνει τοῖς ὁρῶσι, *ipsa vero proprium decus tum patefacit spectantibus*, quod de Phasi ut intelligatur necesse est. Hinc item ob menstruum Phasis, quoties haberi tempore suo potuisset, in Orientis partibus aliis usum veterem, Neomenia, Græco-barbare [cc] dicitur καινὸν φεγγάρι καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ νέου φεγγαρίου *Novum Luminare*, seu *principium novæ Lucis* menstruæ. Et sunt quidem viri magni [*dd*], qui Naturalis Neomeniæ dies, seu ipsas Synodos προνουμηνιῶν seu *Antenoviluniorum* nomine observatas Judæis fuisse volunt; quod fateor vocabulum occurrit in Græcis Judithæ [*ee*]. Eam scilicit ibi jejunasse dicitur *omnibus diebus viduitatis suæ* χωρὶς προσαββάτων καὶ Σαββάτων καὶ προνουμηνιῶν καὶ ἑορ-

τῶν

τῶν ϗ χαρμοσύνων οἴκȣ Ἰσραὴλ, *Exceptis Pro-sabbatis*, *& Sabbatis*, *& Pronoumeniis*, seu *Antenoviluniis*, *& festis lætitiæ diebus Domus Israel*, ut editiones habent Complutensis, Aldina, Regia, aliæ; in aliis, veluti Romana, & Francofurtensi, atque Codice vetustissimo, qui Teclæ tribuitur, in bibliotheca ad S. Jacob. Regia, etiam ϗ νȣμηνιῶν & *Noviluniis* adjecto. Certe nullibi video ego Talmudicis solennem observationem aliquam Anteneomeniæ tributam. Nisi quoties ex ratione festi duplicis, ante ostensa, binæ simul Neomeniæ servarentur, earum altera Pronoumenia forsan dici potuerit. Nec vocabulum illud locum in origine Judithæ codicum forte habuit. Nec aliud præter ϗ νεομηνιῶν &c. post Sabbatha ibi legendum merito suspiceris. Nempe Chaldaice primo scriptum librum illum ait Hieronymus, atque *multorum se codicum varietatem vitiosissimam amputasse*, *ac sola ea*, *quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis invenire potuit*, *Latinis expressisse*. At vero in Latinis habet ille tantum *præter Sabbatha*, *& Neomenias*, *& festa Domus Israel*. De Anteneomenia nihil omnino. Quod autem ad Æquinoctii tempus servandum, utpote anni, Paschatis causa, initii indicem attinet, legimus [ff] etiam alios Judæorum Scriptores Græcos, eosque gravissimos admodumque vetustos idem juxta superius ostensa tradidisse. Agathobulos nempe binos præceptores Aristobuli viri eximii, qui ex septuaginta Interpretibus erat, in commentariis suis ad Exodum docuisse δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν μεσȣ̃ντος τȣ̃ πρώτȣ μηνός. τȣ̃το δὲ εὑρίσκεσθαι, τὸ πρῶτον τμῆμα τȣ̃ ἡλιακȣ̃ ἤ, ὥς τινες αὐτῶν ὠνόμασαν. ζωοφόρȣ κύκλȣ διεξιόντος ἡλίȣ, *oportere universos Pascha immolare* (seu celebrare) *post vernum æquinoctium* (ita ut ante diem, quo conficitur æquinoctii Sydus non omnino fuerit celebrandum) *medio mense primo*; *atque tempus hoc esse*, *cum Sol primam sectionem*, seu *signum Solaris*, *seu*, *ut eorum nonnulli appellitant*, *signiferi circuli permeat*. Et de Judæorum, qui, nec Scripturariorum nomine, nec Talmudicorum vulgo veniunt, sed inter Græcos habentur Scriptores, consonantia heic, hactenus.

(a) *Genes.* 1.
(b) *Num.* 28. 11.
(c) *Cap.* 43. 6.
(d) *Sed vide Jos. Scalig. Canon. Isag. lib.* 3. *pag.* 264.
(e) *Lib.* 3. 1. 1.
(f) *Cap.* 8. 6.
(g) *Ad Coloss. cap.* 2. 16.

(h) *Psalm.* 8. 4. *Deut.* 21. 13. *&c.*
(i) *Hesychium*, *Etymologic. Magnum*, *Glossar.*
(k) *Vide Jos. Scalig. de Emend. lib.* 1. *pag.* 24. (*a*) *lib.* 2. *pag.* 61. (*c*).
(l) *Lib.* 2.
(m) *Achil. Tatius in Aratum: cap.* περὶ Σιλήνης.
(n) *Orig. Judaic.* 4. *cap.* 4.
(o) *Lib.* 3. *cap.* 10. *&* 11.
(p) *Videsis Samuel. Petitum in Eclog. Chronolog. lib.* 1. *cap.* 10. *&* 19. *& lib. Nostrum* 1. *de succeß. in Pon. cap.* 1.
(q) *Vitruvius*, *lib.* 9. *cap.* 4. *Plinius*, *alii*.
(r) *Lib.* 3. *cap.* 10.
(ſ) *Lib.* 4. *cap.* 8.
(t) *Orig. Jud. lib.* 2. *cap.* 6.
(u) *Lib.* 3. *cap.* 11.
(x) *Elem. Astronom. cap.* 6.
(y) *Lib.* 3. *cap.* 11.
(z) *Lib.* 3. *de Vita Mosis.*
(aa) *Vide Philonem lib. de Septenario p.* 1190. *&* 1191.
(bb) *Libro citato*, *pag.* 1174. *&c.* 1189.
(cc) *Simon Portius in Lexico.*
(dd) *Jos. Scalig. lib.* 3. *de Emend. Temp. pag.* 209. *& Can. Isagog.* 204.
(ee) *Cap.* 8. 6. *ubi vide Nic. Serrarium quæst.* 11. 12. 13.
(ff) *Anatol. apud Euseb. Eccl. hist. lib.* 7. *cap.* 32. *Gr. lat.* 36.

CAPUT XXI.

Ex Paganis *nonnullis Scriptoribus*, *&* Christianis *vetustis*, *loca aliquot ad* Temporis rationem Judaicam *ante ostensam attinentia*. Christianis primitivis *disciplina hac in re cum* Judaica *eadem*. *Et de* veteri Paschatis observatione *locus ex Eutychio Patriarcha Alexandrino animadvertendus.*

ETiam in Scriptis cum Paganorum Veterum tum Christianorum Judaico, quem ostendimus usui coævorum occurrunt, quæ jam dictis de phasi Lunari, & varia, incertaque annorum quantitate satis consonant. Ad Neomeniarum solennitatem Judaicam omnino attinet illud Horatii [*a*].

---- *Hodie tricesima Sabbata*, *Vin' tu Curtis Judæis oppedere?* ---- id est, plane προσπέρδειν vel καταπέρδειν [vocabulum apud Aristophanem obvium] seu *ventris crepitu*, sive sonorius emisso, sive petulantius simulato Judæos buccinis arietinis Neomeniam pro more celebrantes *contumeliosius*, *& ludibrio habere*. Quin & Galenus τοῖς κατὰ παλαιστίνην *eis*, *qui Palæstinam incolunt* annum fuisse ait [ubi [*b*] de Latinorum item, & Græcorum mensibus agit] dierum 354. seu mere Lunarem, mensisque apud eos intercalandi morem ejusmodi memorat incertum, ut pro eo quem descripsimus facile sumere liceat. Judæos autem ab eo intelligi non dubitandum. Nam & alibi (*c*) Lapis in Palæstina proveniens

La-

Lapis ei dicitur Judaicus, & Balsami liquor, qui ex Judæa, e Palæstina ei [*d*] petitur. Scripsit autem Galenus sub Commodo Augusto, seu sub annum a Christo 180. cum priscus ille Judæorum mos in temporum ratione nondum evanuerat. Autor item concionis [*e*] Petro Apostolo tributæ, quæ sane vetustissima est, Judæos corripit, quod Lunam, & Mensem adorantes, ἐὰν, inquit, μὴ Σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, οὐδὲ Νεομηνίαν ἄγουσι, οὔτε ἄζυμα οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν, *nisi apparuerit Luna*, *Sabbatum non celebrant Primum dictum* [quod pro Neomenia Tisri accipiunt alii (*f*), alii (*g*) pro primo Azymorum die] *nec Neomeniam*, *nec Azyma*, *nec festum* [quod κατ᾽ ἐξοχὴν pro Pentecoste sumitur] *nec diem Magnum*, quam volunt aliqui fuisse Scenopegiam. Sed tam in Evangelio [*h*] quam in concilii Ancyrani [*i*] Canonibus Dies Magnus, pro ipso Paschatis die usurpatur. *Præclara quidem ista* [inquit Josephus Scaliger] *sed nescit quid dicit*. Nec ad phasin Lunarem locum attinere vult ille; sed ad feriarum translationem. At mihi satis est persuasum, hoc tantum ab autore hoc prisco innui; adeo scilicet ex phasi Lunari apud Judæos solennitatum menstruarum celebrationes simulque festa insigniora mobilia universa pependisse [juxta superius ostensa] ut idem fuerit ac si dixisset aliter, atque aliter omnimoda ejusmodi festa se habuisse prout Lunaris phasis in mensis initio haberetur, aut minimo. Scilicet si non apparuerit Luna tempore suo, seu nocte trigesima tunc dies illos Hierosolymis non omnino servandos [nec alibi sine festo duplici servandos] qui aliter plane servari, præeunte, atque agnita phasi, debuissent. Unde & Epiphanio, ex usu Judaico qui ante Cyclum Hillelianum obtinuit, festa illa vocantur αἱ [*k*] ὑποπίπτουσαι τοῦ κατὰ Σελήνην νεομηνίας καὶ αἱ καθεξῆς ἑορταὶ, *Festa*, aut *Solennitates*, *quæ Neomeniam juxta Lunam*, seu *Phasis Lunaris causa evenere*, *&* *quæ inde pependerunt*, ut Pascha, dies Paschales continui, Pentecoste. Hæc scilicet ut Mobilia, & pro civili Neomeniæ varietate [quæ tamen sub Epiphanii seculum Cyclo illo Hilleliano coercebatur] aliter, atque aliter recurrentia, distinguit ab hebdomadario Sabbato φύσει ἀνακυκλουμένῳ *natura*, seu similiter semper *revertente*. Certe nec desunt, qui firmari hæc velint ex illo Evangelii [*l*] ubi dicitur Judam venisse, tempore nocturno ipsius Paschatis, μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων *cum laternis & facibus*; unde colligi scilicet posse existimant [*m*], Plenilunium, seu decimamquartam a Synodo Lunam Pascha ipsum, seu decimum quartum diem primi Mensis, seu Nisan sic antevertisse ut Novilunium naturale, seu vera Synodus antevertat [veluti, sive biduo, sive triduo] mensis ejusdem phasin, aliudve initium. Aliter enim nec facibus, aut laternis adeo [*n*] opus fuisse; cum non solum in ipso plenilunio, sed & in tempore utrinque proximante satis esse soleant noctes in cœlo illo plerunque sereno, sub id tempus lucidæ.

Nec solum Judæis olim sed & Christianis Primitivis, maxime ex Judæis, Annalis, ac Menstrua observatio, qualis ante describitur, in usu. Quemadmodum enim Christus in terris ipse, ac discipuli ejus, Apostolique legem, moresque Judaicos violare nolebant [*o*], ita & post ascensionem Discipulos, ac Apostolos, etiam & Ecclesiam maxime Hierosolymitanam integram, earundem legum, morumque diu admodum fuisse tenaces liquet. Sic enim Jacobus, & Presbyteri Hierosolymitani ad Paulum (*p*). *Vides frater quot myriades sunt in Judæis*, *qui crediderunt*, καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι *& universi sunt Zelotæ legis*, seu qui legem Mosaicam ut sanctissimam servari volunt. *Audierunt autem de te* ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως *Apostasiam doces a Mose Judæos*, *qui per Gentes sunt omnes*, *dicens non oportere eos filios circumcidere*, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν *neque in moribus* (avitis, seu Judaicis) *ambulare*, seu *neque secundum instituta*, aut *mores vivere*; ubi & codicem Ms. unum habere notat Robertus Stephanus ut etiam & Beza, ἔθεσι τοῖς πατρῴοις *moribus avitis*, *patriis*, seu *paternis*. Vulgata ibi substituit, *neque secundum consuetudinem ingredi*, quod Wiclefius nostras olim vertit neither omen to enter bi custom, *cum ingredi* ibi pro *incedere*, seu *ambulare*, non pro *introire* usurpetur; id est, pro *vivere*, ut in versionibus Anglicanis, quæ secutæ sunt, to live after the customs. Verum quidem est Synodo Hierosolymitana (*q*) ab Apostolis, & Presbyteris annos aliquot ante definitum fuisse nihil Gentibus quæ Christo nomen dederant, satisque aliter simplicem cultus Christiani rationem erant edocti, velut ex religione insuper necessarium, imponendum præter abstinentiam Idolothytorum, Suffocati, ac Sanguinis, (quod ad Res per se pro tempore interdicendas attinuit) καὶ πορνείας, καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυ-

ἑαυτοῖς γίνεσθαι ἑτέροις μὴ ποιεῖτε, *& Incestus* (quod *Fornicatio* vulgo heic, uti, & alibi vertitur) *& quæ non vultis vobis fieri, aliis ne feceritis*. Quæ posteriora ad Personas spectant nunquam non observanda. Unde & concubitus in Levitici decimo octavo interdicti, ac Apostolorum [r] lingua τῆς πορνείας nomine designati, etiam pro interdictis in Ecclesia Christiana perpetuo habiti. Quod vero dein sequitur, certissimum est, ac universale, modo rite intellectum, Æquitatis, Jurisdictionisque omnimodæ, Officiorumque invicem humanorum firmamentum, ac divinum Tabulæ secundæ [s] compendium. Atque habetur quidem in exemplaribus Græcis vetustis, optimisque Novi fœderis editionibus Græcis, atque etiam codice Æthiopico, uti item in antiquissimis Latinorum, atque in eo quo olim Anglicana Ecclesia usa est, ut alibi [t] observavimus. Neque exiguus est ejusdem, ut ibi reperitur, si cum judicio perpendatur, in rebus momenti gravissimi, quæ agitari solent discutiendis, usus. Verum ita de Christianis ex Gentilibus tunc δογματα [u] τὰ κεκριμμένα *dogmata decreta* fuere. At interea Christianis ex Judæis alia hactenus & postea, aut necessaria habita, aut velut necessaria necdum prætermittenda; legis scilicet integræ, morumque patriorum tam qui ad Cæremonialem quam qui ad Judicialem, aut Moralem attinuere, inde pendentium observatio, ut ex paulo ante citatis vides; quæ ad Ecclesiam Hierosolymitanam primario spectabant, & consequenter, ad Christianos ex Judæis dispersos, qui Hierosolyma ut exemplar, juxta disciplinam tunc receptam, sequendum habuere. Obviæ sunt disputationes (x) in Scholis *de Cessatione legalium*, maxime quæ Cæremoniarum nomine veniunt, in quibus agitur de Tempore, quo primum si efficaciam spectes, mortua fuerint, quo primum mortifera, seu illicita, & quando & quomodo *mortua mater Synagoga*, seu lex Mosaica aliquandiu servata (ut illustriorum, ante Sepulturam, cadavera) demum sepeliretur. Et egregius ea de re etiam, extat liber Roberti Capitonis (*Grosse teste* vocitant) Lincolniensis olim Episcopi nondum typis editus, qui luce sane dignissimus. Sed diu post Christi passionem inter Christianos ex Judæis Legalia, & quæ inde pendent omnimoda servata esse, extra controversiam fit. Etiam tota minimum tempore, quod in sacra Actorum historia continetur, seu usque ad ampliorem Evangelii divulgationem, imo usque ad excidium Hierosolymitanum sub Vespasiano (anni sic sunt essent ab incarnatione Christi amplius septuaginta) idem obtinuisse volunt viri docti. Inter mores igitur Judaicos sic a Christianis retentos dubitari nequit quin etiam haberetur illa ipsa, quam ostendimus Annorum, & Mensium ratio legalis, sine qua festa, aliaque sacra non pauca rite celebrari non potuisse, nemo non videt. Nec Christianos ex Judæis solum; sed & ex Gentilibus Legi Mosaicæ quam par erat addictiores eo in seculo fuisse, scimus ex Epistola ad Galatas, quos & expressim reprehendit Paulus (y) quod *Dies observarent, & Menses, & tempora, & Annos*, inter reliqua rudimenta Mosaica. Unde etiam adnotatur pseudapostolos, quorum illi doctrinam secuti essent non solum circumcisionem prædicasse ἀλλὰ καὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς Νεομηνίας, *verum etiam Ferias, & Novilunia*. Quin & postquam evanuerat reliqua Legalium observatio, hæc de Temporibus sibi digerendis diu ita mansit apud Christianos Asiaticos, ut Pascha suum, quod in festis habuere primarium, non aliter servari velint quam Judaicus Annorum, & mensium computus observandum designaret; id est eodem cum Judæis die, seu decima quarta Luna primi Mensis Judaici, quemcunque in diem hebdomadis Luna illa inciderat. Qui mos quidem Ecclesiis aliis displicuit, non alio quam Dominico die Lunam Judæorum decimam quartam sequente festum illud celebrari quotannis volentibus. Atque utraque pariter opinio in sui tutelam antiquitatem etiam, & ut fieri amat, Apostolicam traditionem præ se ferebat. Qua de re obvia sunt perplurima eaque expressissima (z) apud Eusebium, Socratem, Epiphanium, alios. Sed vero etiam qui Diem Dominicum sic volebant solum servari, eos non minus juxta Judaicum computum rem statuisse quam qui Lunam decimamquartam, cuique palam est, quamdiu scilicet annorum certus ad hanc rem Cyclus a Christianis sibi repertus erat nullus. Tandem enim præeuntibus, ut fieri solet, aliquot incassum tentamentis, & Judæi sibi, & sibi Christiani (& puto sane diu ante Judæos) cyclos, & fecere, & demum inter se publice recepere certos; saltem pro certis, & similiter per annos aliquot in se redeuntibus habitos. De Judæis diximus nos supra. De Christianis, Chronologi passim. Maxime Ægidius Bucherius ad Canonem Victorii Aquitani Paschalem. Quoniam vero etiam


iam apud Eutychium Patriarcham Alexandrinum, Arabem nondum editum, hac de re legitur, quod ſtudioſis forte non omnino ingratum erit, illud etiam adjicere heic viſum eſt. Res tractans ille, quæ ad Victoris Papæ ſeu Severi Auguſti tempora, id eſt ad annum Chriſti 200. aut præter propter, attinent, كتب inquit وي داك الفصر
ديمتريوس بطريرك الاسكندريه
الي غابيوس لسقق بيت المقدس
والي مقبموس بطريرك انطاكيه
والي بقطر بطريرك روميه ي سبب
حساب فصح النصاري فصومهم
وكيف يستخرج من فصح اليهود
ووضعوا ي هذا كتب كثيره
ورسيل حتي تثوا فصح النصاري
علي ما هو عليه اليوم * وذاك لن
النصاري كانوا من بعد صعود
سيدنا المسيح الي السما اذا عيدوا
الجميم من لغلد يبدوا يصومون
لربعون يوما ويفطرون كما فعل
سيدنا المسيح * لان سيدنا المسيح
لما عتمد ي الاردن خرج الي
البريه فاقام بها صايما لربعون يوما
وكان النصاري ان كان فصح
اليهود عيدوا هم ليض الفصح *
ووضعوا هولا البطارك حسابا
الفصح ليصومون النصاري لربعون
يوما ويكون فطورهم ي يوم الفصح

Tempore in illo Scripſit Demetrius Patriarcha Alexandrinus ad Agapium Epiſcopum Hieroſolymitanum, & Maximum Patriarcham Antiochenum, & Victorem Patriarcham Romanum, de materia Paſchali Chriſtianorum, & eorum Jejunio (perquam obvium eſt Patriarchas Alexandrinos Epiſtolas Paſchales ſuas quotannis olim alias ad Eccleſias emittere ſolitos) *& quomodo diſcriminandum eſſet a Paſchate Judæorum. Et quamplurima Scripta, & Epiſtolæ hac de re hinc inde fuere; adeo ut demum conſentirent in Paſchatis obſervationem qualis hodierna eſt. Scilicet cum Chriſtiani poſt Aſcenſionem Domini Noſtri Chriſti in cœlum celebrabant Epiphaniorum diem* (*aa*), *ab eo die Jejunabant quadraginta dies, & tunc Jejunium ſolvebant, quemadmodum fecit Dominus noſter Chriſtus. Etenim Dominus noſter Chriſtus, cum baptizatus eſſet in Jordane, egreſſus eſt in Deſertum, ubi per quadraginta dies jejunavit. Cum autem Judæi ſuum celebrabant Paſcha tum item ſuum pariter Chriſtiani. Sed ſtatuere Patriarchæ hi computum Paſchatis ejuſmodi dein fore, ut Quadraginta dies jejunarent, & dies quo jejunium ſolvereat, eſſet ſibi Paſcha.* Id eſt ut quadraginta dies jejunarent ante Dominicum diem, qui ſequeretur Paſcha Judæorum, & tunc jejunium ſolverent. Quod & alibi ſic ſatis explicat. Nam de Synodo Nicæna verba faciens, & ejuſdem de Paſchate decreto واتفقوا ait
ي لن يكون فصح النصاري ي يوم
الاحد الذي يكون بعد فصح
اليهود * ولن لا نكون فصح اليهود
مع فصح النصاري ي يوم واحد *
وثبتوا ما وضعه ديمتريوس
بطريرك الاسكندريه وغاباليوس
لسقف بيت المقدس ومقسيموس
بطريرك انطاكيه وبقطر بطريرك
روميه من حساب الصوم والفصح
ولن يكون فطر النصاري يوم
فصحهم وهو يوم الاحد الذي يكون
بعد فصح اليهود *Et decreverunt ut Chriſtianorum Paſcha foret dies Primus* [ſeu Dominicus] *qui ſequeretur Paſcha Judæorum, nec celebrandum Paſcha Chriſtianorum ſimul*, ſeu *eodem die cum Judæorum. Idem ſcilicet ſtatuere, quod & ante Demetrius Patriarcha Alexandrinus, & Agapius Epiſcopus Hieroſolymitanus, & Maximus Patriarcha Antiochenus, & Victor Patriarcha Romanus, de Jejunio, & Paſchate, ut nimirum Jejunium ſolverent die quo Paſcha celebrarent, quæ feria eſſet prima*, ſeu Dominicus, *qui Judæorum Paſcha inſequeretur*. Id eſt plane ut die Dominico decimam quartam Lunam ſequente eam, quæ proxime Æquinoctium vernum ſequebatur, Paſcha Chriſtianorum celebraretur, velut *ἀναστάσιμον*, ſeu *Feſtum Reſurrectionis* non ut *σταυρώσιμον* ſeu *Feſtum Crucifixionis*, more Judaico. Quod quidem Patribus Nicænis tribui ſolet (*bb*) (licet in eorum Synodi Canonibus, nec Græcis, nec Arabicis comperiatur) atque etiamnum in Eccleſiaſticis Chriſtianorum Cyclis obtinet. Tam Æquinoctii igitur ra-

tionis quam Lunæ decimæquartæ, ac Terminorum Paſchalium origo ex Judæorum eſt uſu; de quo ſupra. Atqui interea immolare quidem Paſcha rite ex ſententia ſua potuere illi pridie æquinoctii, ſed non omnino diutius ante. Scilicet Paſchale feſtum illud quod Azymorum primo, ſeu Luna decimaquinta incipiebat, æquinoctium antevertere nunquam debuit, ut oſtenſum eſt [*cc*]; juxta quod intelligenda, quæ de Æquinoctio habent Scriptores ex Judæis Græci ſupra citati. Hinc partim forſan ſcimus quid ſibi velit canon ille vetuſtus [ſed Apoſtolis falſo tributus (*dd*)] Epiſcopum, Presbyterum, Diaconum gradu ſuo dejiciendum, ſi Paſcha πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει *ante vernum æquinoctium cum Judæis egerit*. Nam qui eodem cum Judæis die Paſcha Chriſtianum, jejunium ſolvendo, agebant quoties in æquinoctium Luna decimaquinta incidebat, plane ante æquinoctium Paſcha ſuum celebrabant. Die ſcilicet pridiano immolabant olim Judæi, ſtante Templo, uti & poſt Excidium faciebant quod immolationis locum ſibi ſuppleret. Certe palam eſt inter Chriſtianos vetuſtiſſimos, receptam fuiſſe etiam ſententiam illam de Paſchate ante Æquinoctium non celebrando, quod ſatis ediſcitur ex illo Dionyſii Epiſcopi Alexandrini (*ee*) ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν *non aliter debere eos Paſchatis feſtum agere quam poſt vernum Æquinoctium*. Floruit ille ſub annum Chriſti 250. Nec ea de re dubitavit Anatolius (*ff*) Epiſcopus Laodicenus, qui non ita multis inde annis de Paſchate ſcripſit, uti nec Epiphanius (*gg*) aut autores conſtitutionum quas Apoſtolicas (*hh*) vocamus, nec fere qui dein ſecuti ſunt. Et perſuaſiſſimum ſane habeo, ex doctrina Judaica, ante oſtenſa, id eſt Talmudicis recepta, ſententiam hanc in Chriſtianos manaſſe. Quod vero ſubinde ſic occurrit de celebratione Judaica ante Æquinoctium, non intelligendum exiſtimo perinde ac ſi illi (ſaltem Talmudici) unquam agnoſcerent legitimam fuiſſe ſimpliciter ejuſmodi celebrationem, ſed capiendum, aut de immolatione, ut dictum eſt, æquinoctio pridiana, aut de Karæorum ſectæ forſan uſu ubique ante cyclum Hillelianum receptum, atque etiam poſt in Terra Sancta (nam Æquinoctii rationem eis citra cyclum illum habitam nondum didici) aut potius de diverſis circa Æquinoctii tempus, & locum placitis. Scimus enim ex Gemino, Hipparcho, Achille Tatio, Ovidio, Columella, Plinio, Vitruvio, Manilio, Capella, veterum aliis, cardines ſolaris circuitus (id eſt Judæorum Tekuphas) in ſignorum quidem initiis, ut hodie, aliis interea in partibus octavis, in decimis, duodecimis, decimiſquintis, aliterque aliis locatos; adeoque juxta diſcrimen hujuſmodi aliter atque aliter in Ariete locatam Tekupham Niſan, ſeu Æquinoctium Vernum. Non igitur in doctrina de celebratione ante Æquinoctium diſcrepaſſe opinor tunc Talmudicos, & Chriſtianos. Sed ex eo quod illud Zodiaco citius perfici crederent illi, quam calculo in ſuo hi tunc admitterent, irrepſiſſe illam de celebrationis anticipatione objectionem. Hac autem de re, ſi plura velis, conſulas ante alios, Dionyſium Petavium, maxime in Epiphanii hæreſes 51. & 70. & in Diſſertationibus ad Auctarium, & Ægidium Bucherium cum in Victorii Canonem, tum in Tractatu de Paſchali Judæorum Cyclo.

(a) *Lib.* 1. *Serm.* 9.
(b) *Comment. in Hippocr. lib.* 1. *Epidem. l.* 1.
(c) *Lib.* 9. *de ſimplic. Medicam. facult. cap. de Lapidibus*.
(d) *Lib.* 1. *de Antidotis*.
(e) *Apud Clem. Alexandrin. ſtrom. l.* 6.
(f) *Joſeph. Scalig. in Prolegom. ad lib. de emend. Temp. & Dionyſ. Petav. in Epiphan. Hæreſ.* 30.
(g) *Iſaac. Caſaubon. exercit.* 14. *num.* 4.
(h) *Johan.* 19. 31.
(i) *Can.* 7. *& ibi Zonaras & Balſamon*.
(k) *Hæreſi* 30. *num.* 32. *ſeu Ebionæorum*.
(l) *Joann. cap.* 18. 18. 3.
(m) *Georg. Hervvart in Chronolog. part.* 1. *c.* 171.
(n) *Sed vide Hug. Grot. in Notis Evangelicis, pag.* 1007.
(o) *Matth.* 23.
(p) *Act. Apoſt.* 21. 20.
(q) *Act.* 15. 29.
(r) 1. *Corinth.* 5. 2.
(ſ) *Videſis Nic. Serrarium ad Tobia c.* 4. *præcept.* 6.
(t) *Lib.* 7. *de Jure Nat. & Gent. cap.* 12.
(u) *Act.* 16. 4.
(x) *Thom. Aq.* 1. *ſecundæ quæſt.* 103. *art.* 4. *Scotus ad lib.* 4. *ſent. diſt. quæſt.* 4. *Jo. Bachon. in ſent. prolog. quæſt.* 6. *art.* 4. *alii ibidem, Suarez de Legibus lib.* 9. *cap.* 10. *&c.*
(v) *Ep. ad Galat.* 4. 10. *& ibi Theophylactus*.
(z) *Eccleſ. Hiſt. lib.* 5. 25. *gr.* 23. *lat. Ruffin. cap.* 24. *& Socrat. lib.* 5. *cap.* 21. *Nicephor. Calliſt. lib.* 4. *cap.* 37. *&c.*
(aa) *Videſis Concil. Aurel.* 4. *cap.* 1. *Caſſian. collat.* 10. *præf. ad Epiſt. Paſchal. Theophili Patriarchæ Alexandrini. Concil. Antiſiodor. cap.* 2.
(bb) *Vide Canon.* 1. *Concil. Antioch. Euſeb. de vita Conſtantini lib.* 3. *cap.* 17. *Socrat. lib.* 1. *c.* 6. *& lib.* 5. *cap.* 21. *& Scriptores de Paſchate obvios*.
(cc) *Vide ſupra cap.* 6. *pag.* 28.
(dd) *Can. Apoſt.* 7.
(ee) *Apud Euſeb. hiſt. Eccl. cap.* 20. *gr.* 15. *lat.*
(ff) *Ibid. cap.* 32. *lat.* 26.
(gg) *Hæreſi* 70. §. 11.
(hh) *Lib.* 5. *cap.* 16.

VIRO



MAIMONIDIS CONSTITUTIONES DE SANCTIFICATIONE NOVILUNII.

Cum interpretatione Latina

LUDOVICI COMPIEGNE DE VEIL.

פרק ראשון

א חרשי השנה הם חרשי הלבנה שנאמר עולת חרש בחרשו ונאמר החרש הזה לכם ראש חרשים כך אמרו חכמים הראה לו הקרוש ברוך הוא למשה במראה הנבואה דמות לבנה ואמר לו כזה ראה וקרש והשנים שאנו מחשבין הם שני החמה שנאמר שמור את חרש האביב.

ב וכמה יתרה שנת החמה על שנת הלבנה קרוב מאחד עשר יום לפיכך כשיתקבץ מן התוספת הזאת כמו שלשים יום או פחות מעט או יותר מעט מוסיפין חרש אדר ועושין אותה השנה שלשה עשר חרש והיא הנקראת שנה מעוברת שאיפשר להיות השנה שנים עשר חרש וכך וכך

CAPUT I.

§. I. Menses nihil aliud esse, quam lunæ * novitates, vel ex eo cognosci licet, quod in Lege est: *Hoc erit suum cujusque novitatis holocaustum: Num.* 28. 14. &c. & alio loco, *Novitas ista vobis* (*esto*) *principium mensium*, &c. *Exod.* 12 2. Quod sapientes quidem sic interpretati sunt, ut vellent per visum a Deo lunæ novæ * speciem objectam esse *Mosi*, atque eidem præscriptum, ut cum similem visurus esset, eam illico consecraret. At anni diriguntur a nobis ad conversionem solis annuam, quod scriptum in Lege sit. *Observato mensem novarum frugum* &c. *Deut.* 16. 1.

§. II. Annus enim solis fere major est anno lunæ diebus undecim: ex quo cum sint dies collecti triginta, plus, minusve, annum uno mense facimus longiorem, qui annus vocatur intercalaris: neque enim fieri potest, ut annus e duodecim mensibus constituatur, & diebus aliquot. Nam quod in Lege di-

ימים שנאמר לחדשי השנה חדשים אתה מונה לשנה ואי אתה מונה ימים.

ג הלבנה נסתרת בכל חדש ואינה נראת כמו שנים ימים או פחות או יותר מעט כמו יום אחד קודם שתדבק בשמש בסוף החדש וכמו יום אחד אחר שתדבק בשמש ותראה במערב בערב ובלילה שתראה במערב אחר שנסתרה היא תחלת החדש ומונין מאותו היום תשעה ועשרים ואם יראה הירח ליל שלשים יהיה יום שלשים ראש החדש ואם לא יראה יהיה ראש החדש יום אחד ושלשים ויהיה יום שלשים מחדש שעבר ואין נזקקין לירח בליל אחד ושלשים בין שנראה בין שלא נראה שאין לך חדש לבנה יותר על שלשים יום.

ד חדש שיהיה תשעה ועשרים ויראה ירח בליל שלשים נקרא חדש חסר ואם לא יראה הירח ויהיה החדש שעבר שלשים יום נקרא חדש מעובר ונקרא חדש מלא וירח שיראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בזמנו ואם נראה בליל אחד ושלשים ולא נראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בליל עבורו.

ה אין ראית הירח מסורה לכל אדם כמו שבת בראשית שכל אחד מונה ששה ושובת בשביעי אלא לבית דין הדבר מסור עד שיקדשוהו בית דין ויקבעו אותו היום ראש חדש הוא שיהיה ראש חדש שנאמר החדש הזה לכם עדות זו תהיה מסורה לכם.

ו בית דין מחשבין בחשבונות כדרך שמחשבים האיצטגנינים שיודעין מקומות הכוכבים ומהלכם וחוקרים ומדקדקין עד שידעו אם אפשר שיראה הירח בזמנו שהוא ליל שלשים או אי איפשר אם ידעו שאיפשר שיראה יושבין ומצפין לעדים כל היום כולו שהוא יום שלשים אם באו עדים ודרשום וחקרום כהלכה ונאמנו דבריהם מקדשין אותו ואם לא נראה ולא באו עדים משלימין שלשים ויהיה חדש מעובר ואם ידעו בחשבון שאי איפשר שיראה אין יושבים יום שלשים ואין מצפין לעדים ואם באו עדים יודעין בודאי שהן עידי

dicitur. *Primum anni mensium esto* *Exod.* 12. 2. indicat menses quidem integros anno annumerandos esse, non ita dies.

§. III. Singulis mensibus occulitur luna, & duo circiter dies non aperitur, paulo plus, minusve: alterum scilicet diem antequm ad extremnm mensem soli conjuncta. Tum vesperi rursus in occidentis partibus aperitur. Qua vero nocte luna primum postquam delituit, aperitur, ab ea mensis initium ducitur. diesque numerantur novem & viginti, nam si tricesima nocte mensis luna nova jam videatur, dies ille tricesimus ipse mensis ineuntis est princeps: sin minus, mensi exeunti ascribitur; alter ab uno & tricesimo die mensis incipit. Porro rricesimo primo die nihil curandum est, luna nova videaturne, an non? Id enim omnino fieri nunquam potest, ut mensis lunaris sint plures, quam dies triginta.

§. IV. Itaque luna cum se aperuerit tricesima nocte, mensis constiterit omnino diebus e viginti novem, qui mensis cavus nominatur: sin autem ea nocte occultetur adhuc, mensis exiens dies habet triginta, qui cum iatercalaris, tum etiam plenus appellatur. Ac quæ luna videatur nocte tricesima, suo se tempore aperire dicitur: sin vero posteriori demum nocte cernatur, nimirum ea luna est, quæ nocte intercalationis suæ conspici dicitur.

§. V. Sed hæc observatio lunæ non est cuique hominum commissa ac credita sic, uti ** septimus a mundo costituto dies, quem diem licet quisque, numeratis diebus sex, ipsemet iustituat atque in otio degat: calendas autem definire ac consecrate consilii proprium est: Quod enim in lege dicitur: *Novitas est vobis* &c. *Exod.* 12. 2. significat hujus rationis descriptio pendet e vobis.

§. VI. Consilium igitur ratione astrologorum, qui syderum norunt statum atque motum, sedulo perscrutabatur & exquirebat, fierine posset, ut suo tempore luna aperiretur, id est nocte tricesima mensis, an se res haberet secus? Si esset, ut posset, die trigesimo toto expectabantur de luna nova nuncii: qui si venerint, intrrogati rite fuerint, testimonia illorum constiterint, idem ille dies dedicabatur: sin minus, intercalabatur: id est, dies ille tricesimus exeunti mensi apponebatur: sin vero foret rationibus liquidum fieri nullatenus posse, luna ut id temporis aperiretur, nuli expectabantur nuncii: tum si qui venissent perspicuum erat aut eos ementiri

שקר או שנראת להם דמות לבנה מן העבים
ואינה הלבנה הוראית.

ז מצות עשה מן התורה על בית דין
שיחשבו וידעו אם יראה הירח או לא
יראה ושידרשו את העדים עד שיקדשו
את החדש וישלחו ויודיעו שאר העם באי
זה יום הוא ראש חדש כדי שידעו באי
זה יום הן המועדות שנאמר אשר תקראו
אותם מקראי קדש ונאמר ושמרת את
החקה הזאת למועדה.

ח אין מחשבין וקובעין חדשים ומעברין
שנים אלא בארץ ישראל שנאמר כי מציון
תצא תורה ודבר יהוה מירושלם ואם היה
אדם גדול בחכמה ונסמך בארץ ישראל
ויצא לחוצה לארץ ולא הניח בארץ ישראל
כמותו הרי זה מחשב וקובע חדשים ומעבר
שנים בחוצה לארץ ואם נודע לו שנעשה
בארץ ישראל אדם גדול כמותו ואין צריך
לומר גדול ממנו הרי זה אסור לקבוע
ולעבר בחוצה לארץ ואם עבר וקבע ועיבר
לא עשה כלום׃

ri prudentes, aut illis certe non veram lunam, sed quandam lunæ similitudinem e nubibus apparuisse.

§. VII. Atque ut consilium ratiocinando quæreret, an aperire se luna posset, necne: item ut eos, qui ad se accederent, lunæ novæ nuncios percontaretur ante, quam calendas consecraret jubente præcepto sancitum est: itemque ut idem mitteret, qui reliquum populum de calendis indictis certiorem facerent, unde cognoscere posset, quando deberet dies agere festos: huc enim spectat Legis hoc. *Hæ sunt feriæ Domini quibus conventus sacros celebrabitis Levit.* 23. 37. & alio loco. *Jus hoc suo tempore servato: Exod.* 13. 10.

§. VIII. Ac quia in vaticinationibus est. *Lex enim Sione prodit, & Hierosolymis Domini nraculum. Isaiæ* 2. 3: idcirco in nulla, præter Judæam, regione aut definiebantur menses, aut intercalabatur ineundis & subducendis illis mathematicorum rationibus: nisi forte vir sapientia præstans, & idem magister in regione Israelitica creatus, ex ea migrasset, nec ullum sibi doctrina parem reliquisset. Omnino vir ille ratiocinando menses definiret, & intercalaret etiam extra regionem Israelitarum, licentiam habebat, verum eidem illi, ubi compertum fuerat exortum esse in Judæa, qui doctrina eum æquipararet (neque enim dici opus est, qui superaret) tollebatur intercalandi potestas extra regionem Israeliticam. Qui si quid deinde præter auctoritatem intercalaret, irritum esset §.

NOTÆ IN CAPUT PRIMUM

* *Novitates*. Lunæ cursus latine, ut est apud *Tullium*, lib. 2. de Nat. Deorum, menses nominantur, quia mensa conficiunt spatia: at hoc non est ita lunæ proprium, quin idem & de sole, syderumque reliquorum longe plurimis recte dici possit. Melius igitur Hebræi, qui lunæ cursus חרשים, id est, *novitates*, a novata luna dicunt omnino omnes interpretes חדש, *mensem* convertunt: recte illi quidem: Quod enim Hebræi *novitatem*, id ipsum Latini *mensem* nuncupant: verum, quoniam in ipso nomine vis argumenti sita est omnis, verbum pro verbo reddere necesse mihi fuit. Nec vero intelligas quod de viso *Moysis* subsequitur, nisi vocabulum hoc חודש simpliciter interpreteris.

* *Speciem objectam esse Mosi*. Est in tractatu Talmudico מנחות de fertis fol. 29. pag. 1. tria *Moysi* fuisse ad intelligendum difficilia usque dum exemplar eorum illi Deus Optimus Maximus ob oculos posuisset, fabricationem candelabri sacri, novilunium, & animantium serpentium genera, de quibus Lege sancitum est. Ac tabernaculi quidem & omnis apparatus sacri exemplar positum esse *Moysi* ante oculos aperte declaratur *Exod.* 25. v. 9. idemque confirmatur ab Apostolo epistola ad *Hebræos*, cap. 8. cæterorum autem fides sit penes auctores.

** *Septimus a mundo constituto dies*. Hunc cum Scriptor noster שבת בראשית dicit, genere ille quidem sermonis utitur usitato: sed eodem adeo præciso, adeo tecto, ut nihil supra: hæc est enim verbis istis שבת בראשית subjecta sententia, sabbatum istitutum continuo post mundi universi creationem, de qua creatione narratur Legis eo capite, cujus initium est בראשית. Atque hoc nomine appellantur sabbata universe omnia, & proprie sabbatum illud, quod subsequitur postremam umbraculorum solemnitatem. Nempe prælegendi in synagogis Pentateuchi rationem Judæi hanc instituerunt, ut eum absolverent quotannis ad extremum umbraculorum diem solemnem, & proximo sequente sabbato usque relegendi ejus initium facerent sic, ut prælectio ejus sabbati inciperet ab prima divinæ Legis voce בראשית ex quo vocabulum habet sabbatum illud.

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר במאמרו
ברא שחקים וברוח פיו כל צבאם חוק וזמן נתן להם
שלא ישנו את תפקידם ששים ושמחים לעשות רצון
קונם פועל אמת שפעולתו אמת וללבנה אמר שתתחדש
עטרת תפארת לעמוסי בטן שהם עתידים להתחדש
כמותה ולפאר ליוצרם על שם כבוד מלכותו ברוך
יהוה מחדש חדשים (ואומר שלשה פעמים) סימן טוב
תהא לנו ולכל ישראל (ואומר שלשה פעמים) ברוך
יוצריך ברוך עושיך ברוך קוניך ברוך בוראיך (ורוקד
שלשה פעמים) כשם שאני רוקד כנגדך ואיני יכול
ליגע בך כך לא יוכלו כל אויבי ליגע בי לרעה (ואומר
שלשה פעמים) תפול עליהם אימתה ופחד בגדול
זרועך ידמו כאבן (והופכו ואומר) כאבן ידמו זרועך
בגדול ופחד אימתה עליהם תפול (ואומר שלשה
פעמים

פעמים) דוד מלך ישראל חי וקיים (ואומר שיר למעלות אשא עיני. הללויה הללו אל בקדשו ונותנים שלום זה לזה.

Gratia tibi, Domine Deus noster, Rector universi mundi, qui dicendo fecisti cœlestes orbes, & omnem hunc eorum ornatum mittendo oris spiritu: tu illis certa definitaque præstituisti spatia, nihil ut mentirentur unquam ratos ordines servantes, & a te datum eis istuc, ut mirifica cum alacritate lætitiaque effectori sui voluntati obsequi viderentur: tu summus opifex, cujus verum, syncerum, constans & immutabile opus: tu jussisti lunam renovari, utique splendidum ac nobile signum fore, ut gravidum modo ventre sustinentes onus aliquando consimiliter renoventur, qui creatorem suum laudibus ornent iis, quæ supremum dominum & rectorem deceant. Gratia tibi Domine rerum de menstruis his novitatibus. (hic ter dicitur.) Signum faustum nobis fuerit, & cunctis Israelitis. (tum ter dicitur.) Laus molitori, laus effectori, laus auctori, laus creatori tui. (hic quisque ter subsilit & dicit.) Ut ego ad te subsulto, nec te possum attingere tamen, item nec adversarii mei me possint attingere, quò mihi noceant: (tum additur etiam ter,) incidat eis terror atque formido, vi roboris tui instar lapidis obmutescant: (deinde contrario ordine) obmutescant lapidis instar tui roboris vi, formido atque terror eis incidat. (inde ter dicitur.) (Namque hoc spectat ad illud quod de *Davide* scriptum legitur *Psal.* 89. v. 37. & 38. *Semen ejus æternum fere, & solium ejus sic, ut solem coram me: Utque lunam fixam & stabile permansurum.*) David, rex Israelitarum, salvus est & incolumis. (Adduntur psalmus 121. cujus titulus, *Carmen gradatim modulandum*: & prima verba sunt: *Oculos in montes tollo, unde veniat mihi auxilium*: & psalmus omnium ultimus cujus initium, *Laudate Deum, laudate Deum præpotentem*: quibus absolutis omnes salutant inter se.)

§ Consentaneum mihi visum est hic eam, quam hodie Judæi Deo de renovatione lunæ fundunt, subjicere precem.

פרק שני

א אין כשר לעדות החדש אלא שני אנשים כשרין הראוין להעיד בכל דבר ודבר אבל נשים ועבדים הרי הן כשאר פסולי עדות ואין מעידין. אב ובנו שראו את הירח ילכו לבית דין להעיד לא מפני שעדות החדש כשרה בקרובים אלא שאם ימצא אחד מהן פסול מפני שהוא גזלן וכיוצא בו משאר הפסלנות יצטרף השני עם אחר ויעידו וכל הפסול לעדות מדברי סופרים אף על פי שהוא כשר מן התורה פסול לעדות החדש.

ב דין תורה שאין מדקדקין בעדות החדש אפילו קדשו את החדש על פי עדים ונמצאו זוממין בעדות זו הרי זה מקודש לפיכך היו בראשונה מקבלין עדות החדש מכל אדם מישראל שכל ישראל בחזקת כשרות עד שיודע לך שזה פסול משקלקלו המינין והיו שוכרין אנשים להעיד שראו והם לא ראו התקינו שלא יקבלו בית דין עדות החדש אלא מעדים שמכירין בית דין אותן שהם כשרים ושיהיו דורשין וחוקרים בעדות.

ג לפיכך אם לא יהיו בית דין יודעים את העדים שראוי את הירח משלחין אנשי

CAPUT II.

§. I. Nuncii lunæ novæ idonei erant demum viri integri ac casti, qui iidem adhibebantur & aliarum rerum testes. Nam mulieres & servi perinde, ac cæteri, qui ad res alias (*a*) testimonio esse nequibant, repudiabantur. Si cum patre filius una vidisset nascentem lunam, consilio renunciarent ambo, non quod propinquorum de luna nova testimonium valeret ad calendas definiendas, sed ut si illorum alter, aut quia latro erat, aut quid simile, ad testimonium dicendum non esset idoneus, alter cum alio tertio ad testandum conjungeretur. Ac quibus testimonii dictio ex sapientum auctoritate non erat, etsi erat ex Lege, tamen nihilominus de nascente luna testimonium eorum rejiciebatur.

§. II. Qui de luna nova renunciabant, eos ex Lege quidem tam fastidiose probare, non erat necesse, nam si per nuncios, quorum id de luna nova testimonium inveniebatur falsum, calendæ fuissent institutæ, recte tamen institutæ essent. Principio igitur omnibus omnino Judæis nascentem lunam nunciantibus facile credebatur, etenim Judæorum quisque, quoad certo scias hominem esse vitiosum, putandus est fide dignus. Eo quo autem religionem adeo labefactarunt (*b*) homines de natura divina prave sentientes, & ab iisdem frequentes sunt pretio conducti, qui falso nunciarent lunam nascentem a se conspectam esse, quam non viderant, constitutum est, ut ii demum ad testandum adhiberentur, quorum innocentia consilio esset cognita & perspecta: nec his quidem fides tribueretur, nisi diu, multumque interrogatis.

§. III. Cum igitur consilio non essent noti per se ipsi qui nascentem lunam vi-

העיר שנראה בה עם העדים שראו עדים אחרים שמכירין אותן לבית דין ומודיעין אותן שאילו כשרים הם ואחר כך מקבלין מהם.

ד בית דין מחשבין בדרכים שהאיצטגנינין מחשבין בהן ויודעין הלבנה כשתראה בחדש זה אם תהיה בצפון השמש או בדרומה ואם תהיה רחבה או קצרה ולהיכן יהיו ראשי קרנים נוטין וכשיבאו העדים להעיד בודקין אותם כיצד ראיתם אותם בצפון או בדרום להיכן היו קרנים נוטות כמה היתה גבוהה בראיית עיניכם וכמה היתה רחבה אם נמצאו דבריהם מכוונין למה שנודע בחשבון מקבלין אותם ואם לא נמצאו דבריהם מכוונין אין מקבלין אותם.

ה אמרו העדים ראינוהו במים או בעבים או בעששית או שראו מקצתו ברקיע או מקצתו בעבים או במים או בעששית אין זו ראיה ואין מקדשין על ראיה זאת אמר אחד ראיתיו גבוה בעיני כמו שתי קומות ואמר השני כמו שלש קומות היה גבוה מצטרפין אמר האחד כמו שלש קומות והשני אמר כמו חמש אין מצטרפין ומצטרף אחד מהם עם שני שיעיד כמותו או יהיה ביניהן קומה אחת.

ו אמרו ראינוהו בלא כוונה וכיון שהתבוננו בו ונתכוונו לראותו להעיד שוב לא ראינוהו אין זו עדות ואין מקדשין עליהן שמא עבים נתקשרו ונראו כלבנה וכלו והלכו להם אמרו עדים ראינוהו ביום תשעה ועשרים שחרית במזרח קודם שתעלה השמש וראינוהו ערבית במערב בליל שלשים הרי אלו נאמנים ומקדשין על ראיה זו שהרי ראוהו בזמנו אבל הראיה שאמרו שראוהו בשחרית אין נזקקין לה שאין אנו אחראין לראיית שחרית ובידוע

viderant, tum urbis ejus incolæ, ex qua conspecta erat luna nascens, una cum his, qui consilio novilunium ibant nunciatum, mittebant & alios, qui apud hoc ipsum consilium illis innocentiæ atque integritatis testimonium tribuerent: Ac tum demum eorum erat nuncio locus.

§. IV. Quovis mense consilium ratione & via astrologorum exquirebat, num esset futurum, ut si luna se aperiret, ad septentrionem vergeret, an ad meridiem, quam latam aut angustam præbitura se esset; & quorsum summa cornua conversura? Tum si qui venirent lunæ novæ nuncii, his eos interrogationibus excutiebat, qua in parte mundi lunam conspexistis, aquilonari, an australi? quorsum ejus tendere cornua, quam altam a terris ferri, quam latam vobis eam videre visi estis? si responderent ea, quæ cum astrologiæ rationibus congruerent, eorum nuncio fides habebatur, sin minus, respuebatur.

§. V. Si nuncii afferebant se Lunæ nascentis similitudinem in aqua, aut etiam ipsam in cœlo vidisse per nubes, aut illius umbram in laterna, aut se lunam novam vidisse partim in cœlo, partim vel in nube, vel in aqua, vel in laterna; scilicet ea visio nulla fuit, nec ejus causa calendæ consecrabantur. Quod si nunciorum alter ajebat, visa mihi fuit luna nova supra terram ferri duorum quasi staturam *** hominum, & trium alter, conjungebantur una. Contra, si lunam unus extulerit in altitudinem staturam trium hominum, alter quinque. Sed enim eorum unus cum alio tertio conjungebatur, qui aut idem, quod ipse diceret, aut unius duntaxat hominis statura ab eo discreparet.

§. VI. Quod si nuncii dicerent lunam novam a se conspectam esse tum, cum minime attenderent, sed ubi applicassent animum testimonii dicendi causa, porro non apparuisse, hujus item testimonii nulla prorsus habebatur ratio ad consecrandas calendas. Nam fieri potuit, ut coactæ nubes in unum speciem exhiberent lunæ, quæ deinde sunt dissolutæ: Sin autem ferrent nuncii vigesima nona mensis die mane ante solis ortum lunam a se conspectam esse in oriente, ad vesperum autem tricesimæ noctis in occidente, his omnino credebatur, atque ex hac eorum visione calendas consecrabant, quippe qui lunam novam suo tempore viderant. Quod autem dicerent mane sibi lunam apparuisse, consilium omnino nihil movebat, nam visionis matutinæ cautio nulla fuit, ac

שהעבים הם שנתקשרו ונראה להם כלבנה וכן אם ראוהו בזמנו ובליל עיבורו לא נראה הרי אלו נאמנין שאין אנו אחראים אלא לראיית ליל שלשים בלבד.

ז כיצד מקבלין עדות החדש כל מי שראוי להעיד שראה את הירח בא לבית דין ובית דין מכניסין אותן כולן למקום אחד ועושין להן סעודות גדולות כדי שיהיו העם רגילין לבוא וזוג שבא ראשון בודקין אותן ראשון בבדיקות שאמרנו מכניסין את הגדול ושואלין אותו נמצאו דבריו מכוונין להשבון מכניסין את חברו נמצאו דבריהם מכוונין עדותן קיימת ושאר כל הזוגות שואלין אותן ראשי דברים לא שצריכים להם אלא כדי שלא יצאו בפחי נפש כדי שיהיו רגילין לבוא.

ח ואחר כך שתתקיים העדות ראש בית דין אומר מקודש וכל העם עונים אחריו מקודש מקודש ואין מקדשין את החדש אלא בשלשה ואין מחשבין אלא בשלשה ואין מקדשין אלא חדש שנראה בזמנו ואין מקדשין אלא ביום ואם קדשוהו בלילה אינו מקודש ואפילו ראוהו בית דין וכל ישראל ולא אמרו בית דין מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים או שנחקרו העדים ולא הספיקו בית דין לומר מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים אין מקדשין אותו ויהיה החדש מעובר ולא יהיה ראש חדש אלא יום אחד ושלשים אף על פי שנראית בליל שלשים שאין הראיה קובע אלא בית דין שאמרו מקודש הם שקובעין.

ט ראוהו בית דין עצמן בסוף יום

persuasum habebant, quod nubes simul collectæ speciem lunæ præbuerint. Atque his etiam credebatur, qui sibi suo tempore lunam nascentem apparuisse, ferebant, tametsi luna non conspiciebatur ea nocte, quæ intercalaris fere dicitur. Solius enim visionis, quæ in tricesimam mensis noctem incurrebat, nostra cautio fuit.

§. VII. Ita fere excipiebantur ii, qui consilio lunam novam nunciabant. Veniebat ad consilium quisquis alioquin ad testimonium dicendum idoneus nascentem lunam viderat, quos omnes consilium introducendos in locum unum, atque illis covivia opipare apparanda curabat, quo magis ad annunciandam lunam novam allicerentur. Nuncii autem suo quisque ordine interrogabantur de his, quæ sunt supra dicta. Primo videlicet nunciorum par illud, quod primum venerat; sed & horum major prior introducebatur ad consilium, ut interrogaretur. Qui si conveniebat cum ratione astrologiæ, ejus arcessebatur socius. Si congruebat cum priore, satis eorum erat testimonium confirmatum. Itaque ex reliquis nunciorum paribus duntaxat rerum capita consilium requirebat, non quod ita opus esset, sed ne abirent animo abjecto atque fracto, atque ægre nunciatum venirent.

§. VIII. Confirmato jam testimonio, consilii princeps ita dicebat, CONSECRATUS EST, cui populus omnis respondebat, CONSECRATUS, CONSECRATUS. Nec calendas consecrabant pauciores. [d] quam homines tres, neque pauciores adhibebantur ad putandas rationes illas geometricas, nec calendæ consecrabantur, nisi cum luna nova suo tempore visa fuit, nec tum quidem consecrabantur, nisi interdiu. Quæ si noctu consecratæ fuissent, hæc consecratio nulla foret. Imo si consilium ipsum cum omnibus una Israeliticis, nascentem lunam conspexisset, nec ei licuisse pronunciare CONSECRATUS EST, quin oppressisset nox una & tricesima mensis, aut si pronunciare per otium quidem licuisset posteaquam visa luna nova fuit; sed consilium produxisset nunciorum examen ad ipsum vesperum unius & tricesimæ noctis, videlicet iste dies non consecraretur, verum mensis esset plenus, id est, calendæ rejicerentur in unum & trigesimum diem, tametsi luna nova conspecta esset nocte tricesima. Neque enim lunæ visio, sed consilium, cum prununciabat CONSECRATUS EST, calendas definiebat.

§. IX. Quod si Consilium ipsum lunam

תשעה ועשרים אם עדין לא יצא כוכב
בליל שלשים בירת דין אומרים מקודש
מקודש שעדין יום הוא ואם ראוהו בליל
שלשים אחר שיצאו שני כוכבים למחר שני
דיינין אצל אחד מהם ויעידו השנים בפני
השלשה ויקדשוהו השלשה.

י בירת דין שקדשו ארת החדש בין
שוגגין בין מוטעין בין אנוסין הרי זה
מקודש וחייבין הכל לתקן המועדות על
היום שקדשו בו אף על פי שזה יודע
שטעו חייב לסמוך עליהם שאין הדבר מסור
אלא להם ומי שצוה לשמור המועדות הוא
צוה לסמוך עליהם שנאמר אשר תקראו
אתם וכו׳.

nam novam vidisset extremo die vigesimo nono ante, quam sydus ullum oriretur, idem hoc Consilium pronunciaret illico, CONSECRATUS EST, quippe cum adhuc luceret. At si lunam novam consilium cerneret trigesima nocte post orta jam sydera duo, postridie demum eorum uni duo alii judices assiderent, atque reliqui duo testimonium de luna nova dicerent coram his tribus qui deinde diem consecrarent.

§. X. Consilium autem etsi calendas per impudentiam, per errorem, per vim consecrarit, nihilominus ratum erat. Atque ad hunc diem a consilio consecratum dies festos quisque dirigetet, oportebat. Quin etiam is, qui errasse consilium probe sciret, idem ipse ejus decreto staret necesse erat, quippe consilio commissa res erat, ac credita, & cui præceptum erat, ut dies festos celebraret, eidem etiam præscriptum, ut consilio morem gereret, quod hæc legis verba. *Hæ sunt feriæ Domini quibus conventus socros celebrabitis &c. Levit.* 23. 37. satis indicant.

NOTÆ IN CAPUT SECUNDUM.

(a) *Testimonio esse nequibant*. Non erat enim testimonii dictio nec aleatoribus, neque fœneratoribus, neque tendentibus rete columbis, neque facientibus commercium earum, quas anno sabbatico terra inculta fuderat, frugum, neque servis hominibus, id quod demonstratur tractatu Talmudico de principio anni, fol. 22. pag. 1. neque porro multis aliis, de quibus disputatur a scriptore nostro, libro de Judicibus, tractatu de testimoniis, capit. 11. & 12.

(b) *Homines de natura divina prave sentientes*. In editione anni 1574. legitur hic אפיקורסין Epicurei: in editione anni 1524. מינין Hæretici, qua de voce fuse disputavit *Buxtorfius* in suo lexico Rabbinico: in tractatu autem Talmudico de principio anni, fol. 22. pag. 1. in ipsa Misna, unde locus hic derivatur ביתוסין *Bajetusæi*, qui iidem etiam *Karæi* nominantur. Nam fuerant *Antigoni Sochæi* cujusdam eximii doctoris auditores duo, quorum uni nomen *Bajetus*, & alteri *Saducus*. Hi cum audissent e doctore suo, cum diceret, Deo serviendum nulla proposita mercede, putantes eum hoc dictum voluisse, nullum neque præmium, neque pœnam expectandam, abnegantes traditionem omnem a communione Judæorum desciverunt, & iidem suas sibi disciplinas constituerunt, quæ ex ipsis vocabula habebant: nam eos qui sectabantur *Saducæi* vocabantur, & *Bajetusæi*, qui in his regionibus, *Ægyptum* dico, vulgo *Karæi* dicuntur. Hoc ego ex scriptoris nostri commentariis in *Capita Patrum* verbum de verbo expressum extuli. Ad rem ut redeam, nomina ista sunt illa quidem propria certarum disciplinarum a recto & vero alienarum: sed enim interdum vis eorum latius patet, ut quibus significantur omnino omnes de vi & natura divina male sentientes.

(c) *Hominum, & trium alter*. Docet enim ratio mathematicorum quanta humilitate luna feratur, terram pene contigens. *Tullius*, lib. 2. de divinatione.

(d) *Quam homines tres*: neque enim paucioribus convenire nomen seu senatus sive consilii, sive consessus judicum passim in Talmude traditur.

(e) *Hæ sunt feriæ*, &c. Hujus videlicet oraculi divini verbis אלה מועדי יהוה אשר תקראו אתם subjiciuntur sententiæ duæ: unam a nobis in textu expressam, & hanc alteram: Hæ sunt feriæ Domini, quas vosmet indicetis, neque enim ad hanc alteram sententiam subjiciendam quidquam aliud requiritur, nisi ut puncta vocalia (sic enim a grammaticis appellantur) postremæ vocis immutentur, adeoque legatur non אַתֶּם; sed אַתֶּם quod esse faciendum sæpius traditur in tractatu Talmudico de principio anni.

פרק שלישי

א עדים שראו ארת החדש אם היה
ביניהם ובין מקום שיש בו בירת דין מהלך
לילה ויום או פחורת הולכין ומעידין ואם
היה ביניהם יותר על כן לא ילכו שאין
עדותן אחר יום שלשים מועלרת שכבר
נתעבר החדש.

CAPUT III.

§. I. QUI nasceutem lunam conspexerant, hi cum distarent a consilio unius diei & noctis iter, aut eo minus, renunciatum ibant. Sin longius abessent a consilio, nihil erat, quod renunciarent. Quid enim eorum poterat nuncius prodesse post exactam trigesimam diem mensis, cum is esset jam intercalaris constitutus?

ב עדים שראו את החדש הרי אלו הולכין לבית דין להעיד ואפילו היה בשבת שנאמר אשר תקראו אותם במועדם וכל מקום שנאמר מועד דוחה את השבת לפיכך אין מחללין אלא על ראש חדש ניסן ,ועל ראש חדש תשרי בלבד מפני תקנת המועדות ובזמן שבית המקדש קיים מחללין על כולן מפני חדש קרבן מוסף שבכל ראש חדש וחדש שהוא דוחה את השבת.

ג כשם שמחללין העדים שראו את החדש את השבת כך מחללין עמהן העדים שמזכין אותן בבית דין אם לא היו בית דין מכירין את הרואים ואפילו היה זה שמודיע אותן לבית דין עד אחד הרי זה הולך עמהן ומחלל מספק שמא ימצא אחר ויצטרף עמו.

ד היה העד שראה את החדש בליל השבת חולה מרכיבין אותו על החמור ואפילו במטה ואם יש להן אורב בדרך לוקחין העדים בידן כלי זיין ואם היה דרך רחוקה לוקחין בידם מזונות ואפילו ראהו גדול ונראה לכל לא יאמרו כשם שראינוהו אנחנו ראוהו אחרים ואין אנו צריכין לחלל את השבת אלא כל מי שיראה החדש ויהיה ראוי להעיד ויהיה בינו ובין המקום שקבוע בו בית דין לילה ויום או פחות מצוה עליו לחלל את השבת ולילך ולהעיד.

ה בראשונה היו מקבלין עדות החדש בכל יום שלשים פעם אחת נשתהו העדים מלבוא עד בין הערבים ונתקלקלו במקדש ולא ידעו מה יעשו אם יעשו עולה של בין

§. II. Qui lunam novam viderant, hi ejus nuncium consilio necesse erat vel ipso etiam Sabbatho afferrent, quoniam in Lege est. *Hæ sunt ergo feriæ Domini ad convocationem populi, quas indicetis temporibus suis. Levit.* 23. 4. Nam propter omnem, de quo edicitur, ut observetur tempore stato, religiosi muneris functionem Sabbathum elevabatur. Ex quo solas ob Nisan & Tisri calendas fiebat, contra id quod [a] de Sabbatho sancitum est, quippe quæ solæ ad solemnitates celebrandas pertinerent. Cum vero stabat templum, etiam propter singulas calendas contra præceptionem de Sabbatho fiebat. Singulis enim calendis, præter quotidiana, fiebant etiam alia sacrificia, quorum gratia quidem Sabbathum semper pro die profano habebatur.

§. III. Atque ut illi, qui nascentem lunam viderant, nulla habita ratione Sabbathi, consilio nuncium ejus portabant, sic etiam Sabbathum profanantes ad consilium proficiscebantur, qui lunam novam nunciantibus innocentiæ dabant testimonium, si per se ipsi cnnsilio essent ignoti. Quin etiam cum unus tantum inveniretur homo, per quem consilio nota fieret eorum, qui de luna nova renunciabant, integritas, tamen una cum ipsis contra Legem, quæ est de Sabbatho, pergebat ad consilium eam ob causam fieri poterat, ut etinm inveniretur alter, quicum jungeretur.

§. IV. Si qui viderat lunam novam ad noctem Sabbathicam morbo teneretur, is in asinum imponebatur etiam cum grabato. Si periculosum erat iter, portabant arma nuncii. Si longinquum erat, viatico se muniebant. Nec vero qui lunam novam Sabbatho viderant ita magnam, ut cerni facile posset ab omnibus, dicerent, uti nos, sic & alii sine dubio lunam novam conspexere, quare nihil est, quod contra præceptum de Sabbatho quidquam committamus. Nam cuique alioquin ad testimonium dicendum idoneo præscriptum erat, cum Sabbatho lunam novam viderat, atque inter illum & consilii sedem unius duntaxat intercedebat diei & noctis iter, aut eo minus, ut Sabbatho profanando nuncium lunæ novæ consilio deferret.

§. V. Principio tricesima mensis die tota novæ lunæ testimonium accipiebatur, sed enim aliquando stante templo evenit, ut lunæ novæ nuncii (b) ad vesperam necdum accessissent. Itaque altatis ministri valde erant dubii ac soliciti facerentne juge sacrificium, an differrent etiam, si qui porro venirent lunæ no-

הערבים שמא יבאו העדים ואי אפשר שיקריבו מוסף היום אחר תמיד של בין הערבים עמדו בית דין והתקינו שלא יהי מקבלי עדות החדש אלא עד המנחה כדי שיהא שהות ביום להקריב מוספין ותמיד של בין הערבים ונסכיהם.

ו ואם הגיע מנחה ולא באו עדים עושין תמיד של בין הערבים ואם באו עדים מן המנחה ולמעלה נוהגין אותו היום קדש ולמחר קדש ומקריבין מוסף למחר לפי שלא היו מקדשין אותו אחר מנחה משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בין זכאי ובית דינו שיהו מקבלין עדות החדש כל היום כולו ואפילו באו עדים יום שלשים בסוף היום סמוך לשקיעת החמה מקבלין עדותן ומקדשין יום שלשים בלבד.

ז בשמעברין בית דין את החדש מפני שלא באו עדים כל יום שלשים היו עולין למקום מוכן ועושין בו סעודה ביום אחד ושלשים שהוא ראש חדש ואין עולין לשם בלילה אלא בנשף קודם עלות השמש ואין עולין לסעודה זו פחות מעשרה ואין עולין לה אלא בפת דגן וקטנית ואוכלין בערת הסעודה וזו היא סעודת מצוה של עיבור החדש האמורה בכל מקום.

ח בראשונה כשהיו בית דין מקדשין את החדש היו משיאין משואות בראשי ההרים כדי שידעו הרחוקים משקלקלו הכותים שהיו משיאין משואות כדי להטעות את העם התקינו שיהו שלוחים יוצאין ומודיעין לרבים ושלוחים אילו אינן מחללין לא את יום טוב ולא את יום הכפורים

novæ nuncii. Nam facto sacrificio jugi vespertino, quæ solet calendarum nomine sacrificiis addi hostia, porro immolari non potetat. Tum igitur a consilio sancitum est, ut ne de luna nova nuncii ultra vesperam allati haberetur ratio, hanc videlicet ob causam, ut per diei tempus liceret & ea, quæ calendarum nomine addebantur, sacra, & sacrificium juge vespertinum, atque eorum libationes fieri.

§. VI. Itaque ad vesperam si nulli etiam advenissent lunæ novæ nuncii, fiebat sacrificium juge vespertinum, quo facto, si nuncii venissent, reliquum diei spatium quidem exigebatur sancte, sed & posterus dies instituebatur festus, quo demum fiebat sacrum id, quod præter quotidianum postulabat calendarum ratio, namque dies a vesperis non consecrabatur. Verum post excidium templi princeps consilii doctissimus, *Joanne Zacai* filius, una cum reliquo judicum consessu, constituit, ut tricesima mensis die tota testimonio de luna nova [c] daretur locus. Itaque & extremo die mensis trigesimo proxime ad solis obitum excipiebantur etiam nuncii lunæ novæ, si venissent, & idem ille mensis tricesimus dies consecrabatur solus.

§. VII. Consilium mensem intercalarem, sive plenum cum definivisset, quia nulli venerant trigesima mensis die tota lunæ novæ nuncii, quidam una & tricesima mensis die, qua habebantur calendæ, constitutum in locum coibant, in quo epularentur. Huc nec conveniebant de nocte, sed luce dubia ante solis ortum, neque epulas istas pauciores, quam epulones decem celebrabant, neque in his epulis quidquam apponebatur aliud, quam panis ex fecali, & minuto quodam frugum genere. Nimirum hoc est illud, quod passim commemoratur intercalationis menstruæ sacrum epulare.

§. VIII. Principio consilium ubi calendas consecraverat, faces curabat extollendas in montium jugis, quo signo hominibus longe dissitis calendarum consecratio protinus indicaretur. Postquam autem (e) Cutæorum perversitas eo venit, ut facibus similiter elatis plebem deducerent in errorem, a consilio constitutum est, ut mitterentur, qui multitudini calendarum consecrationem nunciarent. His autem nunciis non concedebatur, ut aut quenquam diem festum, aut solemnitatem Expiationum itinere faciendo profanam haberent, multo etiam minus, ut Sabbathum ipsum,

ואין צריך לומר שבת שאין מחללין את השבת לקיימו אלא לקדשו בלבד.

ט על ששה חדשים היו שלוחים יוצאין על ניסן מפני הפסח ועל אב מפני התענית ועל אלול מפני ראש השנה כדי שישבו מצפין ביום שלשים לאלול אם נודע להם שקדשו בית דין יום שלשים נוהגים אותו היום קדש בלבד ואם לא נודע להם נוהגים יום שלשים קדש ויום אחד ושלשים קדש עד שיבואו להם שלוחי תשרי ועל תשרי מפני תקנת המועדות ועל כסליו מפני חנוכה ועל אדר מפני הפורים ובזמן שבית המקדש קיים יוצאין אף על אייר מפני פסח קטן.

י שלוחי ניסן ושלוחי תשרי אין יוצאין אלא ביום ראש חדש אחר שתעלה השמש עד שישמעו מפי בית דין מקודש ואם קדשו בית דין בסוף יום תשעה ועשרים כמו שאמרנו ושמעו מפי בית דין מקודש יוצאין מבערב ושלוחי שאר הששה חדשים יש להם לצאת מבערב אחר שנראה הירח אף על פי שעדין לא קדשו בית דין את החדש הואיל ונראה החדש יצאו שהרי למחר בודאי מקדשין אותו בית דין.

יא כל מקום שהיו השלוחין מגיעין היו עושין את המועדות יום טוב אחד ככתוב בתורה ובמקומות הרחוקים שאין השלוחים מגיעין אליהם היו עושין שני ימים מפני הספק לפי שאינם יודעים יום שקבעו בו בית דין את החדש אי זה יום הוא.

יב יש מקומות שהיו מגיעין אליהם שלוחי ניסן ולא היו מגיעין להם שלוחי תשרי ומן הדין היה שיעשו פסח יום אחד שהרי הגיעו להן שלוחין וידעו באי זה יום נקבע ראש חדש ויעשו יום טוב של חג הסוכות שני ימים שהרי לא הגיעו אליהן השלוחין וכדי שלא לחלוק במועדות התקינו

sum, neque enim ut calendarum consecrandarum causa, sic & ubique celebrandarum gratia, Sabbathum fieri profanum, permissum est.

§. IX. Omnino mensibus sex mittebantur, qui definitas a consilio calendas nunciarent. Primum mense Nisan, propter solemnitatem paschæ, mense (e) Ab, propter jejunium, quod ejus mensis die nono celebratur, mense Elul, propter anni principium, scilicet ut mensis ejus die trigesimo nuncios expectarent a consilio. Qui si afferrent calendas jam esse institutas, tricesimum mensis diem solum festum agebant, sin minus, & posterum diem celebrabant, usque dum venirent, qui mense Tisri mittebantur nuncii. Mittebantur autem mense Tisri, propter multas ac varias, quæ in eo celebrantur rato tempore, solemnitates. Mense Casleu, propter solemnitatem dedicati templi. Denique, mense Adar, propter solemnitatem sortium, sed enim stante templo mittebantur etiam mense Ijar, propter pascha minus, seu secundum.

§. X. Mense Nisan, itemque Tisri, qui emittebantur a consilio, ut reliquo populo finitas indicarent calendas, non proficiscebantur, nisi calendis ipsis, sole jam orto, postea, quam e consilio audierant, cum pronunciaret, CONSECRATUS EST, nisi forte iidem ipsi a consilio calendas usque ab extremo die nono & vicesimo sic, ut supra diximus, consecrari audierint. Tum enim ut ad vesperum illico se committerent itineri licebat, sed sex horum mensium quatuor reliquis vesperi post visam lunam novam, etsi a consilio calendæ necdum erant consecratæ, permissum fuerat, ut definitarum calendarum nuncii iter instituerent, quia enim postridie calendas a consilio consecratum iri, constabat.

§. XI. Itaque quo loci cunque definitarum nuncii calendarum perveniebant, in eo dies solemnes, ut in Lege est, instituebant simplices, longinquis autem in locis, ad quæ calendarum nuncii aspirare nequibant, dies solemnes geminabant, quippe qui nescirent quo die essent a consilio definitæ calendæ.

§. XII. Erant loca quædam, quo calendarum nuncii perveniebant quidem mense Nisan, mense Tisri non item. Hic æquum foret, ut ad solemnitatem Paschæ, quoniam a nunciis acceperant quando calendæ mensis Nisan constitutæ a concessu judicum essent, agitarent diem solemnem duntaxat unicum, duos autem ad solemnitatem umbraculorum, siquidem de calendis Tisrinis nihil dum ip-

חכמים שבכל מקום שאין שלוחי תשרי מגיעין שם עושין שני ימים אפילו יום טוב של עצרת.

יג וכמה בין שלוחי ניסן לשלוחי תשרי שני ימים ששלוחי תשרי אינן מהלכין באחד בתשרי מפני שהוא יום טוב ולא בעשירי בו מפני שהוא יום הכפורים.

יד אין השלוחין צריכין להיותן שנים אלא אפילו אחד נאמן ולא שליח בלבד אלא אפילו תגר משאר העם שבא כדרכו ואמר אני שמעתי מפי בית דין שקדשו את החדש ביום פלוני נאמן ומתקנין את המועדות על פיו שדבר זה דבר העשוי להגלות הוא ועד אחד כשר נאמין עליו.

טו בית דין שישבו כל יום שלשים ולא באו עדים והסכימו בנשף ועברו את החדש כמו שבארנו בפרק זה ואחר ארבעה או חמשה ימים באו עדים רחוקים והעידו שראו את החדש בזמנו שהוא ליל שלשים ואפילו באו בסוף החדש מאיימין עליהן איום גדול ומטריפין אותן בשאלות ומטריחין עליהן בבדיקות ומדקדקין בעדותן ומשתדלין בית דין שלא יקדשו חדש זה הואיל ויצא שמו מעובר.

יו ואם עמדו העדים בעדותן ונמצאת מכוונת והרי העדים אנשים ידועים ונבונים ונחקרה העדות כראוי מקדשין אותו וחוזרין וסופרין לאותו החדש מיום שלשים הואיל ונראה הירח בלילו.

יז ואם הוצרכו בית דין להניח חדש זה מעובר כשהיה קודם שיבאו העדים אלו מניחין וזה הוא שאמרו מעברין את החדש לצורך ויש מן החכמים הגדולים מי שחולק

ipsis nunciatum erat. Sed ne discreparent inter se solemnitates, a sapientibus sancitum est, ut quo loci cunque mense Tisri calendarum nuncii perveniebant nulli, ibi singulæ solemnitates biduo celebrarentur, vel ipsa etiam (e) Pentecoste.

§. XIII. Quid autem erat, quod iidem ipsi calendarum nuncii quo loci perveniebant mense Nisan, eodem pervenire non possent mense Tisri? Nimirum quia dies festi mense Tisri sunt duo, quibus ambulare calendarum nunciis non licebat, neque calendis ipsis, quod erat anni principium, neque ejusdem mensis die decimo, quo celebrabatur Expiationum solemnitas.

§. XIV. De calendarum consecratione nuncio vel uni fides tribuebatur. Nec publico tantum nuncio, sed etiam alicui mercatorum, qui itinere faciendo dicebat se e consilio audisse, cum calendas isto vel illo die consecraret. Cujus e testimonio instituebantur dies festi atque solemnes: calendarum enim consecratio cum esset ejusmodi res, quam proferri palam necesse fuit, vel unico ad testimonium dicendum idoneo viro, fides habebatur.

§. XV. Si consilium cum trigesimo die mensis perpetuo nuncium de luna nova sedens expectasset, nec quidquam accepisset, postridie summo mane mensem plenum definivisset, sicut ante disseruimus, tum quatuor, aut quinque post diebus longinqui venerint nuncii, qui pro testimonio dicerent, lunam novam suo sibi tempore, hoc est, nocte tricesima mensis, apparuisse, vel etiam si venerint eodem mense exeunte, consilium illos vehementer perterrebat, interpellabat odiose, rogitando obtundebat, atque ex eorum responsis singulis verbis sic aucupabatur, uti denique efficeret, ne mensis, qui jam diu definitus esset plenus, alter observaretur.

§. XVI. Sin nihilominus in testimonio nuncii perstarent, ipsorum testimonium rite perpensum, tum consilium de integro mensem finiebat, cujus dies dinumerabantur ab eo, qui mensis antecedentis alioqui fuisset tricesimus, siquidem nocte illum antevertente luna nova jam apparuerat.

§. XVII. Quod si consilium mensem illum sic, ut ante testium erat adventum, necesse habebat intercalarem relinqui, relinquebat. Nimirum hoc est illud quod dicebatur mensem interalatarem finiri necessitatis ergo. Fuerunt tamen clari sapientia viri quidam hac de re dissentientes, qui dicerent, non esse

jus

כדבר זה ואומר לעולם אין מעברין את החדש לצורך הואיל ובאו עדים מקדשין ואין מאיימין עליהן.

יח יראה לי שאין מחלוקת החכמים בדבר זה אלא בשאר החדשים חוץ מן ניסן ותשרי או בעידי ניסן ותשרי שבאו אחר שעברו הרגלים שכבר נעשה מה שנעשה ועבר זמן הקרבנות וזמן המועדות אבל אם באו העדים בניסן ותשרי קודם חצי החדש מקבלין עדותן ואין מאיימין עליהן כלל שאין מאיימין על עדים שהעידו על החדש שראהו בזמנו כדי לעברו.

יט אבל מאיימין על עדים שנתקלקלה עדותן והרי הדבר נוטה וגנאי שלא תתקיים העדות ויתעבר החדש מאיימין עליהן כדי שתתקיים העדות ויתקיים החדש זמנו וכן באם באו להזים את העדים שראוהו בזמנה קודם שיקדשוהו בית דין הרי אלו מאיימין על המזימין עד שלא תתקיים ההזמה ויתקדש החדש בזמנו.

jus, ut necessitatis causa mensis intercalaris finiretur, ubi venissent lunæ novæ nuncii eos, non esse terrendos; sed ex eorum esse testificatione consecrandas calendas.

§. XVIII. Ego vero sic arbitror, aut hanc doctorum hominum in hac re dissensionem, duobus mensibus exceptis, Nisan & Tisri, reliquos duntaxat spectare quatuor; aut ad eos summum attinere lunæ novæ nuncios, qui mense Nisan atque Tisri venerant post exactos dies festos atque solennes, qui his mensibus duobus agebantur, quoniam actum erat, jam præterierat tempus sacrificiorum, item & tempus dierum solemnium, sin autem his mensibus duobus lunæ novæ nuncii venissent aute mensem medium, ab iis nullatenus territis accipi quod afferebant. Neque enim ii, qui de luna nova, quæ tempore suo conspecta fuit, nuncium afferebant, ideo tertendi erant, uti mensis plenus definiretur, se quod idem est, intercalaris

§. XIX. At si habebant nunciorum verba suspicionem falsitatis, ut probro & dedecori illis esset, si illorum repudiato testimonio, mensis constitueretur plenus, tum magno cum terrore excutiebantur, ut testimonio tandem confirmato, calendæ suo tempore desigerentur. similiter si tum, cum aliqui lunam novam a se suo tempore visam esse nunciarant, antequam consilium sacrarit calendas, veuirent, qui illos accusarent vanitatis, accusatores consilium ita territabat, ut eorum denique accasatione infirmara calendæ suo tempore consecrarentur.

NOTÆ IN CAPUT TERTIUM.

(a) *De sabbato sancitum est*. Exod. 16. v. 29. *Sua quisque sede maneat: ne suo se quisquam e loco moveat*

(b) *Ad vesperam*. Vespera apud Hæbræos nomen a duplici ratione sua ducit. Sed hac de re diligenter disputavimus libro de cultu divino initio tractatus sexti.

(c) *Daretur locus*. Nullus enim jam metus erat, ne perturbatio rerum inde exoriretur.

Tricesimus dies consecrabatur solus. Nimirum hoc illud est, quod sæpe traditur in tractatu Talmudico de principio anni: unus ex anno dies pro anno expleto, & pars diei pro toto habetur.

(d) *Cutæorum perversitas*, &c. Cutæi sunt iidem, qui Samaritani, de quibus ita Josephus, lib. 9. cap. ultimo. Aliasque gentes nomine Cutæos, qui de flumine Persico nomen id habebant, in Samariam & omnem Israeliticam regionem deducendas curavit. Et inferius: Igitur, inquit, cum fuissent in Samariam transportati Cutæi (hoc enim nomine vocabantur hactenus, quod a quodam Persidis flumine, cui nomen erat Cutæ, migrassent.) Et paulo post etiam: Hi secundum eloquium Hebræorum Hebræi, secundum genus Cutæi, Græce autem Samaritani vocantur.

(e) *Ab: propter jejunium*. Mensis hic quintus est a mense Nisan, & respondet fere Julio. Jam de causa & ratione jejunii, quod ejus mensis nono die celebratur scriptor noster copiose disputat tractatu de Jejunio, §. 2. cap. 5.

(f) *Pentecoste*. Quæ, ut nomen ipsum declarat, ad quinquagesimum ab postero Paschæ die diem celebrabatur, nec a calendis pendebat ullatenus. Atque de hoc nomine עצרת, quo fere Pentecoste appellatur, diligenter ego disserui lib. de cultu divino, tract. 2. ad §. 6. cap. 3.

פרק רביעי

א שנה מעוברת היא שנה שמוסיפין בה חדש ואין מוסיפין לעולם אלא אדר ועושין אותה שנה שנים אדרין אדר ראשון ואדר שני ומפני מה מוסיפין חדש זה מפני זמן האביב כדי שיהא הפסח באותו זמן שנאמר שמור את חדש האביב שיהיה חדש זה בזמן האביב ולולי הוספת החדש הזה הפסח בא פעמים בימות החמה ופעמים בימות הגשמים.

ב על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל האביב ועל פירות האילן כיצד בית דין מחשבין ויודעין אם תהיה תקופת ניסן בששה עשר בניסן או אחר זמן זה מעברין אותה השנה ויעשו אותו ניסן אדר שני כדי שיהיה הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין לסימן אחר.

ג וכן אם ראו בית דין שעדין לא הגיע האביב אלא עדין אפל הוא ולא צמחו פירות האילן שדרכן לצמח בזמן הפסח סומכי על שני סימנים אלו ומעברין את השנה ואף על פי שהתקופה קודם לששה עשר בניסן הרי הן מעברין כדי שיהיה האביב מצוי להקריב ממנו עומר התנופה בששה עשר בניסן וכדי שיהיו הפירות צומחין כדרך כל זמן האביב.

ד ועל שלש ארצות היו סומכין באביב על ארץ יהודה ועל עבר הירדן ועל הגליל ואם הגיע האביב בשתי ארצות מאלו ובאחת לא הגיע אין מעברין ואם הגיע באחת מהן ולא הגיע בשתים מעברין אם עדין לא צמחו פירות האילן ואלו הן הדברים שהן העיקר שמעברין בשבילן כדי שיהיו השנים שני החמה.

ה ויש שם דברים אחרים שהיו בית

CAPUT IV.

§. I. QUI annus fiebat uno mense longior, is intercalaris appellabatur: sed nullus addebatur unquam anno alius, quam mensis Adar: itaque anno intercalari menses Adar bini continuabantur, atque iidem Adar primus, & Adar secundus dicebantur. Quid ita vero? Nimirum ut haberetur una cum messe Pascha, quippe cum in Lege sit, *Observato mensem novarum frugum, &c. Deut.* XVI. 1. Hujus enim verbi vis ea fuit, ut temporis observandi rationem teneres eam, quæ mensem hunc ad messem adduceret: atqui nisi alterum anno mensem Adar adderes, tum Pascha hybernis, tum æstivis accideret temporibus.

§. II. Tribus de causis annus intercalaris instituebatur: Primo, propter æquinoctium: deinde, propter terræ fruges: tertio, propter arborum baccas. Ut si ex tabularum ratione consilium intelligeret æquinoctium aut decimo & sexto die Nisan futurum esse, aut etiam posterius, alterum anno mensem Adar adderet; ut cum Pascha adesset frugum maturitas. Quæ causa quidem cum esset, annus constituebatur intercalaris, nec ulla causa quærebatur alia.

§. III. Jam si seges esset tardior, quam ut posset ad Pascha meti, nec dum baccas, quæ solebant tempore paschali, profuderant arbores; hac duplici de causa consilium itidem annum faciebat uno mense longiorem, licet decimum & sextum diem mensis æquinoctium antecederet. Etenim ad Pascha necesse erat, tum ut fruges invenirentur maturæ, unde manipulus offerretur Deo primitiarum munus ad decimum & sextum mensis Nisan; tum etiam ut arbores sic, ut solitæ erant, cum essent maturæ fruges, ex se fructus extulissent.

§. IV. Frugum vero maturitas in provinciis omnino tribus observabatur, in Judæa, trans Jordanem, atque in Galilæa. Si in harum duabus maturæ fruges essent, nihil intercalabatur, etsi in provincia tertia nondum maturitatem habebant. Contra vero, si maturitatem in una tantum ex his tribus seges esset assecuta, intercalabatur, si necdum ex se baccas fuderant arbores. Atque hæ quidem præcipuæ erant causæ, cur anni constituerentur intercalares, ut scilicet ad solis conversionem dirigeretur.

§. V. Præterea autem ob quasdam

דין מעברין בשבילן מפני הצורך ואלו הן מפני הדרכים שאין מתוקנין ואין העם יכולין לעלות מעברין את השנה עד שיפסקו הגשמים ויתקנו הדרכים ומפני הגשרים שנהרסו ונמצאו הנהרות מפסיקין ומונעין את העם ומסתכנין בעצמן ומתים מעברין את השנה עד שיתקנו הגשרים ומפני תנורי פסחים שאבדו בגשמים ואין להם מקום לצלות את פסחיהם מעברין את השנה עד שיבנו התנורים וייבשו ומפני גליות ישראל שנעקרו ממקומן ועדיין לא הגיעו לירושלם מעברין את השנה כדי שיהיה להם פנאי להגיע.

ו אבל אין מעברין השנה לא מפני השלג ולא מפני הצנה ולא מפני גליות ישראל שעדין לא נעקרו ממקומן ולא מפני הטומאה כגון שהיו רוב הקהל או רוב הכהנים טמאים אין מעברין את השנה כדי שיהיה להם פנאי לטהר ויעשו בטהרה אלא יעשו בטומאה ואם עברו את השנה מפני הטומאה הרי זו מעוברת.

ז יש דברים שאין מעברין בשבילן כלל אבל עושין אותן סעד לשנה שצריכה עיבור מפני התקופה או מפני האביב ופירות האילן ואלו הן מפני הגדיים והטלאים שעדין לא נולדו או שהן מעט ומפני הגוזלות שלא פרחו אין מעברין בשביל אלו כדי שיהיו הגדיים והטלאים מצויין לפסחים והגוזלות מצויים לראיה או למי שנתחייב בקרבן העוף אבל עושין אותן סעד לשנה.

ח כיצד עושין אותו סעד לשנה אומרין שנה זו צריכה עיבור מפני התקופה שמשכה או מפני האביב ופירות האילן שלא הגיעו ועוד שהגדיים קטנים והגוזלות רכים.

ט אין מעברין את השנה אלא במזומנין לה כיצד יאמר ראש בית דין הגדול לפלוני ופלוני מן הסנהדרין היו מזומנין למקום פלוני שנחשב ונראה ונדע אם שנה זו צריכה עיבור או אינה צריכה ואותן שהוזמנו בלבד הן שמעברין אותה

tres alias necessario consilium annum decernebat intercalarium. Nam si viæ essent deteriores, quam ut posset Hierosolymam ascendere populus, intercalabatur; ut deficiente pluvia viæ repararentur: si pontes interrupti, ut intercedentia flumina non modo plebem tardarent; sed etiam in vitæ periculum vocarent, item intercalabatur, uti pontes reficirentur. Si furnos, ubi coquerentur agni paschales, evertisset perpetuus imber, nec haberetur aliunde, ubi possent agni paschales assari, annus itidem constituebatur intercalaris, uti furnos per otium restitui liceret, atque ante Pascha siccari: (*a*) si Judæi procul exulantes viæ se commisissent, nec ad Pascha possent Hierosolymam aspirare, intercalabatur, ut daretur veniendi facultas.

§. VI. Nec vero propter nivis multitudinem, vim frigoris, exules Judæos, qui non erant domo profecti, neque porro quod aut sacerdotum, aut cœtus pars major esset contaminata, idcirco intercalabatur; ut per dierum numerum, & aspersionem aquæ sublata labe, mundi paschalem agnum immolarent. Sed cum immolabant, ut immundi essent. Attamen publicæ labis causa si fuerat intercalatum, ratum & fixum permaneret.

§. VII. Res vero quædam erant ejusmodi, ut ob illas quidem nullatenus intercalaretur: sed si tum concurrerent, cum ut annus constitueretur intercalaris vel æquinoctium, vel fruges atque reliqui fructus postulabant, his intercalandi necessitas confirmabatur. Ut (*b*) hœdi & agni nondum nati, aut rariores essent: si columbarum pulli nondum evolassent, neutiquam intercalabatur ideo, ut illos quisque ad agnum paschalem, hos frequentes reperirent apparentes Domino, vel sacrificium volucris debentes: sed cum erat intercalandi necessitas, his rebus confirmabatur.

§. VIII. Ut igitur his confirmabatur intercalandi necessitas? Nempe proferentes annum esse intercalarem propter moratum æquinoctium, vel immaturas fruges, & fructus nondum existentes, addebant etiam quod hœdi & columbarum pulli parati adhuc non essent.

§. IX. Non intercalabatur, nisi per eos, qui fuerant ad id officii electi. Itaque consilii magni princeps deligebat nonnullos ex supremo illo Synhedrio quod vocabatur, quibus ita dicebat: curate parati sitis in hoc illo loco, uti deliberemus ac consultemus, utrum oporteat intercalarem constitui annum, necne:

ובכמה מעברין אותן מתחילין בשלשה דיינין מכלל סנהדרי גדולה ממי שסמכו אותן אמרו שנים לא נשב ולא נראה אם צריכה עיבור אם לאו ואחר אמר נשב ונבדוק בטל יחיד במיעוטו אמרו שנים נשב ונראה ואחד אומר לא נשב מוסיפין עוד שנים מן המזומנין ונושאין ונותנין בדבר.

י שנים אומרים צריכה עיבור ושלשה אומרים אינה צריכה בטלו שנים במיעוטן שלשה אומרין צריכה עיבור ושנים אומרים אינה צריכה עיבור מוסיפין שנים מן המזומנין לה ונושאין ונותנין וגומרין בשבעה אם גמרו כולם לעבר או בין שלא לעבר וצריך שיהא ראש בית דין הגדול שהוא ראש ישיבה של שבעים ואחד מכלל השבעה ואם גמרו בשלשה לעבר הרי זו מעוברת והוא שיהא הנשיא עמהן או שירצה ובעיבור השנה מתחילין מן הצד ולקידוש החדש מתחילין מן הגדול.

יא אין מושיבין לעיבור השנה מלך ולא כהן גדול מלך מפני חיילותיו ומלחמותיו שמא דעתו נוטה בשבילן לעבר או שלא לעבר וכהן גדול מפני הצנה שמא לא תהיה דעתו נוטה לעבר כדי שלא יבא תשרי בימי הקור והוא טובל ביום הכפורים חמש טבילות.

יב היה ראש בית דין הגדול והוא הנקרא נשיא בדרך רחוקה אין מעברין אותן אלא על תנאי אם ירצה הנשיא

ne: atque ab his solis, qui erant ad id invitati intercalabatur. Cum igitur iniretur intercalandi consilium, principio tres ex illo supremo Synhedrio quod vocant, judices, qui essent iidem ad dignitatem magisterii promoti considebant: quorum si duo sentirent nihil esse, quod deliberaretur; an oportet intercalari: unus vero deliberandum putaret, partem minorem vincebat major. Sin consultandum ac deliberandum existimarent duo: unus autem nulla deliberatione opus esse censeret, præterea duo ex invitatis arcescebantur ad rem agitandam.

§. X. Tum si duo intercalandum judicabant, tres contra non opus esse intercalatu, jacebant, ii qui numero pauciores erant: sin tribus opus esse intercalato sentientibus refragarentur duo, tunc etiam duo ex invitatis adhibebantur, qui septem rem vehementer agitatam penitus conficiebant. Nam si communiter aut intercalandum, aut non intercalandum constituerant, illorum decreto communi standum erat. Sin inter se dissiderent, in utramque partem majoris numeri valebat auctoritas. Atque ex his septem, omnino necesse erat, ut unus esset consilii magni princeps. Is erat, qui in illo consessu unius & septuaginta judicum primum locum obtinebat. Atqui si priores inter judices tres conveniret, ut intercalaretur, ratum erat; modo princeps ille aut ipse rei interesset, aut certe consentiret. Jam utrum annus constituendus esset intercalaris, cum deliberaretur, incipiebant sententiæ rogari a consessus latere: cum autem id consultaretur, utrum mensis intercalaris seu plenus esset definiendus, sententiam prior dicebat, qui dignitate præstabat.

§. XI. Ad deliberationem utrum intercalaris esset constituendus annus, neque rex admittebatur unquam, nec summus sacerdos. Ille ne forte propter delectum habendum, aut belli administrationem, ad alterutram partem vel intercalandi, vel non intercalandi convocatos impelleret: hic ut ne ab intercalandi sententia deduceret ideo, quod si intercalaretur, mensis Tisri in dies jam frigidos, magno ipsius incommodo incurreret; quippe qui ad (*c*) solemnitatem Expiationum jugi se aqua quinquies ablueret.

§. XII. Summi consilii maximus, qui idem pure princeps appellatur, cum procul aberat, intercalabatur ea conditione, si principi placitum fuerit. Qui si reversus, quod egissent, actum habebat,

באה ורצה הרי זו מעוברת לא רצה אינה מעוברת ואין מעברין את השנה אלא בארץ יהודה שהשכינה בתוכה שנאמר לשכנו תדרשו ואם עיברוה בגליל מעוברת ואין מעברין אלא ביום ואם עיברוה בלילה אינה מעוברת.

יג יש לבית דין לחשב ולקבוע ולידע אי זו שנה תהיה מעוברת בכל עת שירצה אפילו לכמה שנים אבל אין אומרין שנה פלונית מעוברת אלא אחר ראש השנה הוא שאומר שנה זו מעוברת ודבר זה מפני הדחק אבל שלא בשעת הדחק אין מודיעין שהיא מעוברת אלא באדר הוא שאומר שנה זו מעוברת בחדש הבא אינו ניסן אלא אדר שני אמרו לפני ראש השנה שנה זו שתיכנס מעוברת אינה מעוברת באמירה זו.

יד הגיע יום שלשים באדר ולא עברו עדין השנה לא יעברו אותה כלל שאותו היום ראוי להיות ראש חדש ניסן ומשיכנס ניסן ולא עיברו אינן יכולין לעבר ואם עברוה ביום שלשים של אדר הרי זו מעוברת באו עדים אחר שעיברו והעידו על הירח הרי אלו מקדשין את החדש ביום שלשים ויהיה ראש חדש אדר שני ואלו קידשוהו קודם שיעברו את השנה שוב לא היו מעברין שאין מעברין בניסן.

טו אין מעברין את השנה בשנת רעבון שהכל רצים לבית הגרנות לאכול ולחיות ואי אפשר להוסיף להם זמן לאסור החדש ואין מעברין משביעית שיד הכל שולטת על הספיחין ולא ימצאו לקרב העומר ושתי הלחם ורגילין היו לעבר בערב שביעית.

bat, ratum erat: sin minus, irritum erat. Neque vero constituebatur annus intercalaris ubicunque loci: sed in una duntaxat Judæa, quam Deus præcipue colebat, id quod in Lege dicitur, *Sed locum* ······ *in quo inhabitet, petitote, &c. Deut.* XII. 5. Quanquam in Galilæa si constitutus esset annus intercalaris, ratum haberetur. Porro annus non definiebatur intercalaris, nisi de die: ac si noctu fuisset intercalatum, irritum esset.

§. XIII. Quovis tempore consilio licebat rationes secum deputare, tum apud se statuere quis annorum futurus esset intercalaris, & id quidem permultos in annos; nullus autem annus renunciandus erat intercalaris, nisi post exactam illam, quæ principium anni dicitur, solemnitatem. Nec tum quidem renunciabatur annus intercalaris, nisi permagna ad indicandum impelleret necessitas: alioqui mense Adar demum renunciabatur, consequentem mensem non Nisan; sed alterum fore Adar, quod annus esset intercalaris. Quod si consilium ante principium anni edixisset venientem annum fore intercalarem, ista quidem denunciatio nequaquam ad intercalandum valeret.

§. XIV. Mensis Adar dies cum venerat tricesimus, necdum esset intercalatum, omnino intercalandum non erat: quippe cum possent illo die calendæ Nisan haberi. Mensis vero Nisan cum venerat necdum intercalatum fuit, intercalari porro non erat integrum. Veruntamen hoc ipso die tricesimo mensis Adar si esset intercalatum, ratum habebatur. Ergo si, postquam erat intercalatum, lunæ novæ nuncius afferretur, calendæ celebrabantur non Nisan; sed denuo mensis Adar: Sin autem calendæ consecratæ fuerant ante, quam intercalatum esset, deinceps non intercalabatur, quoniam mense Nisan non erat intercalandi potestas.

§. XV. Non constituebatur annus intercalaris in fame: etenim cum vitæ tuendæ causa etiam in cellas frumentarias omnes irrumperent, id sane fieri non posset; ut a (*d*) segete mensem ipsum, quo fiebat annus longior, prohiberentur: neque anno Sabbathico: cum enim illæ, quæ e terris incultis sponte sua nascerentur fruges publici juris essent, si annus augeretur solido mense, non liceret reperire, unde Deo libaretur ille, qui præscribitur a Lege, manipulus, atque (*e*) panes illi duo. Ex quo intercalaris constitui solitus erat annus is, qui Sabbathicum antecedebat.

§. XVI.

יו יראה לי שזה שאמרו חכמים אין מעברין בשנת רעבון ובשביעית שלא יעברו בהם מפני הצורך אבל אם היתה השנה הראויה להתעבר מפני התקופה או מפני האביב ופירות האילן מעברין לעולם בכל זמן.

יז כשמעברין בית דין את השנה כותבין אגרות לכל המקומות הרחוקים ומודיעים אותן שעיברוה ומפני מה עיברו ועל לשון הנשיא נכתבו ואומר להן יודע לכם שהסכמתי אני וחברי והוספנו על שנאמר זו כך וכך רצו תשעה ועשרים יום רצו שלשים יום שחדש העיבור הרשות לבית דין להוסיפו מלא או חסר לאנשים הרחוקים שמודיעין אותם אבל הם לפי הראיה הם עושים אם מלא אם חסר.

§. XVI. Ac mihi quidem hoc ita visum est, omnino a sapientibus interdictum esse, ne vel in annonæ difficultate, vel in anno sabbathico intercalaretur; nimirum vel ob (*f*) vias & pontes interruptos, aut quid simile: verum ut annus constitueretur intercalaris, si postularet vel æquinoctii mora, vel frugum & fructuum -arditas, nunquam fieri, ut non intercalaretur.

§. XVII. Cum erat intercalatum, a consilio literæ mittebantur provincias in omnes, ex quibus longinqui cognoscerent & factum esse annum intercalarem, & qua de causa factum esset. Atque literæ verbis erant scriptæ principis consilii in hunc modum. Notum vobis facio decrevisse me una cum meis sociis, ut hic annus augeretur triginta, vel novem & viginti diebus. Nam hoc quidem erat in potestate consilii, mensem intercalarem vel plenum vel cavum denunciare longinquis hominibus, quos hac de re certiores faceret. Consilium autem ipsum mensem eundem ex ratione lunæ vel cavum vel plenum observabat.

NOTÆ IN CAPUT QUARTUM.

(a) *Si Judæi procul exulantes*. Nam interea temporis, dum stabat templum Hierosolymitanum secundum, Judæi per omnes omnium gentium terras dispersi ac dissipati fuerant, qui demum Judæi a scriptore nostro גליות ישראל Judæi procul exulantes appellantur, id quod cum judicio observatur in commentariis textui nostri scriptoris adjectis.

(b) *Hœdi & agni nondum nati*. Ut sacrificiorum libamenta serventur, fœtusque pecorum ..... diligenter habenda ratio intercalandi est. *Tullius*, l. 2. de legibus.

(c) *Solemnitatem Expiationum*. Quæ decimo mensis ejus die celebratur.

(d) *Segete mensem ipsum*, *&c.* Nam ea ne quis uteretur ante, quam altero Paschæ die festo manipulus esset ex ea Deo libatus, a Lege sancitum est, *Lev.* 23. 14. *Ne panem, neu fruges tostas, neu polentam gustatote ad hunc usque diem, quo libamentum Deo vestro feratis.*

(e) *Panes illi duo*. De quibus *Lev.* 23. 16. & 17. dicitur, *Novum Deo fertum obmovetoto: De vestris regionibus fertote panes duos, qui agitentur: duas siliginis decumas continento: fermentati coquuntor: primitiæ Deo feruntor.*

(f) *Vias & pontes*. Variant hic editiones: in ea quæ prodiit anno 1524. in folio magno legitur מפני הצורך: & in ea quæ prodiit anno 1574. in folio parvo legitur מפני צורך הדרכים והגשרים quam lectionem posteriorem ut magis synceram secutus sum.

פרק חמישי

א כל שאמרנו מקביעות ראש חדש על הראיה ועבור השנה מפני הזמן או מפני הצורך אין עושין אותו אלא סנהדרין שבארץ ישראל או בית דין הסמוכים לארץ ישרץ שנתנו להם הסנהדרין רשות שכך נאמר למשה ולאהרן החדש הזה לכם ראש חדשים ומפי השמועה למדו איש מאיש ממשה רבינו שכך הוא פירוש הדבר עדות זו תהיה מסורה לכם וכל עומד אחריכם במקומכם אבל בזמן

CAPUT V.

§. I. Atque finire calendas ita, ut diximus, ex visione lunæ novæ, & propter anni tempus, aut aliam quandam necessitaten annum uno mense facere longiorem, solius erat consilii in terra Israelitica constituti, quod fere Synhedrium appellatur, & ejus consilii, quod totum erat ex hominibus in eadem terra Israelitica ad dignitatem magisterii promotis; siquidem huic eidem consilio præterea summum illud consilium intercalandi potestatem dederat. Nam quod in Lege dicitur Mosi, atque Aaroni, *Novitas ista vobis (esto) principium mensium*, *Exod.* XII. 2. ejus hanc esse sententiam usque a Mose auditione accepimus alius ab alio, hujus rei sit arbitrium penes vos, item & penes il-

שאין שם סנהדרין בארץ ישראל אין קובעין חדשים ואין מעברין שנים אלא בחשבון זה שאנו מחשבין בו היום.

ב ודבר זה הלכה למשה מסיני הוא שבזמן שיש סנהדרין קובעין על פי החשבון הזה שאנו מחשבין בו היום ואין נזקקין לראיה אלא פעמים שהיה יום שקובעין בו בחשבון זה הוא יום הראייה או קודם לו ביום או אחריו ביום וזה שיהיה לאחר הראייה ביום פלא הוא ובארצות למערב ארץ ישראל.

ג ומאימתי התחילו כל ישראל לחשב בחשבון זה מסוף חכמי תלמוד בעת שחרבה ארץ ישראל ולא נשאר שם בית דין קבוע אבל בימי חכמי משנה וכן בימי חכמי תלמוד עד ימי אביי ורבא על קביעת ארץ ישראל היו סומכין.

ד כשהיתה סנהדרין קיימת והיו קובעין על הראייה היו בני ארץ ישראל וכל המקומות שמגיעין אליהן שלוחי תשרי עושין ימים טובים יום אחד בלבד ושאר המקומות הרחוקות שאין שלוחי תשרי מגיעין אליהם היו עושין שני ימים מספק לפי שלא היו יודעין יום שקבעו בו ארץ ישראל את החדש.

ה בזמן הזה שאין שם סנהדרין ובית דין של ארץ ישראל קובעין על החשבון זה היה מן הדין שיהיו בכל המקומות עושין יום טוב אחד בלבד אפילו המקומות הרחוקות שבחוצה לארץ כמו בני ארץ ישראל שהכל על חשבון אחד סומכין וקובעין אבל תקנת חכמים היא שיזהרו במנהג אבותיהם שבידיהם.

ו לפיכך כל מקום שלא היו שלוחי תשרי מגיעין אליו כשהיו השלוחין יוצאין יעשו שני ימים ואפילו בזמן הזה

illos, qui muneri veſtro vicarii ſucceſſuri ſunt. Ubi vero in terra Judæa nullus inerat ejuſmodi ſenatus, & menſes finiebantur, uti nunc, per tabularum rationes, atque per eaſdem anni conſtituebantur intercalares.

§. II. Enimvero id Moyſi mandatum in monte Sina fuit, ut dum eſſet ſummum illud conſilium, calendæ finirentur ex viſione lunæ novæ: eaſdem nullatenus de viſione lunæ novæ laborantes dirigeremus ad rationem tabularum, qua nunc utimur, cum ille ſupremus ſenatus interiſſet. Etenim ratione tabularum fit, ut calendæ finiantur interdum eodem, quo luna naſcens appareat die, interdum pridie ejus diei, nonnunquam etiam poſtridie. Quod extremum quidem & perraro accidit, & in iis ſolum locis, quæ ſunt e regione Judææ ad occidentem.

§. III. Ac tum demum omnes omnino Judæi inſtituerunt tempora itidem, uti nunc, tabularum ratione deſcribere, cum ſub ultimis Talmudis ſcriptoribus penitus vaſtata Judæa nullum ſtabile conſilium retinuiſſet; illorum enim ætate ſcriptorum, (*a*) Miſnam compoſuerunt, atque adeo dum ipſum Talmud componeretur uſque ad ætatem (*b*) Abæi & Rabbæ, ſemper id ſequebantur, quod in Judæa conſtitutum erat.

§. IV. Cum eſſet ille, qui ex viſione lunæ novæ calendas finiret, ſenatus; tam in ipſa Judæa, quam regionibus in aliis, ad quas pervenire poterant ii, qui definitas Tiſri calendas nunciatum mitterentur, ſingulas uno die ſolemnitates celebrabant. Cæteræ, quæ longius erant diſſitæ provinciæ, quam ut eo poſſent menſe Tiſri nuncii finitarum calendarum aſpirare, dies ſolemnes duplicabant ex eo, quod ambigerent quonam die calendas conſtituiſſent, qui Paleſtinam incolebant.

§. V. Hoc autem tempore, quoniam ſummum conſilium in Judæa nullum, & quod eſt in ea conſilium, id quoque ex tabularum ratione calendas finit, ſcilicet æquitatis ſit, ut in locis omnibus quamvis a Judæa longe diverſis ſingulæ ſolemnitates unicum omnino diem habeantur itidem, ut apud Judææ incolas; quippe cum ad unam & eandem tabularum rationem ſeſe dirigant omnes. At ſapientes voluerunt ritus patrum perpetuo ſervari.

§. VI. Quamoberm uti quondam, dum Judæam habitantes calendas ex viſione lunæ novæ conſtituebant, in omnibus locis, quo non poterant de calendis finitis nuncii perferri ab iis, qui men-

כמו שהיו עושין בזמן שבני ארץ ישראל קובעין על הראייה ובני ארץ ישראל בזמן הזה עושין יום אחד כמנהגן שמעולם לא עשו שני ימים נמצא יום טוב שני שאנו עושין בגליות בזמן הזה מדברי סופרים שתקנו דבר זה.

ז יום טוב של ראש השנה בזמן שהיו קובעין על הראייה היו רוב בני ארץ ישראל עושין אותו שני ימים מספק לפי שלא היו יודעין יום שקבעו בו בית דין את החדש שאין השלוחים יוצאין ביום טוב.

ח ולא עוד אלא אפילו בירושלם עצמה שהוא מקום בית דין פעמים רבות היו עושין יום טוב של ראש השנה שני ימים שאם לא באו העדים כל יום שלשים נוהגין היו באותו היום שמצפין לעדים קדש ולמחר קדש והואיל והיו עושין אותו שני ימים ואפילו בזמן הראייה התקינו שיהו עושין אפילו בני ארץ ישראל אותו תמיד שני ימים בזמן הזה שקובעין על החשבון הנה למדת שאפילו יום טוב שני של ראש השנה בזמן הזה מדברי סופרים.

ט אין עשיית יום טוב אחד תלוייה בקריבת המקום כיצד אם יהיה מקום בינו ובין ירושלם מהלך חמשה ימים או פחות שבודאי אפשר שיגיעו להן שלוחין אין אומרין שאנשי מקום זה עושין יום טוב אחד שמא יאמר לנו שהיו השלוחין יוצאין למקום זה שמא לא היו שלוחים למקום זה מפני שלא היו שם ישראל ואחר שחזרו לקבוע על החשבון ישבו שם ישראלים שהן חייבין לעשות שני ימים או מפני שהיה חירום כדרך שהיה בין יהודה וגליל בימי חכמי משנה או מפני שהיו הגוים מונעין את השלוחין לעבור ביניהן.

mense Tisri nunciatum mitterentur; sic etiamnum prorsus omnes dies solemnes biduo celebrant. Et qui Palestinam incolunt, hoc tempore, ut olim, dies solemnes simplices habent; quippe qui nunquam sunt aliter soliti. Ex quo cognoscere licet, secundum quemque diem solemnem, quem nos extorres his temporibus celebramus, edicto sancitum esse sapientum.

§. VII. Atque illum quidem, a quo ducitur civilis anni principium, diem festum, vel eorum plerique, qui Palestinam habitabant, geminabant etiam tum, cum ad visionem lunæ novæ calendas dirigerent: neque enim certo scire poterant, quonam die consilium finiisset calendas Tisrinas, siquidem die festo nunciatum proficiscebatur nemo.

§. VIII. Quin etiam Hierosolymæ, quæ erat supremi senatus illius sedes, tamen hunc diem solemnem, unde annus incipit, sæpenumero geminabant. Etenim tricesimus ille mensis dies, quo nuncii lunæ novæ expectabantur, totus habebatur sanctus, itemque posterus, quando die mensis trigesimo lunæ novæ nuncii venerant nulli. Itaque sciverunt, ut & Judæam habitantes, quoniam, dum ad visionem lunæ mensem dirigerent, duos ad principium anni dies agebant solemnes, nunc computatione tempora finientes duos itidem celebrarent. Hinc igitur patet, etiam alterum diem festum ad anni principium celebrari nunc ex decreto sapientum.

§. IX. Quod autem quis locus ab illius supremi senatus sede prope situs sit, non idcirco dies festi simplices in eo agentur, ut si distet ab Hierosolymis quinque dierum iter, aut eo minus; quo nullum est dubium, quin mense Tisri possent emissi abs senatu calendarum nuncii pervenire; hujus nihilominus incolis ut simplices dies solemnes celebrent, permissum non est. Ecquis enim auctor est locum hunc jam tum, cum ab illo supremo senatu calendarum nuncii mitterentur, esse habitatum a Judæis? Judæi forsan habitatum eo non venerunt, nisi post quam cœpta sunt tempora calculorum ratione finiri, qui quidem ut quemque diem solemnem biduo celebrent, omnino necesse est. Deinde cum mittebantur calendarum nuncii via forte fuit interclusa: Hoc enim in via, quæ ducebat in Judæam e Galilæa, evenit illorum ætate, qui Misnam illam, ut dicitur, conscripserunt: tum fieri potest etiam, (c) ut per fines suos Samaritani, sive Cutæi prohiberent calendarum nuncios transire.

§. X.

י ואלו היה חדבר תלוי בקריבת המקום היו כל בני מצרים עושין יום אחד שהרי איפשר שיגיעו להם שלוחי תשרי שאין בין ירושלם ומצרים על דרך אשקלון אלא מהלך שמנה ימים או פחות וכן רוב סוריא הא למדת שאין הדבר תלוי בהיות המקום קרוב.

יא נמצא עיקר דבר זה על דרך זו כך הוא כל מקום שיש בינו ובין ירושלם מהלך יתר על עשרה ימים גמורים עושין שני ימים לעולם כמנהגם מקודם שאין שלוחי כל תשרי ותשרי מגיעין לא למקום שבינו ובין ירושלם מהלך עשרה ימים או פחות וכל מקום שבינו לבין ירושלם מהלך עשרה ימים בשוה או פחות שאיפשר שיהיו שלוחין מגיעין אליו רואים אם אותו המקום מארץ ישראל שהיו בה ישראל בשעת הראייה בכבוש שני כגון אושא ושפרעם ולוז ויבנה ונו וטבריא וכיוצא בהן עושין יום אחד בלבד ואם אותו המקום מסוריא כגון צור ודמשק ואשקלון וכיוצא בהן או מחוצה לארץ כגון מצרים ועמון ומואב וכיוצא בהן עושין כמנהג אבותיהן שבידיהן אם יום אחד יום אחד ואם שני ימים שני ימים.

יב מקום שבינו ובין ירושלם עשרה ימים או פחות מעשרה והוא סוריא או חוצה לארץ ואין להם מנהג או שהיא עיר שנתחדשה במדבר ארץ ישראל או מקום ששכנו בו ישראל עתה עושין שני ימים כמנהג רוב העולם וכל יום טוב שני מדברי סופרים ואפילו יום טוב שני של ראש השנה שהכל עושין אותו בזמן הזה.

יג זה שאנו מחשבין בזמן הזה כל אחד ואחד בעירו ואומרין שראש חדש יום פלוני ויום טוב ביום פלוני לא בחשבון

§. X. Etenim ſi loci ſit propinquitas ſpectanda, quid eſt, cur hi, qui Ægyptum habitant Judæi, non habeant dies ſolemnes ſimplices? perveniebant ad eos, qui calendas Tiſrinas nunciatum mittebantur a ſenatu Hieroſolymitano: nam Hieroſolymis per Aſcalonem diebus octo, aut etiam eo citius itur ad Ægyptum. Similis eſt ratio Syriæ ex maxima parte. Ex quo id efficitur, propinquitate loci dirigi nihil.

§. XI. Sic igitur res ſe habet: quæ urbs plus eſt Hieroſolymis diſſita, quam decem dierum ſolidorum iter, in ea dies ſolemnes veteri conſuetudine & majorum inſtituto ſemper habentur gemini; neque enim hi, qui calendas nunciatum abs ſenatu Hieroſolymitano mittebantur, nuncium menſe Tiſri afferebant niſi ad eos, qui aut diſtabant Hieroſolymis iter dierum omnino decem, aut eo minus: quod autem oppidum aut ipſum iter dierum denum, aut eo minus abeſt Hieroſolymis, cum eo licuerit menſe Tiſri calendas nunciatum venire, videndum eſt, utrum id in ea ſit Imperii Judaici parte ſitum, quam habitarent Judæi cum recepta patria menſes exigerent ad viſionem lunæ novæ, ſicut Uſia, Siporium, Luſa, Jabna, Noba, Tiberias, & urbes ſimiles, in quibus dies ſolemnes ſunt ſimplices: an ſit in Syria poſitum, velut Tyrus, Damaſcus, Aſcalon, & ſimiles: an vero ſit etiam extra fines Judæorum, ut Ægyptus, regio Ammonitarum, item & Moabitarum, & ejuſmodi aliæ terræ, in quibus mos & inſtitutum majorum oportet teneatur in utramque partem, ſive ad dies ſolemnes duplices, ſive ad ſimplices celebrandos.

§. XII. Si quæ urbs Hieroſolymis disjuncta aut dierum iter denum, aut eo minus, in Syria ſita ſit, vel extra Iſraelitarum fines, & eidem conſuetudo exiſtat nulla: ſi intra fines Iſraelitarum nova condatur urbs in loco quondam deſerto atque inculto: aut ſi quod oppidum poſitum intra fines Iſraelitarum Judæi jam nunc habitare cœperint; uti maximæ Judæorum parti, ſic & harum urbium incolis ſolemnitates ſunt biduum habendæ. Omnium igitur ſolemnium dierum alter ex auctoritate eſt ſapientum hominum. Et ille alter dies ſolemnis, qui ad principium anni apud omnes celebratur, ille etiam ipſe e decreto ſapientum eſt.

§. XIII. Quod autem his temporibus ſingulis in oppidis calculus ponatur atque renuncietur quando calendæ, quando futuri ſint dies feſti, putandum non

eſt

שלנו אנו קובעין ולא עליו אנו סומכין שאין מעברין שנים וקובעין חדשים בחוצה לארץ ואין אנו סומכין אלא על חשבון בני ארץ ישראל וקביעתם וזה שאנו מחשבין לגלות הדבר בלבד הוא כיון שאנו יודעין שעל חשבון זה הן סומכין אנו מחשבין לידע יום שקבעו בו בני ארץ ישראל אי זה יום הוא וקביעת בני ארץ ישראל אותו הוא שיהיה ראש חדש או יום טוב לא מפני חשבון שאנו מחשבין.

est nostro nos fidentes calculo tempora moderari: menses enim finire & annos extra regionem Israelitarum, integrum non est. Ad eorum igitur, qui regionem incolunt Israelitarum, nos dirigimus rationes ac constitutiones: sed enim & nosmet rationem putamus, ut, quoniam scimus ad eam dirigi Judææ incolas, innotescant atque agitentur dies festi ii, non quos ipsi subducenda ratione comperimus, sed quos constituerunt incolæ Judææ.

NOTÆ IN CAPUT QUINTUM.

(a) *Misnam composuerunt*. Namque hanc esse absolutam & perfectam anno post conditum mundum 3949. post alterum templum disturbatum 120. qui est annus æræ Christianæ 189. narratur libro יוחסין de familiarum seu generibus, seu stirpibus, fol. 160. p. 1.

(b) *Abæi & Rabbæ*. Hi duo, ut scribitur, ætate ac societate inter se conjuncti fuere. Jam priorem eorum mortuum esse anno a mundo constituto 4113. hoc est, anno æræ Christianæ 353. demonstratur eodem illo libro de familiarum stirpibus, atque eodem folio pag. 2. Unde cognoscere licet Talmud hic commemorari non Babylonium, sed Hierosolymitanum: hoc enim, ut est in hoc eodem libro, circiter 300. annos a disturbatione templi secundi perfectum est, quod est circa annum æræ Christianæ 369. At illud alterum, ut apud eundem auctorem proditum est, inchoatur a R. Asa, qui huic operi immoritur anno mundi 4184. hic est æræ Christianæ annus 424. idemque absolvitur & undique expletur anno æræ Christianæ 505. Jam quod hoc articulo toto, idem traditur etiam in eodem libro de familiarum stirpibus, fol. 164. pag. 1. Porro ibi hoc additur, ab Hillele R. Judæ cognomine Sancti pronepote, & eodem consilii principe, cum omnibus Israelitarum primoribus, ex doctrina sibi tradita institutam & literis proditam hanc hodiernam tabularum rationem ad calendas, dies festos & solemnes finiendos.

(c) *Ut per fines suos Samaritani sive Cutæi*. Hic variant editiones: in recentiori legitur כותים Cutæi: in superioribus גוים Ethnici: vide nostram ea de re notam, quam pag. 91. ad §. 4. apposuimus.

פרק ששי

א בזמן שעושין על הראיה היו מחשבין ויודעין שעה שיתקבץ בו הירח עם החמה בדקדוק הרבה כדרך שהאצטגנונין עושין כדי לידע אם יראה הירח או לא יראה ותחלת אותו החשבון הוא החשבון שמחשבין אותו בקירוב ויודעין שעת קיבוצן בלא דקדוק אלא במהלכם האמצעי הוא הנקרא מולד ועיקרי החשבון שמחשבין בזמן שאין שם בית דין שקבעו בו על הראיה והוא חשבון שאנו מחשבין היום הוא הנקרא עיבור.

ב היום והלילה ארבע ועשרים שעות בכל זמן שתים עשרה ביום ושתים עשרה בלילה והשעה מחולקת לאלף ושמנים חלקים ולמה חלקו השעה למנין זה לפי שמנין זה יש בו חצי ורביע ושמינית ושליש ושתות ותשע וחומש ועישור והרבה חלקים יש לכל אלו השמות.

CAPUT VI.

§. I. Calendas igitur cum exigerent ad visionem lunæ novæ, quam poterant accuratissime tempus ipsum, quo cum sole congrederetur luna, exquirebant eadem via ac ratione, qua solent astrologi; id adeo, ut cognoscerent, an futurum esset, ut luna appareret, necne. Ac tum quidem manca putabatur & inchoata ratio proxime accessisse, ac solis & lunæ reperisse non perfectam illam conjunctionem; verum aliam quandam mediam, ut vocant, quæ conjunctio media luna nascens seu novilunium dicitur. Sed enim hæc eadem ratio & absoluta est habita olim, cum in Judæa nullum omnino consilium remansisset, a quo finirentur ex visione lunæ novæ calendæ: & nunc ipsum nostra est metiendi temporis regula; nimirum hæc est ea, quæ computatio, seu tabularum ratio dicitur.

§. II. Quovis tempore quatuor & viginti horis dies & nox efficiuntur; quarum (a) duodecim pertinent ad diem, & ad noctem totidem: Hora autem distribuitur in scrupulos mille & octoginta. Quid ita vero? quia numero in isto licet dimidiam, quartam, & octavam partem reperire, tertiam, sextam, nonam; itemque quintam & decimam, atque alias bene multas, quarum suum quæque nomen habet.

ג משיתקבץ הירח והחמה לפי חשבון זה עד שיתקבצו פעם שנייה במהלכת האמצעי תשעה ועשרים יום ושתים עשרה שעות מיום שלשים מתחלת לילו ושבע מאות שלשה ותשעים חלקים משעת שלש עשרה וזה הוא הזמן שבין כל מולד ומולד וזה הוא חדש של לבנה.

ד שנה של לבנה אם תהיה שנים עשר חדש מחדשים אלו יהיה כללה שלש מאות יום וארבעה וחמשים יום ושמנה שעות ושמנה מאות וששה ושבעים חלקים ואם תהיה מעוברת ותהיה השנה שלשה עשר חדש יהיה כללה שלש מאות שלשה ושמונים יום ואחד ועשרים שעות וחמש מאות ותשעה ושמונים חלקים ושנת החמה היא שלש מאות חמשה וששים יום ושש שעות נמצא תוספת שנת החמה על שנת הלבנה עשרה ימים ואחת ועשרים שעות ושנים מאות וארבעה חלקים.

ה כשתשליך ימי חדש הלבנה שבעה שבעה שהן ימי השבוע ושאר יום אחד ושתים עשרה שעות ושבע מאות ושלשה ותשעים חלקים סימן להם א״ב תשצ״ג וזו היא שארית חדש הלבנה וכן כשתשליך ימי שנת הלבנה שבעה שבעה אם שנה פשוטה היא ישאר ממנה ארבעה ימים ושמנה שעות ושמנה מאות וששה ושבעים חלקים סימן להם ד״ח תתע״ו וזו היא שארית שנה פשוטה ואם שנה מעוברת היא תהיה שאריתה חמשה ימים ואחת ועשרים שעות וחמש מאות תשעה ושמנים חלקים סימן להם הכ״א תקפ״ט.

ו כשיהיה עמך ידוע מולד חדש מן החדשים ותוסיף עליו א״ב תשצ״ג יצא מולד שאחריו ותדע באי זה יום מימי השבוע ובאי זו שעה ובמה חלקים יהיה כיצד הרי שיהיה מולד ניסן באחד בשבת בחמש שעות ביום ומאה ושבעה חלקים סימן להם אה״קז.

ז כשתוסיף עליו שארית חדש הלבנה והוא א״ב תשצ״ג יצא מולד אייר בליל שלישי חמש שעות בלילה ותשע מאות

§. III. Ex hac igitur noſtra hodierna deſcriptione temporum, ab una ad alteram ſolis & lunæ conjunctionem illam mediam viginti novem intercedunt dies pleni, horæ duodecim, & ex tertia decima hora ſcrupuli ſeptingenti & nonaginta tres. Hoc igitur temporis ſpatium inter unam & alteram lunam novam intereſt, atque adeo menſem lunarem complet.

§. IV. Unde lunaris annus, ſi eſt ex ejuſmodi menſibus duodecim, quatuor diebus & quinquaginta, & trecentis conficietur, horis octo, octingentis & ſeptuaginta ſex ſcrupulis. Sin autem intercalando fiat uno menſe longior, dies continebit trecentos octoginta tres, unam & viginti horas, quingentos & novem ſupra octoginta ſcrupulos; Sed qui ſolis converſione efficitur annus, is dies habet trecentos ſexaginta quinque, horas ſex. Ex quo patet ſolarem annum lunari eſſe longiorem diebus decem, viginti una horis, & ſcrupulis ducentis & quatuor.

§. V. Cum e menſe lunari ſingulas detrahas hebdomadas omnino reliquum erit id, dies una, horæ duodecim, atque ſcrupuli ſeptingenti, tres & nonaginta: character eſt 1. 12. 739. Hæ ſunt menſis epactæ lunaris. Idem ſi facias in anno lunari, eoque communi ſuperant dies quatuor, horæ octo, ſcrupuli octingenti ſeptuaginta ſex: character eſt 4. 8. 876. Atque hæ ſunt lunaris anni communis epactæ: Verum embolimæi ſeu intercalaris epactæ ſunt dies quinque, una & viginti horæ, ſcrupuli quingenti novem & octoginta: character eſt 5. 21. 589.

§. VI. Cum igitur menſis alicujus novilunium exploratum atque perſpectum habeas, huic ſi addas diem unum, horas duodecim, ſeptingentos nonaginta tres ſcrupulos, menſis conſequentis lunam novam comperias ita, ut & quo hebdomadæ die, qua diei hora, quo denique ſcrupulo ſit futura, certo ſcias. Atque hoc exempli cauſa ponatur, menſis Niſan lunam novam extitiſſe ad primum hebdomadæ diem poſt horam lucis quintam, & ex hora ſexta centeſimum & ſeptimum ſcrupulum: character eſt 1. 5. 107.

§. VII. Si his addideris epactas menſis lunaris, diem unum, horas duodecim, ſcrupulos ſeptingentos, nonaginta tres, comperies lunam novam menſis ſequentis, qui dicitur Jar, fieri tertia hebdomadæ nocte, poſt quintam noctis horam, & ſcrupulum horæ ſextæ nongenteſimum; cujus character eſt 3. 5. 900.

חלקים סימן להם נ״ה תת״ק וע״ל דרך זו עד סוף העולם חדש אחר חדש.

ח וכן כשיהיה עמך ידוע מולד שנה זו ותוסיף שאריתה על ימי המולד אם פשוטה היא שארית הפשוטה ואם מעוברת היא שארית המעוברת יצא לך מולד שנה של אחריה וכן שנה אחר שנה עד סוף העולם והמולד הראשון שממנו תתחיל הוא מולד שהיה בשנה הראשונה של יצירה והוא היה בליל שני חמש שעות בלילה ומאתים וארבעה חלקים סימן להם בה״רד וממנו הוא תחלת החשבון.

ט בכל החשבונות האלו שתדע מהן המולד כשתוסיף שארית עם שארית כשיתקבץ מן החלקים אלף ושמנים תשלים שעה אחת תוסיף אותה למנין השעות וכשיתקבץ מן השעות ארבעה ועשרים תשלים יום ותוסיף ממנו למנין הימים וכשיתקבץ מן הימים יותר על שבעה תשליך שבעה מן המנין ותניח השאר שאין אנו מחשבין לידע מנין הימים אלא לידע באי זה יום מימי השבוע ובאי זו שעה ואיזה חלק יהיה המולד.

י כל תשע עשרה שנה שיהיו מהן שבע שנים מעוברות ושתים עשרה פשוטות נקרא מחזור ולמה סמכנו על מנין זה שבזמן שאתה מקבץ מנין ימי שתים עשרה שנה פשוטות ושבע מעוברות ושעותיהן וחלקיהן ותשלום כל אלף ושמנים חלקים שעה וכל ארבע ועשרים שעות יום ותוסיף למנין הימים תמצא הכל תשע עשרה שנה משני החמה שכל שנה מהן שלש מאות וחמשה וששים יום ושש שעות בשוה ולא ישאר ממנין ימי החמה בכל תשע עשרה שנה חוץ משעה אחת וארבע מאות ושמנים וחמשה חלקים סימן להם את״פה.

יא נמצא במחזור שהוא בזה החדשים כולם חדשי הלבנה והשנים שני החמה והשבע שנים המעוברות שבכל מחזור ומחזור לפי חשבון זה הם שנה שלישית מן המחזור וששית ושמינית ושנת אחת עשרה ושנת ארבע עשרה ושנת שבע

900. Sicque licet consequentium reperire mensium lunam novam vel ad infinitum tempus.

§. VIII. Eodem modo si primam alicujus anni lunam novam cognitam habeas, adjungendis epactis anni, prout erit, vel communis, vel intercalaris, consequentis anni comperies primam lunam nascentem, & ita prorsus sequentium annorum, etiam ad infinitum tempus. Jam exordium putandi ducendum est ab prima post constitutum mundum luna nova. Ea fuit ad (*b*) secundam hebdomadæ noctem post horam quintam, & consequentis horæ scrupulum quartum & ducentesimum: character est 2. 5. 204. Ab hac oportet luna nova putandi initium repeti.

§. IX. Cum ex ratiociniis quærantur lunæ novæ, tum ex epactis menstruis in unum redactis ubi collecti fuerint scrupuli mille & octoginta, ex his constitutam horam oportet in numerum reponi horarum. Cum ex horis collectæ fuerint quatuor & viginti, eas item oportet in numerum dierum referri. De diebus autem si plures septem collegeris hebdomada rejecta, reliquos retinueris: neque enim rationibus ineundis exquiritur dierum numerus; sed luna nova quo hebdomadæ die, qua hora, quo momento futura sit.

§. X. Quod spatium cyclus seu periodus appellatur, id annis conficitur undeviginti; quorum sunt communes duodecim, septem embolimæi. Nec vero sine causa hoc voluimus intervallo tempora circumscribi. Nam si quoties occurrerint scrupuli mille & octoginta, eos rediges in numerum horarum, quoties similiter viginti quatuor occurrerint horæ, eas in dierum ordinem adducas, duodecim annorum communium, & septem intercalarium reperies non pauciores esse dies, quam quos totidem annui cursus solis habent; si modo sic in animum inducas, solem annuam conversionem quinque diebus & sexaginta & trecentis, quarta diei parte ipsa addita, conficere. Etenim in his undeviginti cursibus annuis definiendis sol consumit amplius, quam luna, horam omnino unam, & quadringentos octoginta quinque scrupulos: character est 1. 485.

§. XI. Ergo hujus cycli menses singuli cum lunæ ratione congruunt, & cum ratione solis anni. Porro anni septem intercalares, qui in hujusmodi cyclo insunt, ex hac nostra tabularum ratione eo dispensantur ordine; ut intercalaris sit annus ejus tertius, sextus,

עשרה ושנת תשע עשרה סימן להם
גו״ח י״א י״ד י״ז י״ט.

יב כשתקבץ שארית כל שנה משתים
ועשרה שנה הפשוטות שהיא ד״ח תת״עו
ושארית כל שנה משבע שנים המעוברות
שהיא הכ״א תקפ״ט ותשליך הכל שבעה
שבעה ישאר שני ימים ושש עשרה שעות
וחמש מאות וחמשה ותשעים חלקים
סימן להם ב״יו תקצ״ה והוא הוא שארית
המחזור.

יג כשיהיה לך ידוע מולד תחלת מחזור
ותוסיף עליו ב״יו תקצ״ה יצא לך תחלת
המחזור שאחריו וכן מולד כל מחזור ומחזור
עד סוף העולם וכבר אמרנו שמולד תחלת
המחזור הראשון היה לבהר״ד ומולד השנה
הוא מולד תשרי של אותה השנה.

יד ובדרך הזאת תדע מולד כל שנה
שתרצה ומולד כל חדש וחדש שתרצה
משנים שעברו או משנים שעתידים לבא
כיצד תקח שני יצירה שעברו וגמרו ותעשה
אותה מחזורין של תשע עשרה שנה עד
תשרי של אותה השנה ותדע מניין
המחזורין שעברו ומניין השנים שעברו
ממחזור שעדיין לא נשלם ותקח לכל
מחזור ומחזור ב״יו תקצ״ה ולכל שנה ושנה
פשוטה משני המחזור שלא נשלם ד״ה
תת״עו ולכל שנה מעוברת הכ״א תקפ״ט
ותקבץ הכל ותשלים החלקים שעות ותשלים
השעות ימים והימים תשליכם שבעה
שבעה והנשאר מן הימים ומן השעות
והחלקים הוא מולד שנה הבאה שתרצה
לידע מולדה.

טו מולד השנה שיצא בחשבון זה
הוא מולד ראש חדש תשרי וכשתוסיף

octavus, undecimus, quartus decimus, decimus & septimus, atque undevigesimus: character est 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19.

§. XII. Si quis singulas duodecim annorum communium epactas, quæ sunt dies quatuor, horæ octo, & scrupuli octingenti septuaginta sex, & singulas item septem annorum intercalarium colligat epactas, quæ sunt dies quinque, una & viginti horæ, novem & octoginta & quingenti scrupuli, tum ex his in unum redactis singulas subducat hebdomadas, dies supererunt duo, horæ sedecim, & scrupuli quingenti & nonaginta quinque: character est 2. 16. 595. hæ nimirum cycli sunt epactæ.

§. XIII. Unde si primam cycli lunam novam teneas, eique dies addideris duos, horas sedecim, quinque scrupulos, & nonaginta, & quingentos, primam sequentis cycli lunam novam consequeris, & ita prorsus sequentium cyclorum ad tempus infinitum: atque primi cycli novilunium primum evenisse hebdomadæ nocte secunda, post horam quintam, & scrupulum horæ sextæ ducentesimum & quartum ante demonstravimus. Quæ eadem cum fuerit luna nova mensis Tisri, a quo proplepticus annus est orsus, certe & ineuntis anni proleptici luna nova fuit.

§. XIV. Hac igitur ratione scire facile poteris lunam novam cujusvis anni vel mensis sive præteriti, sive futuri. Nam primum annos omnes, qui a constituto mundo ad Septembrem ejus anni, quo de quæritur, omnino præterierint, rediges in cyclos decemnovennales; ut noveris quot omnino cycli, quot etiam anni ex eo, qui completus nondum est, cyclo sint exacti. His cognitis & pro singulis cyclorum epactis sumes dies duos, horas decem & sex, quinque scrupulos, & nonaginta, & quingentos: & pro singulis illorum, qui ex non completo cyclo abierunt, annorum epactis, communium quidem dies accipies quatuor, horas octo, & scrupulos 876. intercalarium vero dies quinque, unam & viginti horas, & scrupulos 589. Cumque scrupulos reduxeris in horas, horas autem in dies, atque ex diebus denique sustuleris omnes hebdomadas, tum & dies, & horæ, & scrupuli reliqui, id quod quæris, demonstrabunt ineuntis anni futuri lunam novam.

§. XV. Quæ autem hac ratione prodibit ineuntis anni luna nova, ea est mensis Tisri: huic igitur adde diem unum, duodecim horas, & scrupulos septin-

עליו אי״ב תשצ״נ יצא מולד מרחשון וכשתוסיף על מרחשון. אי״ב תשצ״נ יצא מולד כסליו וכן לכל חדש וחדש זה אחר זה עד סוף העולם.

ptingentos & nonaginta tres, prodibit luna nova menſis conſequentis, qui Mareſvon nominatur. Adde & huic tantundem, prodibit luna nova menſis ſequentis, qui Casleu appellatur: atque eodem modo conſequentium menſium omnium omnes lunas novas poteris ad infinitum tempus cognitas habere.

NOTÆ IN CAPUT SEXTUM.

(a) *Duodecim pertinent*, &c. Etenim genus eſt horarum unum æqualium inter ſe ac parium, cujuſmodi horæ tum plures, tum pauciores die, noctequc continentur pro anni tempore, atque regionum latitudine: & alterum inæqualium, quales in quocunque die, item & in quacunque nocte ſemper numerantur duodecim.

(b) *Secundam hebdomadæ diem*. Huic loco occurritur. Qui fieri poteſt, ut primum a conſtituto mundo novilunium incurrerit in ſecundum a mundi creatione diem, cum in Lege habeamus quarto demum die luminaria, & hominem die ſexto factum eſſe: quo eodem die ſexto ponitur novilunium primum accidiſſe? Quod ut enodaretur, ipſos in hunc locum commentarios Hebraicos textui noſtri ſcriptoris adjunctos hic expreſſi: ſic igitur illi. Omnino ſcire neceſſe eſt primum hominem hora tertia ſexti a conſtituto mundo diei demum a Deo perfectum fuiſſe. Nam eſſe congeſtam a Deo terram eam, unde hominem finxit prima ejus diei hora, & ſubactam ſecunda, traditum a ſapientibus eſt. Cum igitur ab initio mundi ad effectum hominem effluxiſſent dies ſolidi quinque, atque horæ decem & quatuor e die ſexta, oportuit a nobis cognoſci tum menſem eum, cujus erant dies & horæ iſtæ, tum etiam primam ejus anni lunam novam, ad quem menſis ille pertineret. Ex hoc igitur novilunio, quod accidit exeunte hora ſecunda diei ſexti, ſubductis diebus quatuor, horis octo, & ſcrupulis octingentis ſeptuaginta ſex, quæ lunaris anni communis ſunt epactæ, invenimus ejus anni, qui fabricationem hominis anteceſſit, primam lunam novam accidere ad ſecundam hebdomadæ noctem poſt quintam ejus noctis horam, & ſcrupulos horæ ſextæ ducentos & quatuor: character eſt 2. 5. 204. Et vero dinumerandis iis, qui a conſtituto mundo effluxerunt, annis annus hic proleptieus etiam aſcribitur. Atque his quidem ſatis mihi videtur locus hic explanari.

פרק שביעי

א אין קובעין לעולם ראש חדש תשרי, לפי חשבון זה לא באחד בשבת ולא ברביעי בשבת ולא בערב שבת סימן להם אד״ו אלא כשיהיה מולד תשרי באחד משלשה ימים האלו קובעין ראש חדש ביום של אחריו כיצד הרי שיהיה המולד באחד בשבת קובעין ראש חדש תשרי יום שני ואם היה המולד ברביעי קובעין ראש חדש יום חמישי ואם היה המולד בששי קובעין ראש חדש בשביעי.

ב וכן יהיה המולד בחצי היום או למעלה מחצי היום קובעין ראש חדש ביום של אחריו כיצד הרי שהיה המולד ביום שני בשש שעות ביום או יתר על שש שעות קובעין ראש חדש בשלישי ואם יהיה המולד קודם חצי היום אפילו בחלק אחד קובעין ראש החדש באותו יום המולד עצמו והוא שלא יהיה אותו היום מימי אד״ו.

ג כשיהיה המולד בחצי היום או אחר חצות וידחה ליום של אחריו אם יהיה יום של אחריו מימי אד״ו הרי זה נדחה לשל אחריו ויהיה ראש החדש קבוע בשלישי מיום המולד כיצד הרי שיהיה המולד בשבת בחצות סימן ז״ח קובעין ראש חדש בשנה שמולדה כזה בשני

CAPUT VII.

§. I. Ex (*a*) hac noſtra tabularum ratione calendæ Tiſrinæ nunquam habentur neque hebdomadæ die primo, nec quarto, nec ſexto: quorum character eſt 1. 4. 6. Ac ſi luna nova menſis Tiſri incidat in unum ex tribus hiſce diebus, calendæ in poſterum diem proferuntur. Ergo ſi in primum hebdomadæ diem incurrit luna naſcens, calendæ die altero hebdomadis: ſi in diem quartum, calendæ quinto: & ſi in ſextum, calendæ die ſeptimo celebrantur.

§. II. Item ſi luna nova extiterit ad meridiem, aut etiam poſt meridiem, calendæ in diem poſterum differuntur ut ſi die hebdomadæ altero luna nova fuerit hora ſexta ipſa, vel etiam poſterius, hebdomadæ die tertio calendæ inſtituuntur: ſin autem luna nova exiſtat ante meridiem momento vel uno, calendæ celebrantur eodem ipſo die; niſi is ſit unus ex illis tribus, quorum ſignificatio eſt 1. 4. 6.

§. III. Atqui ut differuntur in diem poſterum calendæ Tiſrinæ cum aut ad meridiem, aut poſt meridiem accidat luna nova, ſic ſi poſterus ille dies ſit unus ex his tribus, quorum ſignificatio eſt 1. 4. 6. in diem perendinum rejiciuntur, tum, inquam, calendæ illæ conſtituuntur tertio poſt die, quam acciderit luna nova ſabbatho accidat ad meridiem, cujus character eſt 7. 18. calendæ quidem, cum ſit ineuntis anni no-

בשבת וכן אם היה המולד בשלישי בחצות או אחר חצות קובעין ראש החדש בחמישי בשבת.

ד מולד תשרי שיצא בחשבון זה בליל שלישי בתשע שעות בלילה ומאתים וארבעה חלקים משעה עשירית סימנה ג֗ט ר֗ד או יותר על זה אם היתה שנה פשוטה דוחין את ראש חדש ואין קובעין אותו בשלישי בשנה זו אלא בחמישי בשבת

ה וכן אם יצא מולד תשרי ביום שני בשלש שעות ביום וחמש מאות ושמנים ותשעה חלקים משעה רביעית סימנה ב֗טו תקפ֗ט או יתר על כן אם היתה אותה השנה מוצאי המעוברת שהיתה השנה הסמוכה לה שעברה מעוברת אין קובעין ראש החדש בשני בשנה זו אלא בשלישי.

ו היה מולד השנה הפשוטה שאמרנו שתדחה לחמישי פחות חלק אחד כגון שיצא סימנה ג֗ט ר֗ג או פחות מזה קובעין אותה בשלישי וכן אם היה מולד מוצאי העיבור ביום שני פחות חלק: כגון שהיה סימנה ב֗טו תקפ֗ח או פחות מזה קובעין אותה בשני נמצא דרך קביעת ראש חרש תשרי לפי חשבון זה כך הוא תחשוב ותרע המולד באיזה יום יהיה ובכמה שעות מן היום או מן הלילה ובכמה חלקים מן השעה ויום המולד הוא יום הקביעה לעולם אלא אם כן היה באחד בשבת או ברביעית או בערב שבת או אם היה מולד בחצות היום או אחר חצות או אם היה במאתים וארבעה חלקים משעה עשירית מליל שלישי או יותר על זה והיתה שנה פשוטה או שהיה המולד בחמש מאות ותשעה ושמנים חלקים משעה רביעית מיום שני והיתה השנה פשוטה שאחר המעוברת שאם יארע באחר מארבעה דברים האלו אין קובעין ביום המולד אלא ביום שלאחריו או שלאחר אחריו כדרך שבארנו.

ז ומפני מה אין קובעין בחשבון זה בימי אר֗ו לפי שחשבון הוה הוא לקיבוץ

novilunium ejusmodi, rejiciantur in secundum hebdomadæ diem. Itemque si tertio hebdomadæ die luna nova existat vel ad meridiem ipsam, vel post meridiem, in quintum ejus hebdomadæ diem calendæ Tisrinæ differantur.

§. IV. Eadem ratione si mensis Tisri luna nova existat nocte hebdomadæ illa, quam consequitur dies tertius, post horam ejus noctis nonam, & ducentesimum quartum scrupulum, cujus character est 3. 9. 204. aut etiam eo tardius, si alioquin annus sit communis, calendæ differuntur etiam in quintum hebdomadæ diem.

§. V. Item si luna nova mensis Tisri, qui consequitur annum intercalarem, extiterit die secundo, post horam diei tertiam, & quingentos octoginta novem scrupulos, cujus character est 2. 15. 589. aut plures etiam, instituuntur calendæ non die secundo hebdomadæ, sed tertio.

§. VI. Sed enim primæ illæ communis anni calendæ, quas paulo ante diximus in quintum hebdomadæ diem rejici, eædem si luna nova Tisri existat vel unico scrupulo prius, quam posuimus; ut si character ejus sit 3. 9. 203. aut eo minor, die tertio celebrantur. Similiter instituentur secundo hebdomadæ die calendæ primæ ejus anni, qui sequitur intercalarem, si prima illius luna nova scrupulo etiam uno citius, quam statuimus, existat, ut si character ejus sit 2. 15. 588. magis etiam si brevior. Itaque ex hac nostra tabularum ratione hodierna hæc est via & ratio instituendi calendas Tisrinas.

Datur opera, ut cognoscatur luna nova quo die, qua hora, quo scrupulo futura sit. Nam quo die existit luna nova, eodem ipso calendæ habentur: nisi si dies ille hebdomadæ primus, aut quartus, aut sextus sit: vel si ad meridiem demum luna nova accidat, vel post meridiem: vel si prima communis anni luna nova accidat ea hebdomadæ nocte, quam dies tertius subsequitur, post ducentos & quatuor, pluresve horæ decimæ scrupulos: vel si prima ejus anni, qui sequitur intercalarem, luna nova accidat ad quingentesimum octogesimum nonum scrupulum horæ quartæ alterius ex hebdomada diei. Nam ex his quatuor si evenit aliquid, calendæ non celebrantur eodem illo, in quem incidat luna nova, die: sed differuntur, ut exposuimus, aut in diem posterum, aut in perendinum.

§. VII. Quid autem est, quod ex hac computandi ratione calendas Tisrinas nun-

הירח והשמש בהלוכה האמצעי לא במקום האמתי כמו שהודענו לפיכך עשו יום קביעה ויום דחייה כדי לפגוע ביום קיבוץ האמתי כיצד בשלישי קובעין ברביעי דוחין בחמישי קובעין בששי דוחין בשבת קובעין באחד בשבת דוחין בשני קובעין.

ח ועיקר שאר הארבע החיות אלו הוא זה העיקר שאמרנו שהחשבון הזה במהלך אמצעי וראיה לדבר שהמולד יהיה בליל שלישי וידחה לחמישי פעמים רבות לא יראה ירח בליל ששי מכלל שלא נתקבצו השמש והירח קבוץ אמתי אלא בחמישי.

nunquam instituamus neque hebdomadæ primo, neque die quarto, neque sexto? Nimirum quia computatio ista dirigitur, ut supra commemoravimus, non ad solis & lunæ perfectam, sed ad conjunctionem mediam. Unde fit, ut alternis lunæ nascentis diebus calendæ Tisrinæ celebrentur, & differantur, ut aliquando in ipsam solis & lunæ conjunctionem perfectam incurrant. Etenim illarum ea ratio est & modus, ut simul cum luna nascente celebrentur die hebdomadæ tertio, rejiciantur quarto, celebrentur quinto, sexto rejiciantur, sabbatho, seu die septimo, celebrentur, primo rejiciantur, secundo celebrentur.

§. VIII. Sed quod præterea modis etiam quatuor fiat, ut calendæ Tisrinæ differantur, omnino causa est hæc eadem, quia hodierna illa computandi ratio refertur ad mediam illam solis & lunæ conjunctionem. Quod verum esse perspicitur quando, luna nova accidente ad tertiam hebdomadæ noctem, calendæ Tisrinæ rejiciuntur in diem quintum: sæpe enim fit, ut luna illa nova etiam quinta hebdomadæ nocte nondum aperiatur: immo ne sexta quidem. Ex quo facile cognoscitur conjunctionem solis & lunæ perfectam non esse factam nisi quinto demum hebdomadæ die.

NOTÆ IN CAPUT SEPTIMUM.

(a) *Hac nostra tabularum ratione*. Hac autem tabularum ratione cœpisse Judæos uti sub ultimis Talmudis Hierosolymitani scriptoribus, cum in Judæa penitus vastata nullum stabile consilium remansisset, planissime noster auctor supra docuit ad articulum tertium capitis quinti: quod idem in ætatem Abæi & Rabbæ rejicit, id est, in annum circiter ter centesimum & quinquagesimum æræ Christianæ. Unde sequitur, ut idem sentiat, annos abhinc mille trecentos, & octoginta duos constitutum esse, ut calendæ Tisrinæ non celebrentur primo, quarto, & sexto hebdomadæ die: huic autem loco adversatur & repugnat id quod scriptum legitur in illa precatione quæ a Judæis adhibetur Sabbatho Pascha proxime præcedente, quod Sabbathum magnum nominant. Hæc enim precatione in illa stricto sermone & eodem rhythmico scripta leguntur. Magistri illi nostri clarissimi mundi viri, ex quibus erat supremus ille senatus Hierosolymitanus, sic olim statuere statim atque ædificium templi secundi fuerat effectum: Igneum tunc apparuerat eis solium, in quo sedebat mundi rector, qui in ipso vestibulo templi medio suspensus hæsit, a quo illi sunt corona redimiti, & sigillo signati. Tum igitur constituerunt ac communiter decretum fecerunt perpetuum, quod Magistro Eliezer omnium principi permiserunt. Is ergo tunc edixit, ut solemnitas sortium nunquam haberetur neque secundo, neque quarto, neque septimo hebdomadæ die: solemnitas Paschæ neque secundo, neque quarto, neque sexto: neque die hebdomadæ tertio, neque quinto, neque septimo Pentecoste: neque principium anni primo, aut quarto, aut sexto. Hæc continentur eo, quem מחזור vocant, libro precum edito Bononiæ.

פרק שמיני

א חדשה של לבנה תשעה ועשרים יום ומחצה ותשצ״ג חלקים כמו שבארנו ואי אפשר לומר שראש החדש יהיה במקצת היום עד שיהיה מקצת היום מחדש שעבר ומקצתו מהבא שנאמר עד חדש ימים מפי

di-

CAPUT VIII.

§. I. Mensis lunaris conficitur, ut ante dictum est, novem & viginti diebus, & diei semisse, additis tribus scrupulis & nonaginta & septingentis: sed id quidem fieri non convenit, ut ad medium diem calendæ instituantur, sic, ut unus & idem dies partim ad mensem præteritum pertineat, partim ad consequentem. Nam Legis illud: *Usque ad mensem plenum dierum*,

Num.

השמועה למדו שימים אתה מחשב לחדש ואי אתה מחשב שעות.

ב לפיכך עושין חדשי הלבנה מהן חדש חסר ומהם חדש מלא חדש חסר תשעה ועשרים יום בלבד ואף על פי שחדשה של לבנה יתר על זה בשעות וחדש מלא משלשים יום ואף על פי שחדשה של לבנה פחות מזה בשעות כדי שלא לחשב שעות בחדש אלא ימים שלמים.

ג אלו היה חדשה של לבנה תשעה ועשרים יום ומחצה בלבד היו כל השנים חדש מלא וחדש חסר והיו ימי שנת הלבנה שלש מאות ארבעה וחמשים ששה חדשים חסרים וששה חדשים מלאים אבל מפני החלקים שיש בכל חדש וחדש יותר על חצי היום יתקבץ מהן שעות וימים עד שיהיו מקצת שנים חדשים חסרים יתר על המלאים ובמקצת השנים חדשים מלאים יותר על החסרים.

ד יום שלשים לעולם עושין אותו ראש חדש בחשבון זה אם היה החדש שעבר חסר יהיה יום שלשים ראש חדש הבא ואם יהיה החדש שעבר מלא יהיה יום שלשים ראש חדש הואיל ומקצתו ראש חדש ויהיה תשלום החדש המלא שעבר ויהיה יום אחד ושלשים ראש חדש הבא וממנו הוא המנין והוא יום הקביעה ולפיכך עושין ראשי חדשים בחשבון זה חדש אחד יום אחד בלבד וחדש אחד שני ימים.

ה סדר החדשים המלאים והחסרים לפי חשבון זה כך הוא תשרי לעולם מלא וטבת לעולם חסר ומטבת ואילך אחד מלא ואחד חסר על הסדר כיצד טבת חסר שבט מלא אדר חסר ניסן מלא אייר חסר סיון מלא תמוז חסר אב מלא אלול חסר ובשנה המעוברת אדר ראשון מלא ואדר שני חסר.

ו נשארו שני החדשים שהם מרחשון וכסליו פעמים יהיו שניהם מלאים ופעמים יהיו שניהם חסרים ופעמים יהיה מרחשון חסר וכסליו מלא ושנה שיהיה בה שני חדשים אלו מלאים היא שנקראו

Num. XI. 20. huc traditum est spectare, dies quidem in menses referri, non item horas.

§. II. Quamobrem qui menses ad lunæ rationem exiguntur, eorum constituuntur alii cavi, alii pleni, quorum primi diebus novem & viginti conficiuntur, etsi menstrua lunæ lustratio longior est horis aliquot: alteros circumscriptio triginta dierum metitur, tametsi cursus lunæ menstruus nonnullis horis sit brevior: eam videlicet ob caussam, ut mensi præter dies solidos horæ nullæ annumerentur.

§. III. Ac luna quidem si cursum menstruum conficeret diebus viginti novem, addita duntaxat dimidia diei parte, omnino per omnes annos perpetua foret vicissitudo mensium plenorum & cavorum: Cum enim quatuor diebus & quinquaginta & trecentis annuam conversionem conficeret, pleni menses essent sex, & totidem cavi. Verum ad hunc dimidium diem accedunt etiam minuta horæ quædam, ex quibus tandem horæ colliguntur, & ex his denique dies. Unde fit, ut tum in anno sint menses cavi plures, quam pleni, tum cavi, quam pleni, pauciores.

§. IV. Atque ex præsenti tabularum ratione calendæ semper instituuntur die mensis tricesimo: ut si mensis exiens fuerit cavus, hic calendarum dies ad ineuntem mensem pertineat: sin is plenorum obtineat numerum, calendæ nihilominus habentur die tricesimo, qui mensem exeuntem determinet, quoniam ex eo saltem aliquid ad mensem pertinet consequentem; sed habentur etiam calendæ & die postero, a quo mensis ineuntis numerandi dies sunt, quippe in eum proprie diem calendæ constituuntur. Itaque ex hac tabularum ratione non idem omnibus impertitur calendis spatium: sed aliis dies unus, biduum aliis.

§. V. Porro ex hac tabularum ratione menses pleni & cavi sic disponuntur, ut perpetuo plenus sit Tisri, & Tebet usque cavus: Hunc autem qui consequuntur ordinatim alternant. Est cavus Tebet, plenus Sebat, Adar cavus, Nisan plenus, Jar cavus, plenus Sivan, Tamus cavus, Ab plenus, cavus Elul. Anno autem intercalari, quoniam Adar numerantur duo, primus eorum sit plenus, cavus alter.

§. VI. Restant igitur menses duo, Maresvon & Casleu, qui alias ambo pleni, alias ambo cavi, nonnunquam cavus ille, hic plenus est. Primum cum evenit, tum omnes anni menses integri di-

חדשיה שלימים ושנה שיהיו בה שני חדשים אלו חסרים נקראו חדשיה חסרין ושנה שיהיה בה מרחשון חסר וכסליו מלא נקראו הדשיה כסדרן.

ז דרך ידיעת השנה אם חדשיה מלאים או חסרין או כסדרן לפי חשבון זה כך הוא תדע תחלה יום שנקבע בו ראש השנה שתרצה לידע סדור חדשיה כמו שבארנו בפרק שביעי ותדע יום שיקבע בו ראש השנה של אחריה ותחשב מנין הימים שביניהן חוץ מיום הקביעה של זו ושל זו אם תמצא ביניהן שני ימים יהיו כסדרן ואם תמצא ביניהם ארבעה ימים יהיו חדשי השנה שלימים.

ח במה דברים אמורים כשהיתה השנה שתרצה לידע סדור חדשיה פשוטה אבל אם היתה מעוברת אם תמצא בין יום קביעתה ובין יום קביעת שנה של אחריה ארבעה ימים יהיו חדשי אותה שנה המעוברת חסרים ואם תמצא ביניהן חמשה ימים יהיו כסדרן ואם תמצא ביניהן ששה יהיו שלימים.

ט כיצד הרי שרצינו לידע סידור חדשי שנה זו והיה ראש השנה בחמישי והיא פשוטה וראש השנה של אחריה בשני בשבת נמצא ביניהן שלשה ימים ידענו ששנה זו חדשים כסדרן ואילו היה ראש השנה שלאחריה בשלישי היו חדשי השנה זו שלמים ואילו היה ראש השנה בשנה זו בשבת ובשנה שלאחריה בשלישי בשבת היו חדשי שנה זו חסרין ועל דרך זו תחשב לשנה המעוברת כמו שבארנו.

י יש שם סימנין שתסמוך עליהם כדי שלא תטעה בחשבון סידור חדשי השנה והן בנויין על עיקרי זה החשבון והקביעות והרחיות שבארנו דרכם ואלו הן כל שנה שיהיה ראש השנה בה בשלישי תהיה לעולם כסדרן לפי חשבון זה בין פשוטה בין מעברת ואם יהיה ראש השנה בשבת או בשני לא תהיה כסדרן לעולם בין כפשוטה בין במעוברת ואם יהיה ראש השנה בחמישי אם פשוטה היא אי אפשר שיהיו חדשיה חסרים לפי חשבון

dicuntur esse; mutilati vero cum id accidit, quod secundo loco positum est: iidem dicuntur esse menses ordinati, si cavus est Maresvon, plenus Casleu.

§. VII. Atque ex hac tabularum ratione utrum sint anni menses integri, utrum mutilati, utrum ordinati, ea potest via cognosci. Primum danda est opera, ut principium scias ejus anni, cujus de mensibus quæris, sic, ut superiori capite disseruimus. Tum etiam consequentis anni principium cognitum esse oportet: post inter utrumque anni principium quot sint interjecti medii dies videndum est. Nam si dies medii numerentur duo duntaxat, menses erunt mutili: si tres, menses existent ordinati: sint intercedant quatuor, erunt menses integri.

§. VIII. Sic est si de communis anni mensibus quæras: est autem alia ratio anni intercalaris: nam si inter hujus & sequentis anni principium intermedii sint dies interjecti quatuor, menses ejus sunt mutili: si quinque, ordinati: & tum demum integri, cum intersint dies medii sex.

§. IX. Ponamus igitur exempli causa esse principium ejus anni communis, cujus menses quæruntur quales sint, hebdomadæ die quinto, & consequentis anni principium secundo, intelligemus ejus anni menses, quoniam utrique anni principio medii dies interjecti sunt tres, ordinatos esse: sin annus consequens exordiatur ab hebdomadæ die tertio, menses esse integros: sin autem annus hic cum incipiat a die Sabbathico, alter ordiatur ab hebdomadæ die tertio, menses ejus sunt mutilati: similiter in excutiendis intercalaris anni mensibus ea, quam ante diximus, tenenda ratio est.

§. X. Atque in consideranda mensium ratione, quominus peccetur, signa sunt observanda quædam. Ea habentur tum ex hac nostra tabularum ratione ipsa, tum ex anni principiis suo tempore habendis, vel rejiciendis, de quibus ante disputavimus. Sunt autem signa ista ejusmodi; ut cujuscunque anni principium incidit in tertium hebdomadæ diem, ejus menses ex hac quidem tabularum ratione constet esse semper ordinatos: nec refert, utrum annus sit simplex, an intercalaris. Contra si vel intercalaris, vel simplicis anni principium fuerit aut Sabbatho, aut hebdomadæ die secundo, menses ejus ordinatos esse nunquam. Sin anni principium in hebdomadæ diem quintum incurrat, siquidem annus communis est, fieri non pos-

זה ואם מעוברת הוא אי אפשר שיהיו חדשיה כסדרן לפי חשבון זה.

פרק תשיעי

א שנת החמה יש מחכמי ישראל שאומרים שהיא שלש מאות חמשה וששים יום ורביע יום שהוא שש שעות ויש מהן שאומרים שהוא פחות מרביע היום וכן חכמי יון ופרס יש ביניהן מחלוקת בדבר זה.

ב מי שהוא אומר שהיא שלש מאות וחמשה וששים יום ורביע היום ישאר מכל מחזור של תשע עשרה שנה שעה אחת וארבע מאות וחמש ושמנים חלקים כמו שאמרנו ויהיה בין תקופה לתקופה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחצי שעה ומשתדע תקופה אחת באיזה יום באיזו שעה היא תתחיל למנות ממנה לתקופה השנייה שאחריה ומן השנייה לשלישית עד סוף העולם.

ג תקופת ניסן היא השעה והחלק שתכנס בו השמש בראש מזל טלה ותקופת תמוז היות השמש בראש מזל סרטן ותקופת תשרי היות השמש בראש מזל מאזנים ותקופת טבת היות השמש בראש מזל גדי ותקופת ניסן היתה בשנת הראשונה של יצירה לפי חשבון זה קודם מולד ניסן בשבעה ימים ותשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים סימנה ז"ט תרמ"ב.

ד דרך חשבון התקופה כך היא תדע תחלה כמה מחזורין שלמים משנת היצירה עד המחזור שתרצה וקח לכל מחזור מהן שעה אחת וארבע מאות ושמנים וחמשה חלקים וקבץ כל החלקים שעות וכל השעות ימים ותגרע מן הכל שבעה ימים ותשע שעות ושש מאות שנים וארבעים חלקים והשאר תוסיף אותו על מולד ניסן של שנה ראשונה מן המחזור יצא לך באיזו שעה ובכמה בחדש תהיה תקופת ניסן של אותה השנה מן המחזור וממנה תתחיל למנות אחד ותשעים יום ושבע

possit ex hac tabularum ratione, menses ejus ut sint mutilati: sin autem intercalaris sit annus, usu nunquam venit, ut menses ejus sint ordinati.

CAPUT IX.

§. I. Sunt aliqui de peritis astrologiæ Judæis, qui censeant solem quinque diebus & sexaginta, & trecentis, quarta diei parte addita, quæ sunt horæ sex, conversionem annuam conficere. Sunt autem alii, qui ex ista quarta diei parte eximant aliquid. Itemque Græcorum hominum & Persarum in astrologia excellentium variæ sunt hac de re, & dissidentes inter se sententiæ.

§. II. Si defendatur sententia prima, intelligitur, exacto cyclo decemnovennali, lunæ cursus a sole superari omnino hora una, ac quinque scrupulis, & octoginta, & quadringentis sic, ut a nobis ante dictum est. Inter singulos anni cardines unum & nonaginta dies intercedere, horas septem atque dimidiam. Itaque ubi noveris a quo die & hora ordiatur unus anni cardo, nullo negotio perveneris ad sequentem, & proxime sequentis notitia ad tertii cognitionem ducet, & sic porro vel ad infinitum tempus.

§. III. Cœptat anni cardo vernus momento illo ipso, quo sol attingit Arietis principium. Æstivus autem cardo, sol cum pervenit ad Cancrum: idem cum ingreditur in Libram, cardinus autumnalis cœpit exordium. Et brumalis, cum sol intrat Caprum. Hac igitur ratione vernus anni cardo, quo anno mundus est a Deo constitutus, novilunium Nisan antecessit diebus septem, novem horis, sexcentis & quadraginta duobus scrupulis: character est 7. 9. 642.

Ratio prima quærendi tempus ipsum, quo quivis anni cardo committatur.

§. IV. Jam hæc est ratio & via cujusque cardinis inveniendi. Primum hoc exploratum esse debet, quot omnino a principio rerum ad quem volueris cunque cyclum integri cycli intercesserint, pro quorum singulis horas singulas, & quinque scrupulos, & octoginta, & quadringentos accipias necesse est: Deinde ut in horas redigas scrupulos, & horas in dies, atque ex tota summa detrahas septem dies, horas novem, sexcentos & quadraginta duos scrupulos: tum id quod reliquum fuerit adde novilunio Nisan, qui sit ejus, de quo agitur, cycli primus, & habebis primum illius cycli cardinem vernum quo die mensis, quaque sit hora incepturus. Postea ab illo unum

שעות ומחצה לכל תקופה ותקופה ואם
תרצה לידע תקופת ניסן של שנה זו
שהיא שנת כך וכך במחזור שאתה עומד
בו קח לכל המחזורין השלמים שעה וארבע
מאות ושמנים וחמשה חלקים לכל מחזור
ולכל השנים הגמורות ששלמו מן המחזור
עשרה ימים ואחת ועשרים שעות ומאתים
וארבעה חלקים לכל שנה וקבץ הכל ותגרע
ממנו שבעה ימים ותשע שעות ושש מאות
שנים וארבעים חלקים והשאר תשליכם
חדשי הלבנה תשעה וחשרים יום ושתים
עשרה שעות ושבע מאות שלש ותשעים
חלקים והנשאר פחות מחדש הלבנה תוסיף
אותו על מולד ניסן של אותה השנה
בכמה יום בחדש היא ובכמה שעה תקופת
ניסן לפי חשבון זה אינה לעולם אלא או
בתחלת הלילה או בחצי הלילה או בתחלת
היום או בחצי היום ותקופת תמוז לעולם
אינה אלא או בשבע שעות ומחצה או
בשעה אחת ומחצה בין ביום בין בלילה
ותקופת תשרי לעולם אינה אלא בתשע
שעות או בשלש שעות בין ביום בין
בלילה ותקופת טבת לעולם אינה אלא
או בעשר שעות ומחצה או בארבע שעות
ומחצה בין ביום בין בלילה אם תרצה לידע
באיזה יום מימי השבוע ובאיזו השעה תהיה
התקופה קח שנים גמורים שעברו משנת
יצירה עד שתרצה והשלך הכל שמונה
ועשרים שמנה ועשרים והנשאר יותר
משמנה ועשרים קח לכל שנה יום אחד
ושש שעות וקבץ הכל והוסיף עליו שלשה
והשלך הכל שבעה שבעה והנשאר מן
הימים ומן השעות תתחיל למנותו מתחלת
ליל אחד בשבת ולאחר יגיע החשבון
כי תהיה תקופת ניסן ולמה מוסיפין שלשה
לפי שתקופה ראשונה של שנת יצירה
היתה בתחלת ליל רביעי.

ה כיצד הרי שרצינו לידע תקופת ניסן
של שנת שלשים ותשע מאות וארבעת
אלפים ליצירה כשתשליך הכל שמנה
ועשרים שמנה ועשרים תשאר שנה אחת
תקח לה יום אחד ושש שעות ותוסיף

unum & nonaginta dies, horas ſeptem & dimidiam numerando quem libuerit anni cardinem aſſequeris. Quod ſi hujus, aut illius e labente cyclo anni, qui agitur, cardinem vernum cupis ſcire, pro ſingulis cyclis totis, qui ceſſerunt a mundo conſtituto, accipe unam horam, quinque ſcrupulos & octoginta & quadringentos, & pro ſingulis, qui e poſtremo cyclo præterierunt, annis dies decem, unam & viginti horas & quatuor ſcrupulos & ducentos: ex quibus una collectis exime dies ſeptenos, horas novem, ſcrupulos ſexcentos & quadraginta duos: deinde reliquum tempus cum diſtribueris in tot, quot poteſt, menſtruos lunæ curſus, qui conficiuntur novem & viginti diebus, horis duodecim, & ſeptingentis, & nonaginta tribus ſcrupulis, hoc tantum ex eo retinebis, quod ſupererit lunari menſe minus: quod novilunio Niſan ejus, qui agitur, anni addes, & comperies cardinem anni vernum quo die menſis, quaque hora futurus ſit. Porro ex hac tabularum ratione nunquam neque anni cardo vernus incipit, niſi vel a prima, aut media nocte, vel a principio, aut medio diei: nec cardo æſtivus, niſi aut ab hora ſeptima & dimidia, aut ab una & dimidia diei vel noctis: nec autumnalis, niſi a diei noctiſve hora nona, vel tertia: neque brumalis, niſi aut ab hora decima & dimidia, aut a quarta & dimidia vel noctis, vel diei. Quod ſi quæris quoto hebdomadæ die, quotaque futurus ſit anni cardo hora, accipias oportet omnino annos omnes elapſos a conſtituto mundo uſque ad eum annum, de quo ſcire cupis, & illos, quoad poſſis, redigas in circumſcriptiones annorum duodetriginta: Deinde pro ſingulis annorum, qui ſuperabunt numerum hunc duodetrigeſimum, accipies diem unum & diei quadrantem, quibus una collectis addes etiam tres dies: Tum ſubductis de ſumma ſingulis hebdomadis numerabis reliquos dies, & horas a prima nocte hebdomadæ: nam ubi deſierint, ibi initium erit verni cardinis. Quod autem addantur dies illi tres, id propterea fit, quia primus ejus, quo fecit omnia Deus, anni cardo cœpit ineunte nocte quarta hebdomadæ.

§. V. Exempli cauſa ponamus vernum quæri cardinem anni poſt conſtitutum mundum quater milleſimi nongenteſimi triceſimi. Ex hoc numero ſingulæ duodetriginta annorum circumſcriptiones cum fuerint ſubductæ, unus omnino ſupererit annus, pro quo ſumetur

עליו שלשה נמצאת תקופת ניסן בליל
חמישי שש שעות בלילה וכשתוסיף עליה
שבע שעות ומחצה הרי תהיה תקופת
תמוז בשעה ומחצה מיום חמישי וכשתוסיף
עליה שבע שעות ומחצה תהיה תקופת
תשרי עשרים ותשע שעות מיום חמיש'
וכשתוסיף עליה שבעה שעות ומחצה תהיה
תקופת טבת בארבע שעות ומחצה מליל
ששי וכשתוסיף עליה שבע שעות ומחצה
תהיה תקופת ניסן הבאה בתחלת יום ששי
ועל' דרך זו עד סוף העולם תקופה אחר
תקופה.

ו אם תרצה לידע בכמה יום בחדש
תהיה תקופת ניסן של שנה זו תדע
תחלה באיזה יום מימי השבוע תהיה ובאיזה
יום יקבעו ניסן של שנה זו וכמה שנים
גמורים עברו מן המחזור ותקח לכל שנה
אחד עשר ותוסיף על סכום הימים שבעה
ימים בזמנים אלו והשלך הכל' שלשים
שלשים והנשאר פחות משלשים תתחיל
למנותו מראש חדש ניסן אם יגיע ליום
התקופה מוטב ואם לאו הוסיף יום או שני
ימים או שלשה ימים על המנין עד שיגיע
ליום התקופה ואם תהיה השנה מעוברת
תתחיל למנות מראש חדש אדר שנ'
וליום שיגיע החשבון באותו היום מן החדש
תהיה התקופה.

ז כיצד הרי שרצינו לידע בכמה בחדש
תהיה תקופת ניסן של שנת שלשים
ותשע מאות שהיא שנה תשיעית סמחזור
שנים מאות וששים מצאנו ראש חדש ניסן
נקבע בה בחמישי ותקופת ניסן בחמישי
ולפי שהיתה שנה זו תשיעית למחזור יהיו
השנים הגמורות שמנה כשתקח לכל שנה
מהן אחד עשר יום יהיו כל הימים שמנה
ושמנים תוסיף שבעה הרי הכל חמשה
ותשעים תשליך הכל' שלשים שלשים
נשארו חמשה ימים כשתתחיל למנות

unus dies, & horæ sex, quibus addentur & dies tres. Ita reperietur vernus ejus anni cardo cœpisse ab hebdomadæ quinta nocte media: Tum huic anni cardini si addantur horæ septem & dimidia, reperietur æstivus ejus anni cardo ab una & dimidiata hora diei quinti cœpisse. Huic igitur addantur item horæ septem & dimidia, comperietur cardinem autumnalem proxime sequentem ab hora nona cœpisse diei quinti. Itemque addantur & huic septem horæ & dimidia, comperietur consequentem cardinem brumalem a sextæ noctis oriri hora quarta & dimidia. Rursus huic etiam addantur horæ septem & dimidia, cardo vernus sequens reperietur nasci ab ineunte die sexto: sic est de reliquis ad infinitum tempus cardinibus anni.

§. VI. Si quis autem alicujus anni cardinem vernum scire velit in quotum mensis diem incidat, primum id quærat, in quem cadat hebdomadæ diem: deinde quem in diem sint constitutæ ejus anni calendæ Nisan: tum ex cyclo quot jam abierint anni toti: postea pro singulis annis elapsis sumat dies undecim, & hoc quidem tempore septem illis addat etiam dies, atque ex summa tamdiu subducat dies triginta, dum pauciores triginta remanserint, qui dinumerentur a calendis Nisan: si est, ut assequantur diem cardinis, bene erit: sin minus, addat unum, aut alterum, tertiumve diem, usque dum pervenerit ad eum ipsum diem, a quo vernus anni cardo cœpit. Jam annus cum est intercalaris, dinumerandi dies illi sunt a calendis Adaris secundi. Atque in quem diem mensis desierit numerus, is ipse est unde cardo ducit initium.

Alia ratio quærendi tempus ipsum, quo singuli anni cardines committantur.

§. VII. Quæratur igitur a quoto mensis die cœperit cardo vernus anni nongentesimi tricesimi, qui ducentesimi sexagesimi cycli nonus est. Novimus ejus anni defixas esse calendas Nisan in die quinto hebdomadæ, & in hebdomadæ diem quintum item incidere cardinem vernum. Cum igitur annus ille ponatur cycli esse nonus, ex eo cyclo liquet annos omnino præteriisse octo, pro quorum singulis sumentur dies undecim, ita invenientur dies octo, & octoginta: quibus addentur etiam septem, & conficientur omnino nonaginta quinque dies; Ex quibus cum subducti fuerint triginta quinque dies, reliqui sint quinque, qui numerentur a calendarum Nisaniarum die, quem hebdomadæ quintum esse posuimus. Sic fiet, ut eorum extremus incurrat in secundum hebdomadæ diem.

חמשה ימים מראש חדש ניסן שהיה בחמישי יגיע החשבון ליום שני וכבר ידענו שאין התקופה בשני בשברת אלא בחמישי לפיכך תוסיף יום אחר יום עד שתגיע לחמישי שהוא יום התקופה נמצאת תקופת ניסן בשנה זו ביום שמיני מחדש ניסן ועל הדרך הזארת תעשה בכל שנה ושנה.

ח זה שאמרנו תוסיף יום אחר יום עד שתגיע ליום התקופה לעולם לא תהיה צריך להוסיף אלא יום אחר או שנים או שלשה ופלא גדול הוא שתהיה צריך להוסיף ארבעה ימים ואם מצארת שאתה צריך להוסיף יום על זה תדע שטעירת בחשבון והחזור ותחשב ברקדוק.

פרק עשירי

א שנרת החמה למי שהוא אומר שהוא פחות מרביע מחכמי ישראל יש מי שאומר שלש מאות וששים וחמש יום וחמש שעות ותשע מאות שבעה ותשעים חלקים ושמנה וארבעים רגע והרגע אחר משׁשה ושבעים בחלק ולפי חשבון זה תהיה תוספת שנרת החמה על שנת הלבנה עשרה ימים ואחת ועשרים שעה ומאה ואחר ועשרים חלק ושמנה וארבעים רגע סימן להם י׳כ׳א קכ׳א מ׳ח ולא תמצא תוספרת במחזור של תשע עשרה שנה כלל אלא בכל מחזור מהם ישלמו שני החמה עם שני הלבנה הפשוטורת והמעוברורת.

ב בין כל תקופה ותקופה לפי חשבון זה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחמש מאורת ותשעה עשר חלקים ואחד ושלשים רגע סימן להם צ׳א ת׳ק י׳ט ל׳א ובשתדע תקופה מן התקופורת אימתי היתה תחשוב מאותו רגע מנין זה ותדע תקופה שאחריה על הדרך שבארנו בתקופת השנה שהיא רביע.

ג תקופרת ניסן לפי חשבון זה היתה בשנה ראשונה של יצירה קודם מולד ניסן בתשע שעורת ושש מאורת ושנים וארבעים חלקים סימן להם ט׳תר׳מ׳ב וכן היא לעולם

diem. At quoniam vernum cardinem scimus incidere non in secundum, sed in quintum hebdomadæ diem, annumeretur dies unus & item alter & tertius, usque dum perveniatur ad quintum hebdomadæ diem, quo cardo committitur. Ergo ejus anni cardo vernus a die mensis octavo exorditur. Similis est cæterorum annorum ratio.

§. VIII. Cum autem tamdiu dies dixerim addendos esse, dum illum assequare diem, quo cardo committatur: tamen nunquam fere fit, ut plus duobus aut tribus opus sit: ac mirabile videtur, si addi quatuor oporteat. Nam plures si desiderantur, intelliges in subducta ratione errorem inesse: itaque denuo bene subducendam.

CAPUT X.

§. I. Altera fuit eorum sententia, qui de quarta illa diei parte detrahunt aliquid. Quorum e numero quidam versati in astrologia Judæi sic existimant, solem quinque diebus & sexaginta, & trecentis, horis quinque, & scrupulis nongentis & nonaginta septem, & momentis etiam octo & quadraginta conversionem annuam conficere. Namque singuli scrupuli dividuntur etiam in momenta sex & septuaginta. Qua ratione cognoscitur annum solis cursum lunari esse longiorem diebus decem, una & viginti horis, centum & viginti uno scrupulis, momentis octo & quadraginta, quorum significatio est 10. 21. 121. 48. Atque cyclus decemnovennalis, qui lunaribus efficitur annis partim communibus, partim embolimæis, totidem cursus solis annuos peræquat ita, ut ex his omnino nihil residui relinquatur.

§. II. Hac ratione inter duos anni cardines unus & nonaginta dies intersunt, horæ septem, scrupuli quingenti & undeviginti, unum & triginta momenta: character est *91. 7. 519. 31.* Cum igitur unum anni cardinem noveris quando cœperit, tum si ab eo temporis puncto numeres ea, quæ dixi, spatia, consequentem anni cardinem cognoris, quando committatur: sic, ut ante diximus in eorum sententia, qui præter dies solidos quartam diei partem integram solis annuæ conversioni tribuunt.

§. III. Porro hac eadem ratione cardo vernus ejus anni, quo sunt omnia a Deo facta & constituta, antecessit lunam nascentem mensis Nisan novem horis, & scrupulis sexcentis & quadraginta

בכל שנה ראשונה של כל מחזור קודם מולד ניסן בתשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים.

ד כשתדע תקופת ניסן של שנה ראשונה מן המחזור תחשוב ממנה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחמש מאות ותשעה עשר חלקים ואחד ושלשים רגע לכל תקופה ותקופה עד סוף המחזור.

ה אם תרצה לידע מתי תהיה תקופת ניסן לפי חשבון זה הדע תחלה שנים גמורות שעברו מן המחזור ותקח לכל שנה מהן תוספת והיא י״א כ״א קכ״א מ״ח וקבץ כל הרגעים חלקים וכל החלקים שעות וכל השעות ימים כדרך שתחשב במולדות ותגרע מן הכל תשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים והנשאר תשליך חדשי לבנה והנשאר שאין בו חדש לבנה תוסיף אותו על מולד ניסן של אותה שנה וברגע שיגיע המנין בו תהיה תקופת ניסן של אותה שנה.

ו ונראין לי הדברים שעל חשבון תקופה זו היו סומכין לענין עיבור השנה בעת שבית דין הגדול מצוי שהיו מעברין מפני הזמן או מפני הצורך לפי שחשבון זה הוא האמת יותר מן הראשון והוא קרוב מן הדברים שנתבארו באיצטגנינות יותר מן החשבון הראשון שהיתה בו שנת החמה שלש מאות וחמשה וששים יום ורביע יום.

ז וחשבון שתי תקופות האלו שבארנו דרכם הכל בקירוב הוא ובמהלך השמש האמצעי לא במקומה האמתי אבל במקום השמש האמתי תהיה תקופת ניסן בזמנים אלו כמו שני ימים קודם שתי התקופות שיוצאין בחשבון זה בין בחשבון מי שחשב רביע יום גמור בין למי שמחשב לפחות מרביע יום.

פרק אחד עשר

א לפי שאמרנו בהלכות אלו שבית דין היו מחשבין בדקדוק ויודעים אם יראה

ginta duobus: character est *9. 642.* Et primo quoque cycli anno tantundem præcedit lunam nascentem mensis Nisan.

§. IV. Cognito itaque cardine verno anni ejus, qui cycli primus est, ab eo unus & nonaginta dies numerentur, horæ septem, quingenti atque decem & novem scrupuli, momentaque unum & triginta ad proximum sequentem cardinem: itemque a reliquis cardinibus usque ad extremum cyclum.

§. V. Si quis igitur scire cupiat ex hac ratione quando certi cujusdam anni cardo vernus accidet, is prius, quot e cyclo jam effluxerint anni toti, sciat necesse est; quorum pro singulis sumendum est id temporis, quo lunæ cursus annuus a solis annua conversione superatur, dies scilicet decem, una & viginti horæ, centum & viginti unus scrupuli, & momenta octo & quadraginta, quæ redigentur in scrupulos, scrupuli in horas, & hæ in dies itidem, ut luna nascens cum quæritur: Deinde de summa subducendæ sunt horæ novem, & scrupuli sexcenti & quadraginta duo, & reliquo spatio lunares in menses distributo, quod remanserit spatium lunari mense minus, id ad nascentem lunam Nisan addendum est, atque illud ubi desierit, inde cœperit ejus anni cardo vernus.

§. VI. Ac mea quidem sententia cum esset senatus ille maximus, qui aut propter anni tempus, aut propter quamcunque necessitatem, annum constitueret intercalarem, hac utebatur ad intercalandum ratione: nam & est ea vera magis, & ad sententias astrologorum accedit longe propius, quam prima illorum ratio, qui volunt, ut sol quinque diebus, & sexaginta & trecentis, quarta diei parte addita, conversionem annuam conficiat.

§. VII. Atqui utraque illa, quam explicavimus, investigandi cardinis ratio, tantummodo proxime ad rem accedit: etenim utraque dirigitur non ad verum, sed ad medium solis cursum. Quod si temporis observatio dirigeretur ad veram solis rationem, anni cardo vernus hisce temporibus fere biduo prius, quam accidat, accideret: idque tum ex illorum opinione, qui conversioni solis annuæ quartam diei partem totam affingunt, tum etiam ex illorum, qui de quarta illa parte eximunt aliquid.

CAPUT XI.

§. I. Quoniam disputationibus in istis senatum maximum illum Hierosolymitanum diximus,

הירח או לא יראה ידענו שכל מי שרוחו נכונה ולבו תאב לדברי החכמות ולעמוד על הסודות יתאוה לידע אותן הדרכים שמחשבין בהם עד שידע אדם אם יראה הירח בליל זה או לא יראה.

ב ודרכי החשבון יש בהן מחלוקות גדולות בין חכמי הגוים הקדמונים שחקרו על חשבון התקופות והגימטריאות ואנשים חכמים גדולים נשתבשו בהן ונתעלמו מהן דברים ונולדו להן ספיקות ויש מי שדקדק הרבה ולא פגע בדרך הנכונה בחשבון ראית הירח אלא צלל במים אדירים והעלה חרס בידו.

ג ולפי אורך הימים ורוב הבדיקות והחקירות נודעו למקצת החכמים דרכי חשבון זה ועוד שיש לנו בעיקרים אלו קבלות מפי החכמים ראיות שלא נכתבו בספרים הידועים לכל ומפני כל אלו הדברים כשר בעיני לבאר דרכי חשבון זה כדי שיהיה נבון למי שמלאו לבו לקרבה אל המלאכה לעשות אותה.

ד ואל יהיו דרכים אלו קלים בעיניך מפני שאין אנו צריכין להם בזמן הזה שאלו הדרכים רחוקים ועמוקים הן והוא סוד העיבור שהיו החכמים הגדולים יודעים אותו ואין מוסרין אותו לכל אדם אלא לסמוכים נבונים אבל זה החשבון בזמן הזה שאין בית דין לקבוע על פי הראיה שאנו מחשבין בו היום אפילו תינוקות של בית רבן מגיעין עד סופו בשלשה וארבעה ימים.

ה שמא יתבונן חכם מחכמי האומות או מחכמי ישראל שלמדו חכמת יון בדרכים אלו שאני מחשב בהן לראיית הירח ויראה קירוב מעט במקצת הדרכים ויעלה על דעתו שנתעלם ממנו דבר זה ולא ידענו שיש באותו הדרך קרוב אל יעלה זה על דעתו אלא כל דבר שלא דקדקנו בו מפני שידענו בעיקרי הגימטריות בראיות ברורות שאין דבר זה מפסיד בידיעת הראיה ואין חוששין לו לפיכך לא דקדקנו בו.

mus, quam accuratissime ratiocinando quæsisse, fierine posset, ut luna se aperiret, necne; sine dubio animus a natura bene informatus, studiosus doctrinarum, & occultarum rerum percipiendarum cupidus scire aveat, qua ratione tandem id fieri convenit, ut quis cognoscat, an certa nocte luna videri, aut non videri possit.

§. II. Sed de hac ratione plurimum inter se diffident veteres illi sapientes alienigenæ, qui ad numerandi & metiendi scientiam animum applicarunt. In ea enim viri cæteroqui doctrina clari sic errarunt, ut rationis hujus aut nullam omnino, aut valde dubiam adepti sint cognitionem. Fuerunt etiam qui magna cum animi contentione quærerent, nec tamen rationem lunæ sunt ad aliquidum assecuti: sed tanquam in altissimas aquas demersi, nihil aliud quam luti plenam manum extulerunt.

§. III. Verum longo temporis usu, & nimia investigatione tandem explorata est illa ratio: præterea autem hac de re multa nos habemus a sapientibus audita, multas etiam rationes, quæ non sunt in ejusmodi scriptæ libris, quos noverint omnes. His de causis visum nobis est rationem illam hic explanare; ut si quis ad hunc laborem suscipiendum compararit animum, habeat, unde sibi faciat satis.

§. IV. Nec vero quisquam, quod nobis ea nunc nihil opus sit, doctrinam hanc contemnendam putet. Nam recondita ea quidem & penitus abstrusa est, & hæc eadem est occulta fastorum illa ratio, quam soli sapientium principes quondam noverant, & nisi viris intelligentibus & ad magisterium promotis, tradebant nemini. At istam fastorum rationem, quæ nunc in usu est, cum nullus sit, qui ad siderum motus tempora dirigat, senatus, etiam e ludo pueri triduo perdiscunt vel quatriduo.

§. V. Fortassis autem eveniet, ut homines docti, tam Judæi, quam alieni, qui ea, quæ Græci tradiderunt de astrologia, præcepta didicerunt, cum intellexerint de meis cognoscendæ lunæ rationibus aliquas esse minus accuratas, id fugisse nos existiment. Verum non est ita: sed idcirco certæ quædam rationes a nobis minus accurate describuntur, quod ex principiis arithmeticorum, atque aliis ex causis evidentibus compertum habeamus, nihil id impedire, quo minus perfecte cognoscatur lunæ ratio. Itaque duximus nihil esse, cur in ejusmodi rebus tantopere elaboraremus.

§. VI.

ו וכן כשיראה בדרך מן הדרכים חסרון מעט מחשבון הראוי לאותה הדרך בכוונה עשינו זה לפי שיש כנגדו יתרון בדרך אחרת עד שיצא הדבר לאמתו בדרכים קרובים בלא חשבון ארוך כדי שלא יבהל האדם שאינו רגיל בדרכים אלו ברוב החשבונות שאין מועילין בראיית הירח.

ז העיקרים שצריך אדם לידע תחלה לכל החשבונות האיטגניות בין לדרכי חשבון הראייה בין לשאר דברים אלו הן הגלגל מוחלק בשלש מאות וששים מעלות כל מזל ומזל שלשים מעלות ומתחיל מתחלת מזל טלה וכל מעלה ומעלה ששים חלקים וכל חלק וחלק ששים שניות וכל שניה ושנייה ששים שלישיות וכן תדקדק החשבון ותחלק כל זמן שתרצה.

ח לפיכך אם יצא לך בחשבון שכוכב פלוני מקומו בגלגל בשבעים מעלות ושלשים חלקים וארבעים שניות תדע שכוכב זה הוא מזל תאומים בחצי מעלה אחת עשרה ממזל זה לפי שמזל טלה שלשים מעלות ומזל שור שלשים מעלות נשאר עשר מעלות ומחצה ממזל תאומים וארבעים שניות מחצי המעלה האחרון.

ט וכן אם יצא מקומו בגלגל בשלש מאות ועשרים מעלות תדע שכוכב זה במזל דלי בעשרים מעלה בו ועל דרך זו בכל המניינות וסדר המזלות כך הוא טלה שור תאומים סרטן אריה בתולה מאזנים עקרב קשת גדי דלי דגים.

י בכל החשבונות כולם כשתקבץ שארית לשארית או כשתוסיף מנין על מנין תקבץ כל מין עם מינו השניות עם השניות והחלקים עם החלקים והמעלות עם המעלות וכל זמן שיתקבץ מן השניות ששים תשים אותו חלק אחד ותוסיף על החלקים וכל שיתקבץ מן החלקים ששים תשים אותו מעלה ותוסיף אותה על המעלות וכשתקבץ המעלות תשליך אותן שלש מאות וששים והנשאר משלש מאות וששים ולמטה הוא שתופסין אותו לחשבון.

יא בכל החשבונות כולם כשתרצה

§. VI. Item si quas tradimus cognoscendæ lunæ vias, in earum nonnulla videantur non esse initæ, & subductæ rationes quædam idoneæ, consulto fecimus. Nam ex multis & variis illis cognoscendæ lunæ viis sic aliam illustrat alia, ut facile possit inveniri veritas, licet non sint initæ & subductæ multiplices illæ rationes, quæ & homines in arte numerandi non exercitatos adeo deterrent, nec ad visionem lunæ quidquam conducunt.

§. VII. Ante omnes igitur astrologiæ rationes, quæ aut ad perfectam lunæ cognitionem pertinent, aut ad rerum aliarum usum, hæc cognita & percepta esse debent. Primum distribui totum orbem signorum in gradus trecentos & sexaginta: triginta gradus obtineri ab uno quoque signo: primum esse signum, qui Aries dicitur: singulos gradus in partes sexaginta dividi: partes singulas in totidem secundas: harum singulas item dividi tertias in sexaginta, & isto modo ad infinitum fieri, si divisione etiam opus fuerit.

§. VIII. Si quis igitur ratiocinando invenit, sidus aliquod in orbe signifero situm esse post gradus septuaginta, triginta partes, & quadraginta secundas, intelliget id collocatum esse in signo Geminorum, in medio fere gradu undecimo. Nam Aries gradus occupat triginta, & totidem Taurus: restant de Geminis decem ac semissis, atque ex altero etiam semisse secundæ quadraginta.

§. IX. Sic si sidus inveneris aliquod in trecentesimo & vigesimo orbis signiferi gradu, cognosces id inesse in signo, quod Aquarium nuncupant, in gradu vigesimo: similis est reliquorum numerorum ratio. Sed jam signa nominatim & ordine persequamur. Sunt igitur Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Caper, Aquarius, Pisces.

§. X. Jam in ratiocinando cum sit necesse colligi reliquias, & multos ac varios una conjungi numeros, paria cum paribus conjungantur opus est, secundæ cum secundis, cum partibus partes, & gradus cum gradibus. Ubi secundæ fuerint collectæ sexaginta, ex quibus constat una pars, in partium sunt numerum referendæ. Item ubi sexaginta partes collectæ fuerint, ex quibus conflatur gradus, in numero ponentur graduum. De gradibus autem colligendi sunt trecenti & sexaginta, quibus subductis, si qui superent, ii demum numerandi sunt.

§. XI. Sed si sit detrahendus numerus

לגרוע מניין ממניין אם יהיה זה שגורעין אותו יתר על זה שגורעין ממנו. שלש מאות וששים מעלות כדי שיהא איפשר לגרוע זה המניין ממנו.

יב כיצד הרי שהצריכך החשבון לגרוע מאתים מעלות וחמשים חלקים וארבעים שניות סימנן רנ״ט ממאה מעלות ועשרים חלקים ושלשים שניות סימנן קכ״ל תוסיף על המאה שלש מאות וששים יהיו המעלות ארבע מאות וששים והתחיל לגרוע השניות מן השניות תבא לגרוע ארבעים משלשים אי אפשר תרים חלק אחד מן עשרים החלקים תעשה אותו ששים שניות ותוסיף על השלשים ונמצאו השניות תשעים תגרע מהם הארבעים ישאר חמשים שניות ותחזור לגרוע חמשים חלקים מתשעה עשר חלקים שכבר הרימות מהם חלק אחד ועשיתו שניות ואי איפשר לגרוע חמשים מתשעה עשר לפיכך תרים מעלה אחת מן המעלות ותעשה אותם ששים חלקים ותוסיף על התשעה עשר ונמצאו החלקים תשעה ושבעים תגרע מהן החמשים ישאר תשעה ועשרים חלקים ותחזור לגרוע המאתים מעלות מן ארבע מאות ותשע וחמשים מעלות שכבר הרימות מעלה אחת ועשית חלקים ישאר מאתים ותשע וחמשים מעלות ונמצא השאר סימנו רנ״ט כט״נ ועל דרך זו בכל גרעון ונרעון השמש והירח.

יג וכן שאר השבעה כוכבים מהלך כל אחד ואחד מהן בגלגל שלו מהלך שווה אין בו לא קלות ולא כבדות אלא כמו מהלכו היום כמו מהלכו אמש כמו מהלכו למחר כמו מהלכו בכל יום ויום וגלגל של כל אחד מהם אף על פי שהוא מקיף את העולם אין הארץ באמצעו.

יד לפיכך אם תערוך מהלך כל אחד מהן לגלגל המקיף את העולם שהארץ באמצעו שהוא גלגל המזלות ישתנה הלוכו ונמצא מהלכו ביום זה בגלגל המזלות פחות או יותר על מהלכו אמש או על מהלכו למחר.

טו המהלך השוה שמהלך הכוכב או השמש או הירח בנלגלו הוא הנקרא אמצע המהלך והמהלך שהיה בגלגל המזלות שהוא פעמים יותר ופעמים חסר

rus alius ex alio, & ille quam hic sit major vel unica parte, huic, ex quo alius subducendus est, numero gradus addentur trecenti & sexaginta, ut ejus detractio fieri possit.

§. XII. Ut si gradus ducenti, quinquaginta partes, & secundæ quadraginta; character est 200. 50. 40. detrahendæ sint de gradibus centum, viginti partibus, & triginta secundis, character est 100. 20. 30. primum his gradibus centum addentur trecenti & sexaginta, & fiet summa quadringentorum & sexaginta graduum: deinde ut detrahantur de secundis secundæ, quoniam de triginta certe non possunt subduci quadragenæ, una e viginti partibus dividetur in secundas sexaginta, eruntque nonaginta secundæ, ex quibus cum fuerint quadraginta detractæ, quinquaginta supererunt. Tum e partibus undeviginti reliquis (nam fuit una partita in secundas) cum non possint deduci quinquaginta, oportet eximatur e gradibus unus, qui partiatur in partes sexagenas; quæ si conjungantur una cum illis undeviginti partibus invenientur undeoctoginta: detractis inde quinquagenis supererunt viginti novem. Postremo de quadringentis & undesexaginta reliquis gradibus (nam & eorum unus est distributus in partes) subducentur ducenti, sic erunt gradus ducenti & undesexaginta reliqui. Cunctarum igitur reliquiarum character est 259. 29. 50. similiter fiet cujusque numeri detractio tum in solis, tum in lunæ ratione.

§. XIII. Item & in reliquorum planetarum ratione. Nam ex illis in suo quisque orbe motus habet constantes & ratos: neque enim eorum cursus tum incitantur, tum retardantur: sed illorum est quotidiana conveniens constansque conversio. Verum etsi cujusque circulus globum terrenum complectitur totum, terra tamen in eo media non est.

§. XIV. Unde fit, ut si cujusque planetæ metiare cursum ex iis spatiis, quæ conficit in orbe signifero, qui globum terrenum sic arcet ac continet, ut terra media sit, eum esse varium reperias. Neque enim dies ullus est, quo quisque planeta non plus, minusve spatii conficiat in orbe signifero, quam aut hesterno confecerit, aut crastino die confecturus sit.

§. XV. Æquabiles igitur illi & certi cursus solis & lunæ, & cæterorum in orbe suo planetarum vocantur cursus medii: at quos tum celerius, tum tardius definiunt cursus in orbe signorum, hi sunt perfecti atque ex iis demum

V ubi

הוא המהלך האמתי ובו יהיה מקום השמש או מקום הירח האמתי.

יו ככר אמרנו שאלו הדרכים שאנו מבארים בהלכות אלו אינן אלא לחשבן ראיית הירח בלבד לפיכך עשינו העיקר שממנו מתחילין לעולם לחשבון זה מתחילת ליל חמישי שיומו יום שלישי לחדש ניסן משנה זו שהיא שנת שבע עשרה ממחזור שנים מאות וששים שהיא שנת שמנה ושלשים ותשע מאות וארבעת אלפים ליצירה שהיא שנת תשע ושמנים וארבע ואלף לשטרות שהוא שנת תשע ומאה ואלף לחורבן בית שני וזו היא שאנו קוראין אותה שנת העיקר בחשבון זה.

יז ולפי שהראיה לא תהיה אלא בארץ ישראל כמו שבארנו עשינו כל דרכי חשבון הזה בארץ ישראל בנויים על עיר ירושלם ולשאר המקומות הסובבין אותה בכמו ששה או שבע ימים שבהן רואין את הירח תמיד ובאים ומעידים בבית דין ומקום זה הוא נוטה מתחת הקו השוה המסבב באמצע העולם כנגד רוח צפונית בכמו שתים ושלשים מעלות עד חמש ושלשים ועד תשע ועשרים וכן הוא נוטה מאמצע הישוב כנגד רוח מערב בכמו ארבע ועשרים מעלות עד שבע ועשרים ועד אחת ועשרים.

ubi sol, ubi luna versetur explorate percipitur, ac cognoscitur.

§. XVI. Sed quas his disputationibus explicamus rationes & vias, eas ante commemoravimus tantum ad lunæ rationem cognoscendam pertinere. Necesse autem erat stirpem esse aliquam, ex qua semper hujusce ratiocinii principium peteretur. Hanc voluimus esse ineuntem noctem hebdomadæ quintam, & eandem tertiam mensis Nisan, præsentis anni, qui numeratur decimus & septimus ex ducentesimo & sexagesimo cyclo. (*a*) Is est annus a constituto mundo quater millesimus, & nongentesimus & tricesimus octavus. Idem est perscriptionum seu tabularum millesimus quadringentesimus octogesimus nonus. Idemque millesimus centesimus & nonus est annus a disturbato templo secundo. Hunc nos annum vocamus hujusce ratiocinii stirpem.

§. XVII. Et quoniam in Judæa solum luna observaretur sic, ut ante disseruimus, hæ rationes diriguntur a nobis ad situm urbis Hierosolymæ, & aliorum, quibus Hierosolyma circundatur, oppidorum sex septem dierum iter ab ipsa distantium, quippe cum ex illis oppidis lunam assidue contemplantes irent de illa Senatui Hierosolymitano renunciatum. Hæc ora ab æquinoctiali circulo, qui medium mundum amplectitur, declinat septentriones versus duos & triginta circiter gradus, certe neque pauciores viginti novem, neque plures, quam triginta quinque, & a media illa parte terræ, in qua habitatur, ad occidentem est inflexa gradus circiter quatuor & viginti, non plures quidem viginti septem, nec pauciores, quam viginti & unum.

NOTÆ IN CAPUT UNDECIMUM.

(a) *Is est annus a constituto mundo*, &c. Si quis velit recentiorum Judæorum ratiocinium a mundo constituto deductum ad æram Christianam redigere, deducat annorum e numero prima quatuor millia, tum iis, qui superabunt, annis addat ducentos & quadraginta, atque summa reliqui ea fiet, quæ ad æram Christianam quadrabit. Quæ cum ita sint, hæc a scriptore nostro literis consignabantur anno æræ Christianæ millesimo centesimo septuagesimo octavo. Etenim libro יוחסין de familiarum stirpibus scriptum videmus, fol. 163. pag. 1. opus hoc a scriptore nostro totum esse absolutum anno æræ Christianæ 1188. Jam in hanc epocham R. Obadias, cujus commentarii textui scriptoris nostri sunt adjuncti, ita disserit. Quoniam clarissimi viri Majemonidæ epocha temporibus a nostris longius est remota, visum est nobis substituere aliam, unde principium duceremus, ineuntem noctem hebdomadæ tertiam, quam consequebatur dies primus mensis Nisan, anni noni ex cyclo ducentesimo sexagesimo nono. Is annus numerabatur quinquies millesimus centesimus unus a constituto mundo, perscriptionum seu tabularum millesimus sexcentesimus quinquagesimus secundus. Invenimus autem ab epocha una ad alteram intercedere undesexaginta millia dierum insuper etiam dies tres & triginta, & quingentos. Quæ cum addita fuerint epochæ clarissimi Majemonidæ, medius solis cursus invenietur ad epocham nostram confecisse gradus quinque, partes triginta quinque, & secundas quadraginta ex Ariete: character est 5. 35. 40. Et eodem tempore illa altitudo solis quæ dicitur, descripsisse gradus undetriginta, partes quatuordecim ex Geminis: character est 29. 14.

פרק שנים עשר

א מהלך השמש האמצעי ביום אחד שהוא ארבע ועשרים שעות תשעה וחמשים הלקים ושמנה שניות סימנם כ״ה נט״ח נמצא מהלכה בעשרה ימים תשע מעלות ואחד וחמשים חלקים ושלש ועשרים שניות סימנם ט״נא כ״ג ונמצא מהלכה במאה יום שמנה ותשעים מעלות ושלשה ושלשים חלקים ושלש וחמשים שניות סימנם צ״ח ל״ג נ״ג ונמצא מהלכה באלף יום אחר שתשליך כל שלש מאות וששים מעלות כמו שבארנו מאתים וחמש וששים מעלות ושמנה ושלשים חלקים וחמשים שניות סימנם ר״סה לח״נ ונמצא שארית מהלכה בעשרת אלפים יום מאה ושש ושלשים מעלות ושמנה ועשרים חלקים ועשרים שניות סימנם קל״ו כח״כ ועל הדרך הזה תכפיל ותוציא מהלכה לכל מניין שתרצה וכן אם תרצה לעשות סימנין ידועים אצלך למהלכה לשני ימים ולשלשה ולארבעה עד עשרה תעשה וכן אם תרצה להיות לך סימנין סימנין ידועין מוכנין למהלכה לעשרים יום ולשלשים ולארבעים עד מאה תעשה ודבר גלוי וידוע מאחר שידעת מהלך יום אחד וראוי הוא להיות מוכן וידוע אצלך מהלך אמצע השמש לתשעה ועשרים יום ולשלש מאות וארבעה וחמשים יום שהן ימי שנת הלבנה בזמן שחדשיה כסדרן והיא הנקראת שנה סדורה שבזמן שיהיו לך אמצעיות אלו מוכנין יהיה החשבון הזה קל עליך לראיית החדש לפי שתשעה ועשרים יום גמורים מליל הראיה עד ליל הראיה של חדש הבא וכן בכל חדש וחדש אין פחות מתשעה ועשרים יום לא יותר שאין חפצנו בכל אלו החשבונות אלא לדעת הראיה בלבד וכן מליל הראיה של חדש זה עד ליל הראיה לאותו החדש לשנה הבאה

CAPUT XII.

§. I. Cursus solis æquabilis, qui idem medius appellatur, uno die, hoc est, viginti quatuor horis, conficit undesexaginta partes, & secundas octo: character est 59. 8. Idem igitur diebus decem conficit novem gradus, unam & quinquaginta partes, & secundas tres supra viginti: character est 9. 51. 23. Itaque centum lustrat diebus gradus nonaginta octo, partes tres supra triginta, & tres & quinquaginta secundas: character est 98. 33. 53. Unde cognoscitur futurum esse, ut si, quoad fieri possit, de spatio quod idem motus conficit mille diebus, subducas ita, ut a nobis explicatum est, gradus trecentos & sexaginta, reliqui fiant quinque gradus, & sexaginta, & ducenti, partes autem octo & triginta, & quinquaginta secundæ: character est 265. 38. 50. Jam ex eo spatio, quod motus hic perlustrat decem millibus dierum, si detrahas quoad fieri possit, trecenos & sexagenos gradus, reliqui fient sex gradus & triginta & centum, duodetriginta partes, & viginti secundæ: character est 136. 28. 20. Atque isto modo cognosces rationem motus hujus ad quem volueris cunque dierum numerum. Jam si cursum medium bidui, tridui, quatridui ad decimum usque diem characteribus ita mandari velis, id tute facias ipse licet: Itemque si cursum medium dierum viginti, triginta, quadraginta, usque ad centesimum cupias notari characteribus. Explicata enim atque explorata ratio est, ubi cursum medium unius diei notum habeas. Consentaneum est autem illud cognitum & comprehensum animo habere, medius ille solis motus quid intervalli perlustret novem & viginti dierum spatio, quid trecentis & quatuor supra quinquaginta diebus, quibus efficitur annus ille lunaris, cujus sunt ordine dispositi menses, qui annus adeo ordinatus dicitur. Hos enim cursus medios qui rite cognorit, is facile rationes illas perceperit, ex quibus dilucide perspiciatur, luna nova quando se aperiat. Nam a nocte mensis ea, qua primum luna nova se aperit, ad proximi mensis illam noctem qua rursus aperiatur luna nova, dies toti intercedunt viginti novem. Nec omnino contigit unquam, ut plures, paucioresve intersint dies solidi. Atqui hoc unum est, quod hisce rationibus quærimus, luna videlicet nascens quando primum aperiatur. Tum

שנה סדורה או שנה ויום אחד וכן בכל שנה ושנה ומהלך השמש האמצעי לתשעה ועשרים יום שמנה ועשרים מעלות וחמשה ושלשים חלקים ושניה אחת סימנן כ״ח לה״א ומהלכה לשנה סדורה שלש מאות ושמנה וארבעים מעלות וחמשה וחמשים חלקים וחמש עשרה שניות סימנן שמ״ח נה״טו.

נקודה אחת יש בגלגל השמש וכן בשאר גלגלי השבעה כוכבים בעת שיהיה הכוכב בה יהיה גבוה מעל הארץ כל מאורו ואותה הנקודה של גלגל השמש ושאר הכוכבים חוץ מן הירח סובבת בשוה ומהלכה בכל שבעים שנה בקירוב מעלה אחת ונקודה זו היא הנקראת גובה השמש מהלכו בכל עשרה ימים שניה אחת וחצי שניה שהיא שלשים שלישיות נמצא מהלכו במאה יום חמש עשרה שניות ומהלכו באלף יום שני חלקים ושלשים שניות ומהלכו בעשרת אלפים יום חמשה ועשרים חלקים ונמצא מהלכו לתשעה ועשרים יום ארבע שניות ועוד ומהלכו בשנה סדורה שלש וחמשים שניות כבר אמרנו שהעיקר שממנו התחלת חשבון זה הוא מתחלת ליל חמישי שיומו שלישי לחדש ניסן משנת שמנה ושלשים ותשע מאות וארבעת אלפים ליצירה ומקום השמש במהלכה האמצעי היה בעיקר הזה בשבע מעלות ושלשה חלקים ושנים ושלשים שניות ממזל טלה סימנן ז״ג ל״ב ומקום גובה השמש היה בעיקר זה בשש ועשרים מעלות חמשה וארבעים חלקים ושמנה שניות ממזל תאומים סימנן כ״ו מ״ה שמנה כשתרצה לידע מקום השמש במהלכה האמצעי בכל זמן שתרצה תקח מניין הימים שמתחלת יום העיקר עד היום שתרצה ותוציא מהלכה האמצעי באותן הימים מן הסימנין שהודיענו הוסף הכל על העקר ותקבץ

Tum ex quo certa quædam luna nova hoc anno aperiatur, uſque dum anno vertente luna nova aperiatur eadem, aut abit omnino tempus id, quod annum diximus ordinatum, aut uno die plus: atque eadem eſt annorum omnium ratio. Curſus igitur ſolis iſte medius novem & viginti diebus perluſtrat duodetriginta gradus, partes quinque & triginta, & ſecundam unam; character eſt 28. 35. 1. anno autem ordinato trecentos & quadraginta octo gradus, partes quinque & quinquaginta, atque decem & quinque ſecundas: character eſt 348. 55. 15.

Solis in orbe ſic, ut in reliquorum circulis planetarum, punctum eſt certum, quo cum planeta commearit, tam eſt remotus a terris, quam cum maxime. Et tanquam id, quod eſt in ſolis orbe, punctum, ita quod in cæteris planetarum (luna tamen excipitur) orbibus ineſt, æquabiliter movetur, atque annis ſeptuaginta unum fere gradum conficit. Atqui hoc punctum, quod idem ſolis altitudo nominatur, diebus decem ſemper unam & dimidiatam ſecundam conficit, quæ dimidia tertiæ ſunt triginta: diebus centum ſecundas quindecim: mille dierum partes duas, & ſecundas triginta: decem millibus dierum conficit quinque & viginti partes. Ex quo intelligitur idem punctum diebus viginti novem perluſtrare ſecundas quatuor & eo amplius: & anno illo ordinato ſecundas tres ſupra quinquaginta: Dictum a nobis ante eſt, hujuſce ratiocinii ſtirpem repeti ab ineunte nocte quinta hebdomadæ, & eadem tertia menſis Niſan, anni videlicet quater milleſimi, nongenteſimi, triceſimi octavi poſt conſtitutum mundum. Ad hujus ratiocinii principium iſtud confecerat motio ſolis media gradus ſeptenos, ternas partes, atque duas & triginta ſecundas ex ariete: character eſt 7. 3. 32. & hæc ſolis altitudo quæ vocatur, ſex & viginti gradus, inſuper partes quinque & quadraginta, & octo ſecundas e geminis: character eſt 26. 45. 8. Ergo ſi quando libeat ſcire ſol ubi ſit ſecundum motum medium, primo numerum dierum, qui a principio hujus ratiocinii uſque ad id tempus prætererint, notum eſſe neceſſe eſt, & converſionem ſolis mediam his diebus confectam, quam ex iis, quæ poſui, ſignis cognoſci licet, ſic addere ad ſtirpem hujus computationis, ut ſuo quæque partium genera generi conjungantur. Nam ubi converſionis ejus erit terminus, ibi tunc temporis ſol

על מין עם מינו והיוצא הוא מקום
שכיבש ובמהלכה האמצעי לאותו היום
מהצד הרי שרצינו לידע מקום השמש
האמצעי בתחלת ליל השבת שיומו
ארבעה עשר לחדש תמוז משנה זו שהיא
שנת העיקר מצאנו מניין הימים מיום
העיקר עד תחלת היום זה שאנו רוצים
לידע מקום השמש בו מאה יום לקחנו
אמצע מהלכה למאה יום שהוא צ֞ח ל֞ג
נ֞ג והוספנו על העיקר שהוא ז֞ג ל֞ב יצא
מן החשבון מאה וחמש מעלות ושבעה
ושלשים חלקים וחמש ועשרים שניות סימניו
ק֞ה ז֞ל כ֞ה ונמצא מקומה במהלך אמצעי
רתחלת ליל זה במזל סרטן בחמש
עשרה מעלות בו ושבעה ושלשים חלקים
ממעלת שש עשרה והאמצעי שיצא
בחשבון זה פעמים יהיה בתחלת הלילה
בשוה או קודם שקיעת החמה בשעה
ודבר זה לא תחוש לו בשמש בחשבון
הראייה שהרי אנו משלימין קירוב זה
כשנחשוב לאמצע הירח ועל הדרך הזאת
תעשה תמיד לכל עת שתרצה ואפילו אחר
אלף שנים שתקבץ כל השארית ותוסיף
על העיקר יצא לך המקום האמצעי וכן
תעשה באמצע הירח ובאמצע כל כוכב
וכוכב מאחר שתדע מהלכו ביום אחד כמה
הוא ותדע העיקר שממנו תתחיל ותקבץ
מהלכו לכל השנים והימים שתרצה ותוסיף
על העיקר ויצא לך מקומו במהלך אמצעי
וכן תעשה בגובה השמש תוסיף מהלכו
באותם הימים או השנים על העיקר יצא
לך מקום גובה השמש לאותו היום שתרצה
וכן אם תרצה לעשות עיקר אחר שתתחיל
ממנו חוץ מעקר זה שהתחלנו ממנו בשנה

ſol ex curſu medio locum habebit. Placet autem rei adjungere exemplum. Si quæreretur, ubinam ex medio curſu ſol eſſet in anno primo hujus computationis, ineunte nocte Sabbathi, qui dies erat decimus & quartus menſis Tamuz, ſiquidem ab ſtirpe ad principium ejus diei, quo quæritur locus ſolis, intercedebant dies centum, curſus ſolis medius his centum diebus definitus ſumeretur, oporteret, nempe gradus octo & nonaginta, tres ſupra triginta partes, & ſecundæ tres & quinquaginta: quæ adderentur ad gradus ſeptenos, partes ternas, duas & triginta ſecundas Arietis, ubi ſol erat initio hujus computationis. Ex quibus una collectis ſumma fieret centum & quinque graduum, partium ſeptem & triginta, & ſecundarum viginti quinque: character eſt 105. 37. 25. Itaque prima illa nocte ſabbathica ſol ex medio curſu in Cancro exiſtebat, in ſeptima & triceſima parte gradus decimi & ſexti. Quod autem quotidianus ſolis curſus medius interdum prima nocte ipſa determinetur, interdum ante ſolis occaſum hora una, nonnunquam etiam tantundem poſt ſolis obitum, id omnino in exponendo motu ſolis, quatenus ad lunæ rationem pertinet, ne attingimus quidem. At in explicando medio lunæ curſu locus ille ſtudioſe tractabitur. Atque hujus motus inveſtigandi ratio ſemper eſt eadem: nam & mille poſt annos ſi ſubducendis & addendis ſpatiis excurſis reliquorum ſumma fiat, eamque adjungas ad eum locum, quem ſol ſecundum motum medium obtinebat in principio hujus ratiocinii, certo cognoſcas ubinam ſol tum motu illo medio feratur. Idem de lunæ motione media dicendum: idemque de cujuſque ſtellæ. Cum ejus quotidianam motionem mediam cognoveris quanta ſit, ſciaſque motionis ejus principium unde ducatur, poſt annos, aut dies tot, quot libuerit, certo comperias ea ubi feratur motione illa media, ſi curſum medium hiſce diebus aut annis confectum adjicias ad illum locum, qui ſtellæ erat ab initio. Eadem ratio in illa altitudine ſolis eſt. Si ad eum, ubi initio erat altitudo ſolis, locum addas & ſpatium diebus aut annis præteritis confectum, quovis die ſolis ubi ſit altitudo reperias. Si quis autem primum alicujus cycli aut ſæculi annum malit eſſe hujus computationis caput, quam eum annum, qui fuit a nobis propoſitus, datur illi eligendi optio. Atque caput iſtuc ſive id antecedat, ſive multis annis ſubſequatur hoc,

זו כדי שיהיה אותו עיקר בתחלת שנת מחזור ידוע או בתחלת מאה מן המאות הרשות בידך ואם תרצה להיות העיקר שתתחיל ממנו משנים שעברו קודם עיקר זה או לאחר כמה שנים מעיקר זה הדרך ידועה כיצד היא הדרך כבר ידעת מהלך השמש לשנה סדורה ומהלכה לתשעה ועשרים יום ומהלכה ליום אחד ודבר ידוע שהשנה שחדשיה שלימים היא יתרה על הסדורה יום אחד והשנה שחדשיה חסרין היא חסרה מן הסדורה יום אחד והשנה המעוברת אם יהיו חדשיה כסדרן תהיה יתרה על השנה הסדורה שלשים יום ואם יהיו חדשיה שלמים היא יתירה על הסדור אחד ושלשים יום ואם היו חדשיה חסרין היא יתירה על הסדורה תשעה ועשרים יום ומאחר שכל הדברים האלו ידועים תוציא מהלך אמצע השמש לכל השנים והימים שתרצה ותוסיף על העיקר שעשינו יצא לך אמצעה ליום שתרצה משנים הבאות ותעשה אותו היום עיקר או תגרע האמצע שהוצאת מן העיקר שעשינו יצא לך העיקר ליום שתרצה משנים שעברו ותעשה אותו אמצע העיקר וכזה תעשה באמצע הירח ושאר הכבבים אם יהיו ידועים לך וכבר נתבאר לך מכלל דברינו שכשם שתדע אמצע השמש לכל יום שתרצה מימים הבאים כך תדע אמצעה לכל יום שתרצה מימים שעברו.

פרק שלשה עשר

א אם תרצה לידע מקום השמש האמתי בכל יום שתרצה תוציא תחלה מקומה האמצעי לאותו היום על הדרך שבארנו ותוציא מקום גובה השמש ותגרע מקום גובה השמש ממקום השמש האמצעי הוא הנקרא מסלול השמש.

ב ותראה כמה מעלות הוא מסלול השמש אם היה המסלול פחות ממאה ושמנים מעלות תגרע מנת המסלול ממקום השמש האמצעי ואם היה המסלול יותר על מאה ושמנים מעלות עד שלש מאות וששים תוסיף מנת המסלול על מקום השמש האמצעי ומה שיהיה אחר

hoc, quod est a nobis, perspicuum est quid oporteat fieri. Namque explicatum est, quem cursum sol definiat ordinato anno toto, quem diebus novem & viginti, quem denique die uno. Demonstratum est etiam annum, cujus sint pleni menses, uno die esse longiorem eo, qui ordinatus nominatur: annum autem illum, qui completur mensibus cavis, uno die minorem esse, quam ordinatum. Jam de anno intercalari, illum, si menses ejus sint ordine dispositi, majorem esse anno communi & eodem ordinato diebus triginta: sin autem illius sint pleni menses, fore, ut ordinatum annum communem superet diebus uno & triginta: cum vero habeat menses cavos, eundem novem & viginti diebus esse majorem anno illo ordinato. Quibus rebus perspectis & cognitis, facile est solis investigare ac consequi cursum medium in quot visum fuerit dies aut annos: quem cum addideris ad id, unde nos hujus ratiocinii stirpem repetiimus, cursum medium solis cognoveris ad quem volueris annum & diem stirpem nostram subsequentem, quem tu diem feceris computationis principium. Hunc autem si detraxeris huic eidem, unde nos computationis duximus initium, medium solis cursum compertum habueris in quem libuerit aut annum, aut diem stirpem nostram antecedentem, a quo tu die exordium computationis ceperis. Et quæ in medio cursu solis, eadem est tenenda ratio in lunæ ac reliquorum notorum siderum motu medio. Ac de solis quidem medio cursu quærendo cum in diem venientem, tum in præteritum satis dictum est.

CAPUT XIII.

§. I. Sequitur, ut agamus de solis cursu vero: hunc quovis die tibi cognitum esse velis, primum in diem eundem ita, ut exposuimus, solis investiges cursum medium: deinde solis etiam altitudinem: tum hanc subducas e medio solis cursu, ex quo quod reliquum fuerit, id *propria solis via* dicitur.

§. II. Porro videndum est hæc *propria solis via* quot sit graduum. Nam si pauciorum est, quam centum & octoginta, e confecto medio solis cursu subducenda est etiam hujus *propriæ viæ* portio: sin autem plurium est, usque dum trecentorum & sexaginta sit graduum, ad solis confectum cursum medium portio hujus viæ propriæ addatur, necesse est. Quibus ita subductis aut addi-

שתוסיף עליו או תגרע ממנו הוא המקום האמתי.

ג ודע שאם יהיה המסלול מאה ושמנים בשוה או שלש מאות וששים בשוה אין לו מנה אלא יהיה המקום האמצעי הוא המקום האמתי.

ד וכמה היא מנת המסלול אם יהיה המסלול עשר מעלות תהיה מנתו עשרים חלקים ואם יהיה עשרים מעלות תהיה מנתו ארבעים חלקים ואם יהיה שלשים מעלות תהיה מנתו שמנה וחמשים חלקים ואם יהיה ארבעים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת וחמשה עשר חלקים ואם יהיה חמשים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ותשעה ועשרים חלקים ואם יהיה ששים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ואחד וארבעים חלקים ואם יהיה שבעים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ואחת וחמשים חלקים ואם יהיה שמנים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ושבעה וחמשים חלקים ואם יהיה תשעים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ותשעה וחמשים חלקים ואם יהיה מאה מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ושמנה וחמשים חלקים ואם יהיה מאה ועשר תהיה מנתו מעלה אחת ושלשה וחמשים חלקים ואם יהיה מאה ועשרים תהיה מנתו מעלה אחת וחמשה וארבעים חלקים ואם יהיה מאה ושלשים תהיה מנתו מעלה אחת ושלשה ושלשים חלקים ואם יהיה מאה וארבעים תהיה מנתו מעלה אחת ותשעה עשר חלקים ואם יהיה מאה וחמשים תהיה מנתו מעלה אחת וחלק אחד ואם יהיה מאה וששים תהיה מנתו שנים וארבעים חלקים ואם יהיה מאה ושבעים תהיה מנתו אחד ועשרים חלקים ואם יהיה מאה ושמנים בשוה אין לו מנה כמו שבארנו אלא מקום השמש האמצעי הוא מקומה האמתי.

ה היה המסלול יותר על מאה ושמנים מעלות תגרע אותו משלש מאות וששים מעלות ותדע מנתו כיצד הרי שהיה המסלול מאתים מעלות תגרע אותו משלש מאות וששים תשאר מאה וששים מעלות וכבר הודענו שמנת מאה וששים מעלות שנים וארבעים חלקים וכן מנת המאתים שנים וארבעים חלקים.

ו וכן אם היה המסלול שלש מאות מעלות תגרע אותו משלש מאות וששים ישאר ששים וכבר ידעת שמנת ששים

additis, inde quod erit, ſolis erit curſus verus.

§. III. Tenendum eſt autem hanc ſolis viam propriam, cum ſit aut ipſorum centum & octoginta, aut trecentorum & ſexaginta graduum, portione tum omnino carere, atque ſolis eundem eſſe curſum verum, & medium.

§. IV. At propriæ hujuſce viæ portio quænam eſt illa tandem? Nimirum ſi gradus occupat decem, portio ejus eſt viginti partes: ſi occupat viginti, portio eſt partes quadragenæ: ſi triginta, portio eſt partes octo & quinquaginta: ſi quadraginta, pro portione debetur gradus unus, & partes quindecim: ſi quinquaginta, gradus unus, & novem & viginti partes pro portione debentur: ſi ſexaginta, portio erit gradus unus, & partes una & quadraginta: ſi ſeptuaginta, erit portio gradus unus, atque una & quinquaginta partes: ſi octoginta, portio erit gradus unus, & partes ſeptem & quinquaginta: ſi nonaginta, portio erit gradus unus, & undeſexaginta partes: ſi centum, gradus unus, & octo ac quinquaginta partes erit portio: ſi centum & decem, portio gradus unus erit, & partes tres ac quinquaginta: ſi centum & viginti, portio gradus unus, ac quinque & quadraginta partes erit: ſi centum & triginta, portio gradus item unus erit, atque partes tres & triginta: ſi centum & quadraginta, erit portio gradus unus, & partes undeviginti: ſi centum & quinquaginta, portio gradus unus, & una pars erit: ſi centum & ſexaginta, portio erit duæ & quadraginta partes: ſi centum & ſeptuaginta, portio erit partes viginti una: ſin autem centum & octoginta ipſos occupat gradus, portio, ſicut docuimus, erit omnino nulla: ſed curſus medius ſolis erit idem, atque verus.

§. V. Cum vero via iſta propria ſit longior gradibus centum & octoginta, tum illius longitudo tota detrahetur e trecentis & ſexaginta gradibus, atque ejus portio cognoſcetur: ut ſi iſta propria via graduum ſit ducentorum, hos e trecentis & ſexaginta ſubduci gradibus oporteat, unde reliqui fiant gradus centum & ſexaginta, quorum, ut ante diximus, portio eſt partes duæ & quadraginta: eadem eſt igitur & ducentorum graduum portio.

§. VI. Similiter ſit propria via iſta trecentorum graduum, hi ſubducentur de gradibus trecentis & ſexaginta: reſtabunt ſexaginta, quorum quidem jam cognoviſti portionem eſſe gradum unum, & unam

מעלות מעלה אחת ואחד וארבעים חלקים וכן אם היא מנת השלש מאות מעלות ועל דרך זו בכל מניין ומניין.

ז הרי שהיה המסלול חמש וששים מעלות וכבר ידענו שמנת הששים היא מעלה אחת ואחד וארבעים חלק ומנת השבעים היא מעלה אחת ואחד וחמשים חלק נמצא בין שתי המנות עשרה חלקים ולפי חשבון המעלות יהיה לכל מעלה חלק אחד ויהיה מנת המסלול שהוא חמש וששים מעלה אחת ושש וארבעים חלקים.

ח וכן אילו היה המסלול שבע וששים היתה מנתו מעלה אחת ושמנה וארבעים חלקים ועל דרך זו תעשה בכל מסלול שיהיה במניינו אחדים עם העשרות בין בחשבון השמש בין בחשבונות הירח.

ט כיצד הרי שרצינו לידע מקום השמש האמתי בתחלת ליל השבת ארבע עשר יום לחדש תמוז משנה זו תוציא אמצע השמש תחלה לעת הזאת ומימנו קה׳ לז׳ כה׳ כמו שבארנו ותוציא מקום גובה השמש לעת הזאת יצא לך סימנו פו׳ מה׳ כג׳ ותגרע מקום הגובה מן האמצעי יצא לך המסלול שמנה עשר מעלות ושנים וחמשים חלקים ושתי שניות סימנם יח׳ נב׳ שנים ואל תקפיד בכל מסלול על החלקים אלא אם יהיו פחות משלשים אל תפנה אליהם ואם היו שלשים או יותר תחשב מעלה אחת ותוסיף אותה על מנין מעלות המסלול לפיכך יהיה מסלול זה תשע עשרה מעלות ותהיה מנתו על הדרך שבארנו שמנה ושלשים חלקים.

י ולפי שהמסלול הזה היה פחות ממאה ושמנים תגרע המנה שהיא שמנה ושלשים חלקים מאמצע השמש ישאר מאה וארבע מעלות ותשעה וחמשים חלקים וחמש ועשרים שניות סימנם קד׳ נט׳ כה׳ ונמצא

& unam & quadraginta partes, quæ eadem trecentorum etiam est portio graduum. Eadem est ratio in reliquis numeris tenenda.

§. VII. Jam si via illa propria quinque & sexaginta sit graduum, quoniam portio sexaginta graduum gradus est unus, & una & quadraginta partes: septuaginta vero graduum portio est gradus unus & una & quinquaginta partes: tum illæ portiones duæ differunt inter se partibus decem, consequens est, ut unusquisque gradus pro rata portione partem unam habeat: ex quo id efficitur, portionem propriæ viæ ejus, quæ gradus obtinet quinque & sexaginta, esse gradum unum, & partes sex & quadraginta.

§. VIII. Ergo illius, quæ gradus obtineat septem & sexaginta, propriæ viæ portio erit gradus unus, & partes octo & quadraginta. Atque idem erit modus servandus in omni ejusmodi via, cum graduum decadibus unitates erunt adjuncti, cum in solis, tum in ratione lunæ.

§. IX. Harum rerum exemplum ejusmodi ponatur. Si quis solis investiget cursum verum qualis esset primo nostro ratiocinii hujus anno, prima nocte sabbathica, quæ erat quarta decima mensis Tamuz, prius idem quærat qualis esset tum cursus solis medius, quem cum, sicut ostendimus, compererit centum & quinque graduum fuisse, partiumque septem & triginta, ac quinque & viginti secundarum, solis etiam quærat altitudinem: nempe reperietur ea fuisse sex & octoginta graduum, partium quinque & quadraginta, & secundarum trium & viginti: tum subducat hanc altitudinem ex solis cursu medio, relinquetur via duodeviginti graduum, partium duarum & quinquaginta, & duarum etiam secundarum: character est 18. 52. 2. Verum in omni hujusmodi via nunquam partium habetur ratio, cum sint pauciores quam triginta: & triginta si colligantur, vel plures, pro gradu uno putantur, isque cæteris viæ gradibus additur: qua ratione via hæc erit graduum undeviginti: unde fit, ut illius sit portio sic, ut diximus, partes duodequadraginta.

§. X. Atque hæc via cum sit minor gradibus centum & octoginta, nimirum oportet partes duodequadraginta portionem ejus ex solis medio cursu detrahi. Itaque ex eodem relinquentur gradus centum & quatuor, undesexaginta partes, & secundæ viginti quinque: character est 104. 59. 25. Ergo prima illa nocte

מקום השמש האמיתי בתחלת ליל זה במזל סרטן בחמש עשרה מעלות בו פחות ל״ה שניות ואל תפנה אל השניות כלל לא במקום השמש ולא במקום הירח ולא בשאר חשבונות הראיה אלא חקור על החלקים בלבד ואם יהיו השניות קרוב לשלשים עשה אותם חלק אחר והוסיפו על החלקים.

יא ומאחר שתדע מקום השמש בכל עת שתרצה תדע יום התקופה האמתי כל תקופה שתרצה בין תקופות הבאות אחר עיקר זה שממנו התחלנו בין תקופות שעברו משנים קדמוניות.

פרק ארבעה עשר

א הירח שני מהלכים אמצעיים יש לו הירח עצמו מסבב בגלגל קטן שאינו מקיף את העולם כולו ומהלכו האמצעי באותו הגלגל הקטן נקרא אמצעי המסלול והגלגל הקטן עצמו מסבב בגלגל גדול המקיף את העולם ובמהלך אמצעי זה של גלגל הקטן באותו הגלגל הגדול המקיף את העולם הוא הנקרא אמצע הירח ביום אחד שלש עשרה מעלות ועשרה חלקים וחמש ושלשים שניות סימנם י״ג יל״ה.

ב נמצא מהלכו בעשרה ימים מאה ואחת ושלשים מעלות וחמשה וארבעים חלקים וחמשים שניות סימנם קל״א מ״ה נ ונמצא שארית מהלכו במאה יום מאתים ושבע שלשים מעלות ושמנה ושלשים חלקים ושלש ועשרים שניות סימנם רל״ז ל״ח כ״ג ונמצא שארית מהלכו אלף יום מאתים ושש עשרה מעלות ושלשה ועשרים חלקים וחמשים שניות סימנם רי״ו כ״ג נ ונמצא שארית מהלכו בעשרת אלפים יום שלש מעלות ושמנה וחמשים חלקים ועשרים שניות סימנם ג׳ נ״ג ח״כ ונמצא שארית מהלכו בתשעה ועשרים יום שתים ועשרים מעלות וששה חלקים ושש וחמשים שניות סימנם כ״ב ו׳ נ״ו ונמצא שארית מהלכו בשנת סדורה שלש מאות וארבעה וארבעים מעלות וששה ועשרים

nocte Sabbathica verus solis cursus e Cancro confecerat gradus quindecim, quinque & triginta secundis minus: sed & in exquirendo solis & lunæ cursu vero, & in reliquis calculis ad eorum cognitionem ducentibus habenda ratio est non secundarum, sed partium: nisi secundas fere triginta colligas, quæ pro parte una sunt ducendæ, atque in earum ponendæ numero.

§. XI. Solis igitur cum liceat cursum verum cognoscere qualis sit quolibet tempore, facile est quorumcunque anni cardinum investigare horam ipsam sive subsequentium stirpem hanc, ex qua nos exordium hujus ratiocinii duximus, sive multis annis antecedentium.

CAPUT XIV.

§. I. Luna medios cursus definit duos. Nam ipsa exiguo in orbe convertitur, qui quidem orbis non globum terrenum complexu suo coercet & continet omnem, ejusque in eo orbe cursus medius, viæ cursus medius esse dicitur: exiguus enim hic orbis & ipse movetur etiam in orbe majore, qui terram complectitur totam. Atque hujus orbis exigui majore illum circulum conficientis motio media ea est, quam lunæ medium cursum vocitent. Hic igitur lunæ cursus medius singulis diebus conficit gradus decem & tres, atque decem partes, & secundas quinque & triginta: character est 13. 10. 35.

§. II. Igitur diebus decem conficit centum atque unum & triginta gradus, partes quinque & quadraginta, quinquaginta secundas: character est 131. 45. 50. Ita diebus centum id spatii conficit, ut ex eo si subducantur, quoad ejus fieri possit, gradus trecenti & sexaginta, restent septem gradus, & triginta, & ducenti, partes duodequadraginta, tres & viginti secundæ: character est 237. 38. 23. Quod igitur spatium conficit mille dierum, ex eo si similis fiat detractio, remanebunt gradus quidem ducenti decem & sex; partes vero tres supra viginti, & secundæ quinquaginta: character est 216. 23. 50. Itaque si fiat detractio hæc eadem ex spatio decem millibus dierum confecto, supererunt gradus tres, (*a*) tres & quinquaginta partes, secundæ viginti: character est 3. 53. 20. Jam si fiat detractio eadem ex spatio, quod novem & viginti diebus conficit, superabunt duo & viginti gradus, partes sex, & quinquaginta sex secundæ: character est 22. 6. 56. Et quod anno illo ordinato conficit

חלקים ושלש וארבעים שניות סימן להם שמ״ו כ״ו מ״ג ועל דרך זו תכפול לכל מניין ימים או שנים שתרצה.

ג ומהלך אמצע המסלול ביום אחד שלש עשרה מעלות ושלשה חלקים וארבע וחמשים שניות סימנם י״ג נג״ד נמצא מהלכו בעשרה ימים מאה ושלשים מעלות תשעה ושלשים חלקים בלא שניות סימנם ק״ל ל״ט ונמצא שארית מהלכו במאה יום מאתים ושש ועשרים מעלות ותשעה ועשרים חלקים ושלש וחמשים שניות סימנם רכ״ו כ״ט נ״ג ונמצא שארית מהלכו באלף יום מאה וארבע מעלות ושמנה וחמשים חלקים וחמשים שניות סימנם ק״ד נח״נ ונמצא שארית מהלכו בעשרת אלפים יום שלש מאות ותשע ועשרים מעלות ושמנה וארבעים חלקים ועשרים שניות סימנם שכ״ט מח״כ ונמצא שארית מהלכו בתשעה ועשרים יום שמנה ועשרה מעלות ושלשה וחמשים חלקים וארבע שניות סימנם י״ח נג״ד.

ד ונמצא שארית מהלכו בשנה סדורה שלש מאות וחמש מעלות ושלש עשרה שניות בלא חלקים סימנם ש״ה י״ג מקום אמצע הירח היה בתחלת ליל חמישי שהוא העיקרה לחשבונות אלו במזל שור מעלה אחת וארבעה עשר חלקים מ״ג שניות סימנם אחד י״ד מ״ג ואמצע המסלול היה בעיקר זה ארבע ושמנים מעלות ושמנה ועשרים חלקים ושתים וארבעים שניות סימנם פ״ד כ״ח מ״ב מאחר שתדע מהלך אמצע הירח והאמצע שהוא העיקר שעליו תוסיף תדע מקום אמצע הירח בכל יום שתרצה על דרך שעשית באמצע השמש ואחר שתוציא אמצע הירח לתחלת הלילה שתרצה התבונן בשמש ודע באי זה מזל הוא.

ה אם היתה השמש מחצי מזל דגים עד חצי מזל טלה תניח אמצע הירח

ficit spatium, ejus, cum fuerit facta detractio, reliquæ erunt gradus trecenti ac quatuor & quadraginta, partes sex & viginti, secundæ tres & quadraginta: character est 344. 26. 43. Similis est reliquorum numerorum ratio.

§. III. Jam viæ cursus medius uno die conficit decem & tres gradus, atque tres partes, ac secundas quatuor & quinquaginta: character est 13. 3. 54. decem vero diebus centum & triginta gradus, partes undequadraginta, secundis omnino nullis adjunctis: character est 130. 39. diebus igitur centum id spatium percurrit, ex quo si subducuntur, quoad fieri possit, gradus trecenti & sexaginta, supererunt ducenti & sex supra viginti gradus, partes novem & viginti, tres & quinquaginta secundæ: character est 226. 29. 53. Idem si fiat in spatio per mille dierum confecto, superabunt gradus centum & quatuor, octo & quinquaginta partes, & secundæ quinquaginta: character est 104. 58. 50. similiter si fiat in spatio decem millibus dierum confecto, gradus trecenti & viginti novem, partes duodequinquaginta, secundæ viginti erunt reliquæ: character est 329. 48. 20. Idemque si fiat in spatio per viginti novem dies confecto, remanebunt gradus duodeviginti, partes tres & quinquaginta, secundæ quatuor: character est 18. 53. 4.

§. IV. Quod si similiter facias in spatio, quod idem cursus anno conficit ordinato, reliqui gradus trecenti quinque erunt, decem & tres secundæ, nullis adjunctis partibus: character est 305. 13. Atque ineunte quinta hebdomadæ nocte illa, quod secundum nos quidem harum rationum caput est, lunæ cursus medius perlustraverat gradum unum, partes decem & quatuor, atque secundas quadraginta tres e Tauro; character est 1. 14. 43. Eadem horæ viæ cursus medius gradus lustraverat quatuor & octoginta, duodetriginta partes, & quadraginta duas secundas: character est 84. 28. 42. Ut autem medium lunæ cursum cognoveris, & noveris is qualis fuerit id temporis, a quo ratiocinii ducitur exordium, cui cursum medium postea confectum oportet addi, sane quovis die lunæ cursus medius qui sit, scire licet eadem ratione ac via, qua solis ipsius. Ac cum pervestigaris ac cognoveris qui sit lunæ cursus medius prima nocte, tum etiam animum advertas ad solem, ut in quo sit signo teneas.

§. V. Nam ex quo sol discedit a mediis Piscibus, usque dum ad medium Arie-

כמורת שהוא ואם תהיה השמש מחצי טלה עד תחלת מזל תאומים תוסיף על אמצע הירח חמשה עשר חלקים ואם תהיה השמש מתחלת מזל תאומים עד תחלת מזל אריה תוסיף על אמצע הירח חמשה עשר חלקים ואם תהיה השמש מתחלת מזל אריה עד חצי מזל בתולה תוסיף על אמצע הירח חמשה עשר חלקים ואם תהיה השמש מחצי מזל בתולה עד חצי מאזנים הנח אמצע הירח כמורת שהוא ואם תהיה השמש מחצי מאזנים עד תחלת מזל קשת תגרע מאמצע הירח חמשה עשר חלקים ואם תהיה השמש מתחלת מזל קשת עד תחלת מזל דלי תגרע מאמצע הירח שלשים חלקים ואם תהיה השמש מתחלת מזל דלי עד חצי דגים תגרע מאמצע הירח חמשה עשר חלקים.

ו ומה שיהיה האמצע אחר שתוסיף עליו או תגרע ממנו או תניח אותו כמורת שהוא הוא אמצע הירח לאחר שקיעת החמה בכמו שליש שעה באותו הזמן שתוציא האמצע לו וזה הוא הנקרא אמצע הירח לשעת הראייה.

Arietem pervenerit, lunæ curſum medium ſic, ut eſt, reliqueris: dum autem ab Ariete medio commearit ad ingreſſionem Geminorum, addendæ ſunt ad lunæ curſum medium quindecim partes: dum ab introitu Geminorum ad Leonis commearit introitum idem addes: dum ab introitu Leonis ad mediam Virginem feratur, addes tantundem: dum a media Virgine ad dimidiam Libram volvitur, rurſus lunæ curſum medium relinques ita, ut eſt; dum vero a dimidia Libra ad Sagittarii volvitur introitum, oportet ex lunæ curſu medio quindecim partes eximi; dum ab Sagittarii fertur introitu ad ingreſſionem Aquarii, oportet medio e lunæ curſu partes eximi triginta: & dum ab ingreſſione Aquarii ad dimidios Piſces fertur, oportet quindecim eximi partes e lunæ curſu medio.

§. VI. Poſtquam autem lunæ curſum medium ita vel auxeris, vel minueris, vel in ſuo ſtatu conſervaris, eum habueris ut eſt eo die, in quem inquiris, tertia fere horæ parte poſt ſolis obitum. *Hinc* illum dicunt eſſe curſum lunæ medium ad horam contemplandæ lunæ.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMQUARTUM.

(a) *Tres & quinquaginta*. Omnes editiones habent octo & quinquaginta: ſed numerus conveniens eſt *tres*.

פרק חמשה עשר

א אם תרצה לידע מקום הירח האמתי בכל יום שתרצה תוציא תחלה אמצע הירח לשעת הראייה לאותו הלילה שתרצה וכן תוציא אמצע המסלול ואמצע השמש לאותה העת ותגרע אמצע השמש מאמצע הירח והנשאר תכפול אותו וזהו הנקרא מרחק הכפול.

ב וכבר הודענו שלא באנו בכל אלו החשבונות שעשינו בפרקים אלו אלא לדעת ראיית הירח ולעולם אי אפשר שיהיה מרחק זה הכפול בליל הראיה שיראה בה הירח אלא מחמש מעלות עד שתים וששים מעלות ואי אפשר שיוסיף על זה ולא יגרע ממנו.

ג והואיל והדבר כן התבונן במרחק זה הכפול אם יהיה המרחק הכפול חמש מעלות או קרוב לחמש אין חוששין

CAPUT XV.

§. I. Si quis igitur quo libuerit die lunæ curſum verum ſcire expetit qui ſit, primum quærat eodem illo die ſub horam contemplandæ lunæ qualis ejuſdem ſit curſus medius; item & qualis ſit viæ curſus medius: tum etiam ſolis curſus medius quis ſit id temporis: poſtea ſolis curſum medium e medio lunæ curſu ſubducat, & quod ſuperaverit, duplicet. Atque id a duplicando *diſtantia duplicata* nominatur.

§. II. Quas vero rationes capitibus iſtis complector, his ego, ſicut jam demonſtravi, nihil aliud effici volo, niſi ut lunæ ratio explorate cognoſcatur. Hæc igitur *duplicata diſtantia* nunquam fieri poteſt, ut qua nocte luna ſe aperiat, atque oculis percipi poſſit, aut graduum ſit pauciorum quinque, aut plurium, quam duorum & ſexaginta.

§. III. Quæ cum ita ſint, animum adverteris ad duplicatam hanc diſtantiam. Nam ſi graduum eſt omnino quinque, aut aliquanto major, nihil prorſus addi neceſſe eſt: verum ut gra-

לתוספת ולא תוסף כלום ואם יהיה המרחק הכפול משש מעלות עד אחת עשרה מעלות תוסיף על אמצע המסלול מעלה אחת ואם יהיה מרחק הכפול משתים עשרה מעלות עד שמנה עשרה מעלות תוסיף על אמצע המסלול שתי מעלות ואם יהיה המרחק הכפול מתשע עשרה מעלות עד ארבע ועשרים מעלות תוסיף על אמצע המסלול שלש מעלות ואם יהיה המרחק הכפול מחמש ועשרים מעלות עד אחת ושלשים מעלות תוסיף על אמצע המסלול ארבע מעלות ואם יהיה המרחק הכפול מתשע ושלשים מעלות עד חמש וארבעים מעלות תוסיף על אמצע המסלול שש מעלות ואם יהיה המרחק הכפול משש וארבעים מעלות עד אחת וחמשים מעלות תוסיף על אמצע המסלול שבע מעלות ואם יהיה המרחק הכפול משנים וחמשים מעלות עד תשעה וחמשים מעלות תוסיף על אמצע המסלול שמנה מעלות ואם יהיה המרחק הכפול מששים מעלות עד שלשה וששים מעלות תוסיף על אמצע המסלול תשע מעלות ומה שיהיה אמצע המסלול אחר שתוסיף עליו מעלות אלו הוא הנקרא מסלול הנכון.

ד ואחר כך תראה כמה מעלות הוא המסלול הנכון אם היה פחות ממאה ושמנים מעלות תגרע מנת המסלול הזה הנכון מאמצע הירח לשעת הראייה ואם היה המסלול הנכון יתר על מאה ושמנים מעלות עד שלש מאות וששים תוסיף מנת זה המסלול הנכון על אמצע הירח לשעת הראייה ומה שיהיה האמצע אחר שתוסיף עליו או תגרע ממנו הוא מקום הירח האמתי לשעת הראייה.

ה ודע שאם יהיה המסלול הנכון מאה ושמנים בשוה או שלש מאות וששים בשוה אין לו מנה אלא אם יהיה מקום הירח האמצעי לשעת הראייה הוא מקום האמתי.

ו וכמה הוא מנת המסלול אם יהיה המסלול הנכון עשר מעלות תהיה מנתו חמשים חלקים ואם יהיה המסלול הנכון עשרים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ושמנה ושלשים חלקים ואם

dus obtinet sex, quoad compleat undecim, ad medium illum viæ cursum adjungi gradum unum opus est: ut enim gradus obtinet duodecim, quoad compleat duodeviginti, ad medium illum viæ cursum binos oportet addi gradus: ut est graduum undeviginti, quoad compleat quatuor & viginti, ad ejusdem viæ cursum medium additos oportet gradus tres; ut est viginti quinque graduum, quoad compleat unum & triginta, ad eundem viæ cursum medium gradus addentur quatuor: ut est duorum & triginta, quoad compleat duodequadraginta, ad eundem viæ cursum medium oportet addi gradus quinque: ut est undequadraginta, quoad compleat quinque & quadraginta, ad ejusdem viæ cursum medium sex oportet addi gradus: ut est graduum sex & quadraginta, quoad compleat unum & quinquaginta, ad viæ cursum medium septem oportet addi gradus: ut est duorum & quinquaginta, quoad compleat undesexaginta, ad viæ cursum medium gradus oportet addantur octo: ut est sexagenorum, quoad tres & sexaginta compleat, ad viæ cursum medium gradus novem addantur, necesse est. Atque hisce gradibus cum est amplificatus viæ cursus medius, tum *concinna via* dicitur.

§. IV. Tum vero videndum est, via illa concinna quem graduum numerum contineat: etenim ea cum habeat pauciores, quam centum & octoginta gradus, ejus quidem portio de lunæ cursu medio, ut est sub horam contemplandæ lunæ, subducenda est: Contra si hos magnitudine superet, quoad compleat gradus trecentos & sexaginta, portio ejus est addenda medium ad lunæ cursum, eum, qui est sub horam contemplandæ lunæ: Quo vel addito, vel detracto lunæ medio cursui, cursus existet lunæ verus, is qui erit sub horam contemplandæ lunæ.

§. V. Atenim via concinna cum aut centum & octoginta, aut trecentorum & sexaginta ipsorum sit graduum, tum quidem ejus portio nulla est; sed sub horam contemplandæ lunæ (*a*) ut cursus medius, ita lunæ cursus verus sese habet.

§. VI. Sed hæc concinna via quam portionem habet tandem? Nimirum si graduum est denum, pro portione quinquaginta partes habet: si graduum est viginti, portio ejus est gradus unus, & duodequadraginta partes: si graduum est triginta, portio ejus est gradus duo, & quatuor atque viginti partes: si graduum

יהיה שלשים תהיה מנתו שתי מעלות וארבעה ועשרים חלקים ואם יהיה ארבעים תהיה מנתו שלש מעלות וששה חלקים ואם יהיה חמשים תהיה מנתו שלש מעלות וארבעה וארבעים חלקים ואם יהיה ששים תהיה מנתו ארבע מעלות וששה עשר חלקים ואם יהיה שבעים תהיה מנתו ארבע מעלות ואחד וארבעים חלקים ואם יהיה שמנים תהיה מנתו חמש מעלות ואם יהיה תשעים תהיה מנתו חמש מעלות וחמשה חלקים ואם יהיה מאה תהיה מנתו חמש מעלות ושמנה חלקים ואם יהיה מאה ועשר תהיה מנתו ארבע מעלות וחמשים ותשעה חלקים ואם יהיה מאה ועשרים תהיה מנתו ארבע מעלות וארבעים חלקים ואם יהיה מאה ושלשים תהיה מנתו ארבע מעלות ואחד עשר חלקים ואם יהיה מאה וחמשים תהיה מנתו שלש מעלות ושמנה וארבעים חלקים ואם יהיה מאה וששים תהיה מנתו מעלה אחת וששה וחמשים חלקים ואם יהיה מאה ושבעים תהיה מנתו מעלה אחת תשעה וחמשים חלקים ואם יהיה מאה ושמנים בשוה אין לו מנה כמו שאמרנו אלא במקום הירח האמצעי הוא מקום האמתי.

ז ואם יהיה המסלול הנכון יתר על מאה ושמנים מעלות תגרע אותו משלש מאות וששים ותדע מנתו כדרך שעשיתה במסלול השמש וכן אם יהיו במניין המסלול אחדים עם העשרות תקח מן היתר שבין שתי המנות האחרים כדרך שבארנו במסלול השמש במנות שלו כך תעשה במסלול הנכון במנות שלו.

ח כיצד הרי שרצינו לידע מקום הירח האמתי בתחלת ליל ערב שבת שיומו שני לחדש אייר משנה זו שהיא שנת העיקר ומניין הימים הגמורים מתחלת ליל העיקר עד תחלת ליל זה שאנו רוצים לידע מקום הירח האמתי בו תשעה ועשרים יום תוציא אמצע השמש תחלת ליל זה יצא לך אמצעו חמש ושלשים מעלות ושמונה ושלשים חלקים ושלש ושלשים שניות סימנם לה̇ לח̇ לג̇ ותוציא אמצע

duum est quadraginta, portio ejus gradus erunt tres, & partes sex: si graduum est quinquaginta, portio ejus tres erunt gradus, & partes quadraginta quatuor: si sexaginta sit graduum, portio sit gradus quatuor, & partes decem & sex: si sit septuaginta graduum, erit portio gradus quatuor, atque partes una & quadraginta: si sit octoginta graduum, portio erit quinque gradus: si nonaginta sit graduum, portio erit quinque gradus, & totidem partes: si centum est graduum, portio sunt quinque gradus, & partes octo: si graduum est centum & decem, portio sunt gradus quatuor, & partes undesexaginta: si centum & viginti sit graduum, (*b*) portio erit gradus quatuor, & quadraginta partes: si centum & triginta graduum est, portio sit gradus quatuor, & partes undecim: si graduum est centum & quadraginta, portio est tres gradus, & partes tres supra triginta: si centum & quinquaginta graduum est, (*c*) portio erit gradus duo, & partes duodequinquaginta: si centum & sexaginta sit graduum, portio gradus unus erit, & partes sex & quinquaginta: si centum & septuaginta sit graduum, (*d*) erit portio quasi gradus unus, partes videlicet undesexaginta: si sit centum & octoginta stricte graduum, portio erit, ut ante dixi, nulla: sed verus lunæ cursus idem erit, qui medius.

§. VII. Jam si via concinna spatio centum & octoginta graduum sit major, tum illam de gradibus trecentis & sexaginta detraxeris, & ejus portionem noveris quæ sit, item, ut in via solis. Atque eadem illa via concinna si graduum decadibus adjunctas habeat unitates, unitatum portiones colligentur ex eo, quod duas inter decadum portiones intersit, discrimine. Namque portionum ratio in via concinna est eadem, quæ in via solis.

§. VIII. Quærat igitur aliquis cursum lunæ verum qui esset ineunte nocte sexta hebdomadæ, mensis Ijar secunda, præsente hoc anno, qui hujus ratiocinii caput est: omnino ab ineunte hujus ratiocinii nocte principe ad ejus, in quam lunæ motus verus exquiritur, noctis initium, ipsi dies sunt novem supra viginti: primum igitur cursus medius solis investigetur, quis tum esset: prodibit enim quinque & triginta graduum, partium duodequadraginta, atque trium & triginta secundarum: character est 35. 38. 33. Deinde vero sub horam contemplandæ lunæ quis id temporis esset lunæ cursus medius? is autem

הירח לשעת הראיה לעת זו יצא לך אמצעו שלש וחמשים מעלות וששה ושלשים חלקים ותשע ושלשים שניות סימנם נ״ג ל״ו ל״ט ותוציא אמצע המסלול לעת זו יצא לך אמצעו מאה ושלש מעלות ואחד ועשרים חלקים ושש וארבעים שניות סימנם ק״ג כ״א מ״ו תגרע אמצע השמש מאמצע הירח ישאר שבע עשרה מעלות ושמנה וחמשים חלקים ושש שניות והרי הוא המרחק תכפול אותו יצא לך המרחק הכפול חמש ושלשים מעלות ושש וחמשים חלקים ושתים עשרה שניות, סימנם ל״ה נ״ו י״ב לפיכך תוסיף על אמצע המסלול חמש מעלות כמו שהודענו ויצא לך המסלול הנכון מאה ושמנים מעלות ואחד ועשרים חלקים ואין מפקידין על החלקים במסלול כדרך שבארנו בשמש.

ט ובאנו לחקור על מנת זה המסלול הנכון שהוא מאה ושמנה נמצאת מנה שלו חמש מעלות וחלק אחד ולפי שהמסלול הנכון הירח פחות ממאה ושמנים תגרע המנה שהוא חמש מעלות וחלק אחד מן אמצע הירח ישאר שמנה וארבעים מעלות וחמשה ושלשים חלקים ותשע ושלשים שניות תעשה השניה חלק ותוסיף על החלקים ונמצא מקום הירח האמתי בשעה זו במזל שור בשמנה עשר מעלות וששה ושלשים חלקים ממעלת תשע עשרה סימנם י״ח ל״ו ועל דרך הזה תדע מקום הירח האמתי בכל עת ראיה שתרצה מתחלת שנה זו שהיא העיקר עד סוף העולם.

tem erat tunc ipsum graduum trium & quinquaginta, partium sex & triginta, & secundarum undequadraginta: character est 53. 36. 39. Tum etiam viæ cursus medius qualis esset? scilicet ille tunc erat centum & trium graduum, unius & viginti partium, & secundarum sex & quadraginta: quorum character est 103. 21. 46. Postea solis cursum medium de medio lunæ cursu detrahat: ita reliqui fient decem & septem gradus, duodesexaginta partes, & secundæ sex: quod spatium cum duplicaverit, habebit scilicet distantiam duplicatam triginta quinque graduum, sex & quinquaginta partium, & secundarum duodecim: quorum character est 35. 56. 12. Igitur ad viæ cursum medium, adjungenda est, ut exposui, portio quinque graduum; unde prodibit (e) via concinna centum & octo graduum, atque unius & viginti partium: partes autem in hujusmodi via, quemadmodum in explicando motu solis docuimus, nihil omnino curantur.

§. IX. Postremo, quærendum est de portione viæ concinnæ, quæ cum esset centum & octo graduum, portio ejus sit quinque gradus, & una pars: Quoniam vero via concinna pauciorum erat, quam centum & octoginta graduum, quinque gradus, & partem unam portionem ejus oportet de medio cursu lunæ detrahi: Itaque supererunt in eo cursu gradus duodequinquaginta, partes triginta quinque, & secundæ undequadraginta, quod pro parte perfecta habendum, & reliquis partibus annumerandum erit. Ergo cursus lunæ verus ad horam illam lustraverat e signo Tauri gradus duodeviginti, & triginta sex ex undevigesimo gradu partes: character est 18. 36. Eadem ratione sub quamlibet horam contemplandæ lunæ quis sit cursus lunæ verus investigaveris, atque id usque ab ineunte præsente anno, qui est nostri ratiocinii princeps ad infinitum tempus.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMQUINTUM.

(a) *Ut cursus medius*. In editione superiori extat אלא אם יהיה מקום: in posteriori autem editione correcte legitur אלא יהיה מקום.

(b) *Portio erit gradus quatuor, & quadraginta partes*. Hæc est lectio editionis superioris, & ea veritati consentanea: nam in editione recentiori mendose legitur, *& viginti partes*.

(c) *Portio erit gradus duo*. In omnibus editionibus, quas mihi videre contigit, legitur hic *gradus tres*; sed mendose: nam æquabilis, constans, & rata portionum ratio postulat *gradus duo*.

(d) *Erit portio quasi gradus unus, &c.* Hic enunciatio nostri scriptoris est sic satis ambigua: docet autem ratio portionum nullum gradum integrum; sed omnino partes undesexaginta tum ei pro rata portione fore.

(e) *Via concinna centum & octo graduum*. In superiori editione mendose hic legitur *centum & octoginta*: in inferiori vero editione legitur emendate *centum & octo*: quanquam & in illa ipsa editione superiori mendum hoc corrigitur initio articuli sequentis.

פרק ששה עשר

א העגולה שסובבת בה הירח תמיד היא נוטה מעל העגלה שסובבת בה השמש תמיד חציה נוטה לצפון וחציה נוטה לדרום ושתי נקודות יש בה זו כנגד זו שבהן פוגעות שתי העגולות בזו לפיכך כשיהיה הירח באחת משתיהן נמצא סובב בעגולה של שמש כנגד השמש בשוה ואם יצא הירח מאחת משתי הנקודות נמצא מהלך לצפון השמש או לדרומה הנקודה שממנה יתחיל הירח לנטות לצפון השמש היא הנקראת ראש והנקודה שממנה יתחיל הירח לנטות לדרום השמש היא הנקראת זנב ומהלך שוה יש לזה הראש שאין בו לא תוספת ולא גרעון והוא הולך במזלות אחרונות מטלה לדגים ומדגים לדלי וכן הוא סובב תמיד.

ב מהלך הראש האמצעי ביום אחד שלשה חלקים ואחד עשר שניות נמצא מהלכו בעשר ימים אחד ושלשים חלקים ושבע וארבעים שניות ונמצא מהלכו במאה יום חמש מעלות ושבעה עשר חלקים ושלש וארבעים שניות סימנם ה״ז מ״ג ונמצא מהלכו באלף יום שתים וחמשים מעלות ושבעה וחמשים חלקים ועשר שניות סימנם נ״ב נ״ז ונמצא שארית מהלכו בעשרת אלפים יום מאה ותשע וששים מעלות ואחד ושלשים חלקים וארבעים שניות סימנם קט״ס לא״מ ונמצא מהלכו לתשעה ועשרים יום מעלה אחת ושנים ושלשים חלקים ותשע שניות וסימנם אחד לב״ט ונמצא מהלכו לשנה סדורה שמנה עשרה מעלות וארבעה וארבעים חלקים ושתים וארבעים שניות סימנם י״ח מ״ד מ״ב ואמצע הראש בתחלת ליל חמישי שהוא העיקר היה מאה ושמנים מעלות ושבעה וחמשים חלקים ושמנה ועשרים שניות וסימנם ק״פ נ״ז כ״ח.

ג אם תרצה לידע מקום הראש בכל עת שתרצה תוציא אמצעם לאותו העת

CAPUT XVI.

§. I. Quem orbem cursus lunæ sempiternus conficit, is ab eo, quem sol perpetuo lustrat, sic est inflexus, ut ejus dimidia pars altera in septentrionem, altera vergat in meridiem. Sed in eo puncta sunt duo, alterum alterius e regione, ubi hi circuli duo sese contingant. Atque luna in horum uno cum existit, in solis orbe convertitur, atque adeo ipsi soli exadversum est: verum ab alterutro cum discedit, vel in septentrionem fertur, vel in meridiem. Punctum autem, unde luna cursum suum inflectere cœpit ad septentriones, id nominatur *Caput*, & id, ex quo ad meridiem declinat, *Caudam* nuncupant. Ac punctum illud *Caput* quod dicitur, motum habet certum & æquabilem, nullaque fit unquam in ipsius motu neque accessio, neque decessio. Id signorum orbem conficit retro contrario motu, atque sol: nam ab Ariete ad Pisces, & ad Aquarium a Piscibus convertitur: similis est ejus deinceps conversio.

§. II. Hujus igitur *Capitis* cursus medius uno die conficit tres partes, & secundas undecim: diebus igitur decem unam & triginta partes, & secundas septem & quadraginta: diebus centum gradus quinque, partes decem & septem, atque secundas tres & quadraginta: character est 5. 17. 43. dierum vero mille, gradus duos & quinquaginta, partes quinquaginta septem, & secundas decem: character est 52. 57. 10. Unde fit, ut si ex eo, quod decem millibus dierum conficit, spatio subducas, quoad fieri possit, trecentos & sexaginta gradus, reliqui fiant gradus centum & sexaginta novem, una & triginta partes, & secundæ quadraginta: character est 169. 31. 40. Jam diebus novem & viginti conficit gradum unum, partes duas & triginta, & secundas novem: character est 1. 32. 9. & anno ordinato gradus duodeviginti, partes quatuor & quadraginta, secundas duas & quadraginta: character est 18. 44. 42. Idem hic *Capitis* cursus medius ineunte illa nocte quinta hebdomadæ, quæ stirps est hujus ratiocinii, graduum erat centum & octoginta, partium septem & quinquaginta, & secundarum duoderriginta: character est 180. 57. 28.

§. III. In quamcunque horam scire velis Caput id quem definiverit cursum verum, oportet in eandem horam ejusdem

כדרך שתוציא אמצע השמש ואמצע הירח ותגרע האמצע משלש מאות וששים מעלות והנשאר הוא מקום הראש באותו העת וכנגדו לעולם יהיה מקום הזנב.

ד כיצד הרי שרצינו לידע מקום הראש לתחלת ליל ערב שבת שיומו שני לחדש אייר משנה זו שהיא שנת העיקר ומניין הימים הגמורים מתחלת ליל העיקר עד תחלת ליל זו שאנו רוצים לידע מקום הראש בו תשעה ועשרים יום.

ה תוציא אמצע הראש לעת הזאת על הדרך שידעת והוא שתוסיף מהלכו לתשעה ועשרים יום על העיקר יצא לך אמצע הראש מאה ושתים ושמנים מעלות ותשעה ועשרים חלקים ושבע ושלשים שניות סימנם קפ״ב כ״ט ל״ז תגרע אמצע זה משלש מאות וששים ישאר לך מאת ושבע ושבעים מעלות ושלשים חלקים ושלש ועשרים שניות סימנם קע״ז ל׳ כ״ג וזה הוא מקום הראש ואל תפנה אל השניות מקום הראש במזל בתולה בשבע ועשרים מעלות ושלשים חלקים ומקום הזנב כנגדו במזל דגים בשבע ועשרים מעלות ושלשים חלקים.

ו לעולם יהיה בין הראש ובין הזנב חצי גלגל בשוה לפיכך כל מזל שתמצא בו מקום הראש יהיה הזנב במזל שביעי ממנו בכמו מנין המעלות והחלקים בשוה אם יהיה הראש בעשר מעלות במזל פלוני יהיה הזנב בעשר מעלות ממזל שביעי ממנו.

ז ומאחר שתדע מקום הראש ומקום הזנב ומקום הירח האמתי התבונן בשלשתן אם מצאת הירח עם הראש או עם הזנב במעלה אחת בחלק אחת תדע שאין הירח נוטה לא לצפון השמש ולא לדרומה ואם ראית מקום הירח לפני מקום הראש והוא הולך כנגד הזנב תדע שהירח נוטה לצפון השמש ואם היה הירח לפני מקום הזנב והרי הוא הולך כנגד הראש תדע שהירח נוטה לדרום השמש.

ח הנטיה שנוטה הירח לצפון השמש או לדרומה היא הנקראת רוחב הירח

dem curſum medium perveſtiges itidem, ut in ratione ſolis & lunæ: tum ut ejus curſum medium detrahas de gradibus trecentis & ſexaginta: Quod enim ſpatii reliquum erit, is erit ad horam illam curſus verus *Capitis*, cujus e regione *Cauda* ſemper erit.

§. IV. Si quis exempli cauſa quærat Capitis hujus quis eſſet curſus verus ineunte ſexta nocte hebdomadæ, quam conſequebatur dies menſis Ijar ſecundus eo anno, qui eſt hujus ratiocinii ſtirps: Omnino ab initio noctis ejus, quæ hujus ratiocinii princeps eſt, uſque ad primam illam noctem, qua de quæritur, dies ſunt viginti novem.

§. V. Capitis igitur hiſce diebus confectum curſum medium inveſtigabit eo, quo ſcit, modo: qui cum fuerit additus ei, quem idem Caput jam definierat ineunte illa hujus ratiocinii principe nocte, cognoſcet curſum medium Capitis eſſe duorum graduum, & octoginta, & centum, partium novem & viginti, & ſecundarum ſeptem & triginta: character eſt 182. 29. 37. Poſtea vero numerum hunc ſubducet e gradibus trecentis & ſexaginta. Itaque reliqui erunt ſeptem gradus & ſeptuaginta & centum, partes triginta, & ſecundæ tres & viginti: character eſt 177. 30. 23. Hic omnino Capitis erat tum curſus verus: verum ſecundarum nulla eſt ducenda ratio. Ex quo fit, ut id temporis Caput ſtatuatur e ſigno Virginis ſeptem & viginti gradus, & partes triginta confeciſſe, atque de Piſcibus e regione tantundem Cauda.

§. VI. Semper enim inter Caput & Caudam omnino dimidius interjectus eſt circulus: igitur ubi perveſtigaris ac cognoveris Caput in quo ſigno, quo ſigni gradu, quave parte ſit, intelliges Caudam in ſigni ab iſto ſeptimi eadem numero parte ineſſe; ut ſi Caput in gradu decimo certi cujuſdam ſigni ſitum eſt, erit Cauda item in gradu decimo ſigni ejus, quod eſt ab illo ſeptimum.

§. VII. Cognito Capitis, & Caudæ, lunæque curſu vero, ipſa inter ſe conferantur. Nam ſi luna gradum atque partem eandem obtineat, quam obtinet vel Caput, vel Cauda, luna neque ad ſeptentriones, nec ad meridiem curſum ſuum inflexit: ſin autem lunam cernas Caput antecedentem ſic, ut ad Caudam commeet, lunæ regio eſt aquilonaris: contra ſi Caudam antecedat ita, uti convertatur ad Caput, ejus eſt regio auſtralis.

§. VIII. Inflexio lunæ in auſtrum & aquilonem lunæ latitudo nominatur, aqui-

אם היה נוטה לצפון נקרא רוחב צפוני ואם היה נוטה לדרום נקרא רוחב דרומי ואם היה הירח באחת משתי הנקודות לא יהיה לו רוחב כמו שבארנו.

ט לעולם לא יהיה רוחב הירח על חמש מעלות בין בצפון בין בדרום אלא כך הוא דרכו יתחיל מן הראש ויתרחק מעט מעט והמרחק הולך ונוסף עד שיגיע לחמש מעלות ויחזור ויתקרב מעט מעט עד שלא יהיה לו רוחב כשיגיע לזנבו ויחזור ויתרחק מעט מעט והמרחק נוסף עד שיגיע לחמש מעלות ויחזור ויתקרב עד שלא יהיה לו רוחב.

י אם תרצה לידע רוחב הירח כמה הוא בכל עת שתרצה ואם צפוני הוא או דרומי תוציא מקום הראש ומקום הירח האמתי לאותה העת ותגרע מקום הראש ממקום הירח האמתי והנשאר הוא הנקרא מסלול הרוחב ואם יהיה מסלול הרוחב ממעלה אחת עד מאה ושמנים תדע שרוחב הירח צפוני ואם היה המסלול יתר על מאה ושמנים תדע שרוב הירח דרומי ואם היה מאה ושמנים בשוה או שלש מאות וששים בשוה אין לירח רוחב כלל ותחזור ותראה מנת מסלול הרוחב כמה היא והוא שיעור נטייתו לצפון או לדרום והוא הנקרא רוחב הירח הדרומי או הצפוני כמו שבארנו.

יא וכמה היא מנת מסלול הרוחב אם יהיה מסלול הרוחב עשר מעלות תהיה מנתו שנים וחמשים חלקים ואם יהיה המסלול הזה עשרים מעלות תהיה מנתו מעלה אחת ושלשה וארבעים חלקים ואם יהיה המסלול שלשים תהיה מנתו שתי מעלות ושלשים חלקים ואם יהיה המסלול ארבעים תהיה מנתו שלש מעלות ושלשה עשר חלקים ואם יהיה המסלול חמשים מעלות תהיה מנתו שלש מעלות וחמשים חלקים ואם יהיה המסלות ששים תהיה מנתו ארבעה מעלות ועשרים חלקים ואם יהיה המסלול שבעים תהיה מנתו ארבע מעלות ושנים וארבעים חלקים ואם יהיה המסלול שמנים תהיה מנתו ארבע מעלות וחמשה וחמשים חלקים ואם יהיה המסלול תשעים תהיה מנתו חמש מעלות.

יב ואם יהיו אחדים עם העשרות תקח הראוי להם לפי היתר שבין שתי

aquilonaris tum, cum regionem obtineat aquilonarem, & si conversa sit in austrum, australis. Itaque cum punctorum alterutro cum est conjuncta luna, latitudine, sicut exposui, omnino caret.

§. IX. Nunquam lunæ latitudo sive aquilonaris, sive australis procedit ultra gradus quinque: sed enim viam ita conficit, ut a Capite profecta paulatim a solis orbe recedat tamdiu, dum ab eo disjuncta sit quinque gradus: tum sensim ad eundem solis orbem accedit ita, ut Caudam cum attingat omnino latitudinem habeat nullam: rursumque ab eo pedetentim removetur ad eandem distantiam, tum ita denuo sensim appropinquat, uti tandem latitudine careat.

§. X. Quo tempore cunque scire quis expetit latitudo lunæ quanta sit, & quam ad partem inflexa, ad septentriones, an ad meridiem, is Capitis, & lunæ cursum verum pervestiget qualis sit eodem illo tempore: tum e vero lunæ cursu cursum verum Capitis detrahat. Nam quod reliquum erit, id *via lata* nominatur. Quæ quidem via lata ab uno gradu usque, dum compleat centum & octoginta gradus, luna ad septentriones: sin longior est, luna cursum suum inflexit ad meridiem. Quod si via lata aut centum & octoginta gradus ipsos compleat, aut ipsos trecentos & sexaginta, luna latitudinem prorsus habet nullam. Tum vero videndum etiam est, quantam via lata portionem habeat: tantundem enim luna inclinata est vel ad aquilonem, vel ad austrum, quæ, ut exposui, latitudo lunæ dicitur aquilonaris, aut australis.

§. XI. Jam de portione, si via lata graduum est decem, duæ & quinquaginta partes ejus est portio: si graduum est viginti, portio ejus est gradus unus, atque tres & quadraginta partes; si graduum est triginta, portio ejus est gradus duo, & partes triginta: si graduum est quadraginta, terni gradus, & partes decem & tres portio ejus est: si graduum est quinquaginta, portio ejus est tres gradus, & partes quinquaginta: si graduum est sexaginta, portio ejus est gradus quatuor, & viginti partes: si septuaginta graduum est, portio ejus est gradus quatuor, & partes duæ & quadraginta: si graduum est octoginta, gradus quatuor, & partes quinquaginta quinque portio ejus erit: si graduum est nonaginta, erit ejus portio gradus quinque.

§. XII. Quod si decadibus unitates etiam aliquot adjunctæ sunt, quid por-

המנות כמו שעשית במסלול השמש ובמסלול הירח כיצד הרי שהיה מסלול הרוחב שלש וחמשים מעלות וכבר ידעת שאלו היה המסלול חמשים היתה מנתו שלש מעלות וחמשים חלקים ואילו היה המסלול ששים היתה מנתו ארבע מעלות ועשרים חלקים נמצא היתר בין שתי המנות שלשים חלקים שלשה חלקים לכל מעלה ונמצא לפי חשבון מסלול זה שהוא שלש וחמשים שלש מעלות ותשעה וחמשים חלקים ועל דרך זו תעשה בכל מניך ומניך.

יג מאחר שתדע מנתו של מסלול הרוחב עד תשעים כמו שהודענוך תדע מנות שלכל מניינות המסלול שאם יהיה המסלול יתר על תשעים עד מאה ושמנים תגרע המסלול ממאה ושמנים והנשאר תדע בו המנה.

יד וזה הוא רוחב הירח בתחלת ליל זה והוא דרומי שהרי המסלול יתר על מאה ושמנים וכן אם היה המסלול יתר ממאה ושמנים עד מאתים ושבעים תגרע ממנו מאה ושמנים והנשאר תדע בו המנה.

טו ואם היה המסלול יותר על מאתים ושבעים עד שלש מאות וששים תגרע אותו משלש מאות וששים והנשאר תדע בו המנה.

יו כיצד הרי שהיה המסלול מאה וחמשים תגרע אותו ממאה ושמנים נשאר שלשים וכבר ידעת שמנת שלשים שתי מעלות ושלשים חלקים וכן תהיה מנת מאה וחמשים שתי מעלות ושלשים חלקים.

יז הרי שהיה המסלול מאתים תגרע ממנו מאה ושמנים ישאר עשרים וכבר ידעת שמנת עשרים היא מעלה אחת ושלשה וארבעים חלקים וכן תהית מנת מאתים תהיה מעלה אחת ושלשת וארבעים חלקים.

יח הרי שהיה המסלול שלש מאות תגרע אותו משלש מאות וששים נשאר

tionis his conveniat colliges ex eo scilicet additamento, quo duarum proximarum decadum portiones inter se differunt, ita; ut in solis & lunæ ratione demonstratum est. Sit igitur via lata trium & quinquaginta graduum, quoniam via lata cum sit graduum omnino quinquaginta, pro portione gradus habet tres, & partes quinquaginta, & eadem cum sexaginta sit graduum, gradus quatuor, & partes viginti, hæ duarum decadum portiones partibus inter se differunt triginta: unde cognoscitur cujusque gradus portionem esse partes ternas. Qua ratione fit, ut via lata cum sit trium & quinquaginta graduum, pro portione tres habeat gradus, & partes undesexaginta. Similis est reliquorum ratio numerorum.

§. XIII. Cum autem ad nonagesimum usque gradum, id quod docuimus, cognoris via lata quam habeat portionem, omnino omni magnitudine via lata quam portionem habeat noveris. Etenim via lata plurium, quam nonaginta cum sit graduum, quoad compleat centum & octoginta, tum illius magnitudinem oportet de gradibus centum & octoginta demi, & quod reliquum erit, quæ sit ejus portio declarabit (*a*).

§. XIV. Rursus si via lata procedit ultra centum & octoginta gradus, usque dum assequatur ducentos & septuaginta, oportet ex ejus magnitudine centum & octoginta detrahi gradus, & ex eo quod restiterit, cognoveris, quid portionis habeat.

§. XV. Quod si via lata ducentos & septuaginta gradus excedat, usque dum assequatur trecentos & sexaginta, ejus oportet magnitudinem eximi de trecentis & sexaginta gradibus, atque ex eo, quod supererit, quid portionis habeat, cognosci licebit.

§. XVI. Sit graduum, exempli gratia, via lata centum & quinquaginta, eos oportebit de gradibus centum & octoginta demi: restabunt igitur triginta gradus: quorum portio est, ut ante docuimus, duo gradus & partes triginta: eandem hanc portionem habent etiam gradus centum & quinquaginta.

§. XVII. Sit via lata graduum ducentorum, oportebit ex illis subduci centum & octoginta: remanebunt igitur viginti: quorum portionem uno gradu, partibusque quatuor & triginta a nobis ante definitam, ducenti gradus sibi quoque vendicant.

§. XVIII. Sit denique trecentorum via lata graduum, illos oportebit subduci de gradibus trecentis & sexaginta: reli-

ששים וכבר ידעת שמנת ששים ארבע מעלות ועשרים חלקים וכך היא מנת שלש מאות ארבע מעלות ועשרים חלקים ועל דרך זו בכל המניינות.

יט הרי שרצינו לידע רוחב הירח כמה הוא ובאיזו רוח הוא אם צפוני ואם דרומי בתחלת ליל ערב שבת שני לחדש אייר משנה זו וכבר ידעת שמקום הירח האמתי היה בליל זה בשמנה עשרה מעלות וארבעים חלקים ממזל שור סימני יח״ם ומקום הראש היה באותה העת בשבע ועשרים מעלות ושלשים חלקים ממזל בתולה סימנו כז״ל תגרע מקום הראש ממקום הירח יצא לך מסלול הרוחב מאתים אחת ושלשים מעלות ועשרה חלקים סימנו רל״א לפי שאין משגיחין על החלקים בכל המסלול ונמצאת המנה של המסלול זה בדרכים שבארנו בפרק זה שלש מעלות ושלשה וחמשים חלקים וזהו רוחב הירח בתחלת ליל זה והוא דרומי שהרי המסלול יתר על מאה ושמנים.

reliqui fient sexaginta: quorum portio gradibus quatuor, & viginti partibus a nobis est ante definita: quæ eadem & trecentorum est graduum portio. Atque eadem est omnium ratio numerorum.

§. XIX. Fac igitur scire quem velle lunæ quanta latitudo fuerit, & quam ad partem, septentriones, an ad meridiem ineunte illa nocte secunda mensis Ijar, quam consequeretur vigilia Sabbathi, præsenti scilicet hoc anno, qui stirps est hujus ratiocinii. Jam id quidem promptum & expositum est, ut tunc temporis cursus lunæ verus confecerit de Tauro duodeviginti gradus, (*b*) & partes sex & triginta: character est 18. 36. Caput autem illud quod vocatur, e Virgine gradus viginti septem, & partes triginta: character est 27. 30. Unde si cursus Capitis eximatur de cursu lunæ, ducentorum inveniatur via lata, atque unius & triginta graduum esse, (*c*) & partium sex: character est 231. 6. Sed enim in ejusmodi via nunquam ulla partium habetur ratio. Qua re fit, ut ex iis, quæ sunt a nobis in hoc capite dictatæ, viæ latæ portionibus, hujus quidem viæ latæ portio sit tres gradus, atque partes tres & quinquaginta: scilicet hæc erat prima illa nocte lunæ latitudo, & ea quidem australis, siquidem via lata centum & octoginta gradus excedebat.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMSEXTUM.

(a) Postrema capitis hujus verba quindecim, quorum vis est, *Scilicet, hæc erat prima illa nocte lunæ latitudo, & ea quidem australis, siquidem via lata centum & octoginta gradus excedebat*, hic in textu extant, atque ita extant, ut nullatenus cohæreant; nec ullam sententiam idoneam exprimant: ut pateat ab inscio librario esse hoc loco posita præpostere.

(b) *Et partes sex & triginta*. In editione superiori mendose legitur hic *partes quadraginta*, cum idem hoc correcte extet in extremo articulo capitis proximi superioris.

(c) *Et partium sex*. In editione superiori legitur, *Et partium decem*. Verum parvi refert: nam summonet scriptor noster in hac quidem re partium nullam habendam esse rationem.

פרק שבעה עשר

א כל הדברים שהקדמנו כדי שיהיו עתידים ומוכנים לידיעת הראיה וכשתרצה לדעת זאת תתחיל ותחשוב ותוציא מקום השמש האמיתי ומקום הירח האמיתי ומקום הראש לשעת הראיה ותגרע מקום השמש האמיתי ממקום הירח האמיתי והנשאר הוא הנקרא אורך ראשון.

ב ומאחר שתדע מקום הראש ומקום הירח תדע מקום הירח כמה הוא ואם הוא רוחב צפוני או דרומי והוא הנקרא

CAPUT XVII.

§. I. HActenus explicavimus quæ patere & prompta debent esse ante, quam investigaris quando futurum sit, ut luna se aperiat. Quod si cognitum & perspectum habere velis, primum solis, lunæ, ac Capitis cursum verum exquiras, atque id in horam contemplandæ lunæ: deinde solis cursum verum e lunæ cursu vero subducas necesse est: & quod porro superesit, id prima longitudo nominatur.

§. II. Et cum investigaris Capitis & lunæ cursum, idem lunæ latitudo primo quanta, tum sitne australis, an aquilonaris, cognosces: atque hæc item latitudo prima nominatur. Atqui pri-

רוחב ראשון והזהר באורך הזה הראשון וברוחב הראשון ויהיו שניהם מוכנים לך.

ג והתבונן באורך הזה הראשון וברוחב הזה הראשון אם יצא לך תשע מעלות בשוה או פחות תדע בודאי שאי אפשר לעולם שיראה הירח באותו הלילה בכל ארץ ישראל ואין אתה צריך חשבון אחר ואם יהיה האורך הראשון יתר על חמש מעלות תדע בודאי שהירח יראה בכל ארץ ישראל ואין אתה צריך לחשבון אחר ואם יהיה האורך ארבעים ותשע מעלות ועד חמשה עשר תצטרך לדרוש ולחקור בחשבונות הראייה עד שתדע אם יראה או לא יראה.

ד במה דברים אמורים כשהיה מקום הירח האמיתי מתחלת מזל גדי עד סוף מזל תאומים אבל אם היה מקום הירח מתחילת מזל סרטן עד סוף מזל קשת ויהיה האורך הראשון עשר מעלות או פחות תדע שאין הירח נראה כלל באותו הלילה בכל ארץ ישראל ואם היה הראשון יתר על ארבע ועשרים מעלות ודאי יראה בכל גבול ישראל ואם יהיה האורך הראשון עשר מעלות ועד ארבע ועשרים תצטרך לדרוש ולחקור בחשבונות הראייה אם יראה או לא יראה.

ה ואלו הן חשבונות הראייה התבונן וראה הירח באיזה מזל הוא אם יהיה במזל טלה תגרע מן האורך הראשון חמשים ותשע חלקים ואם יהיה במזל שור תגרע מן האורך מעלה אחת ואם יהיה במזל תאומים תגרע מן האורך שמנת וחמשים חלקים ואם יהיה במזל סרטן תגרע מן האורך שלשה וארבעים חלקים ואם יהיה במזל אריה תגרע מן האורך ארבעים ושלשה חלקים ואם יהיה במזל מאזנים תגרע מן האורך שלשים וארבעה חלקים ואם יהיה במזל עקרב תגרע מן האורך ארבעה ושלשים חלקים ואם יהיה במזל קשת תגרע מן האורך ששה ושלשים חלקים ואם יהיה במזל דלי תגרע מן האורך שלשה וחמשים חלקים ואם יהיה במזל דגים תגרע מן האורך שמנה וחמשים חלקים והנשאר מן האורך אחר שתגרע ממנו אלו החלקים הוא הנקרא אורך שני.

ו ולמה גורעין חלקים אלו לפי שמקום הירח האמתי אינו המקום שיראה בו אלא

mam hanc & longitudinem & latitudinem etiam atque etiam consideres, & utramque in animo quasi insculptam habeas.

§. III. Hanc igitur ad longitudinem primam atque latitudinem animum advertes, ut qua nocte illam inveneris graduum esse restricte novem, aut eo breviorem, omissis aliis rationibus, intelligas tum omnino fieri non posse ut Israelitica terra tota luna se aperiat. Contra non dubites, quin tota Palestina luna aperiatur ea nocte, qua longitudo prima gradus excedat quindecim; Atque nihil est, quod rationes aliæ subducantur. Cum autem illa longitudo prima sit ultera novem gradus procedens, quoad obtineat quindecim, tum vero opus illas inire rationes, quibus cognoscatur, fierine possit, ut luna se aperiat, necne.

§. IV. Sic se res habet, cursus lunæ verus si sit inter principium Capri & extremum Geminorum: sin autem, idem hic cursus lunæ verus volvitur ab initio Cancri ad extremum Sagittarium, tum si longitudo prima decem ipsorum est graduum, aut etiam pauciorum; constat lunam ea nocte non posse tota Palestina se aperire: rursusque si sit longitudo prima plurium, quam viginti quatuor graduum, pro certo scies per omnem Judæorum regionem lunam aperiri. Et eadem longitudo prima cum procedit ultra gradus decem, quoad assequatur viginti quatuor ipsos, oportet subducendis rationibus quæri luna se aperiat, necne.

§. V. Rationes illæ sunt ejusmodi: primum ut observetur luna in quo signo versetur: Nam si luna est apud Arietem oportet de longitudine prima partes eximantur undesexaginta: si apud Taurum, eximetur gradus unus: si est apud Geminos, detrahendæ sunt partes duodesexaginta: si apud Cancrum, tres & quadraginta partes: si apud Leonem, totidem: si apud Virginem, partes septem & triginta; si apud Libram, partes triginta quatuor; si apud Scorpionem, partes triginta quatuor; si apud Sagittarium, partes sex & triginta; si apud Caprum, partes quatuor & quadraginta; si apud Aquarium, partes tres & quinquaginta; si apud Pisces, duodesexaginta partes: Atque primæ longitudinis cum sint detractiones illæ factæ, tum ea longitudo secunda dicitur.

§. VI. Quod autem portiones illæ de longitudine prima subducantur, id ideo fit, quod luna non eodem in loco, quo est,

שינוי יש ביניהם באורך וברוחב והוא הנקרא שינוי המראה ושינוי מראה האורך בשערת דראיה לעולם גורעין אותו מן האורך כמו שאמרנו.

ז אבל שינוי מראה הרוחב אם היה רוחב הירח צפוני גורעין חלקים של שינוי מראה הרוחב מן הרוחב הראשון ואם היה רוחב הירח הדרומי מוסיפין החלקים של שנוי מראה מרוחב על הרוחב הראשון ומה שיהיה הרוחב הראשון אחר שמוסיפין עליו או גורעין ממנו אותם החלקים הוא הנקרא רוחב שני.

ח וכמה הם החלקים שמוסיפין או גורעין אותן אם יהיה הירח במזל טלה תשעה חלקים ואם יהיה במזל שור עשרה חלקים ואם יהיה במזל תאומים ששה עשר חלקים ואם יהיה במזל סרטן שבעה ועשרים חלקים ואם יהיה במזל אריה שמנה ושלשים חלקים ואם יהיה במזל בתולה ארבעה וארבעים חלקים ואם יהיה במזל מאזנים ארבעים וששה חלקים ואם יהיה במזל עקרב חמשה וארבעים חלקים ואם יהיה במזל קשת ארבעה וארבעים חלקים ואם יהיה במזל גדי ששה ושלשים חלקים ואם יהיה במזל דלי עשרים וארבעה חלקים ואם יהיה במזל דגים שנים עשר חלקים.

ט ומאחר שתדע חלקים אלו תגרע אותן מן הרוחב הראשון או תוסיף אותן עליו כמו שהודענוך ויצא לך הרוחב השני וכבר ידעת אם הוא צפוני או דרומי ותדע כמה מעלות וכמה חלקים נעשה זה הרוחב השני ותכין אותו לפניך ויהיה עתיד.

י ואחר כך תחזור ותקח מן הרוחב השני הזה מקצתו מפני שהירח נלוז מעט במעגלו וכמה הוא המקצת שתקח ממנו אם יהיה מקום הירח מתחלת מזל טלה עד עשרים מעלות ממנו או מתחלת מזל מאזנים עד עשרים מעלה ממנו תקח מן הרוחב השני שני חמשיו ואם יהיה הירח מעשרים ממזל טלה עד עשר מעלות ממזל שור או מעשרים ממזל מאזנים עד עשר מעלות ממזל עקרב תקח מן הרוחב השני שלישיתו ואם יהיה הירח מעשר מעלות ממזל שור עד עשרים ממנו או מעשה

est, esse videatur; Differt enim alius ab alio tam in longitudine, quam in latitudine: ac nimirum hoc illud est, quod *discrimen a specie*, vel *parallaxis* nominatur. Cum igitur ad lunæ conspectum ac visionem diriguntur tempora, tum illud in longitudine *discrimen a specie* semper e longitudine prima detrahitur ita, ut exposuimus.

§. VII. Jam ad latitudinis *discrimen a specie* quod attinet, cum luna cursum suum inflexit ad septentriones, tum propter *discrimen a specie* de latitudine prima portiones illius eximuntur. Sin autem cursum suum ad meridiem inflexerit, ob idem *discrimen a specie* latitudini primæ adduntur quotquot sunt portiones ejus. Quibus additis demtisve portionibus, secundæ latitudinis vocabulo nuncupatur.

§. VIII. Sed quot sunt illæ tandem portiones, quæ latitudini vel adduntur, vel detrahuntur? Nempe luna cum versetur in Ariete, partes novem: cum in Tauro, partes decem: cum in Geminis, partes sedecim: cum est apud Cancrum, partes septem & viginti: cum apud Leonem, partes duodequadraginta: cum apud Virginem, partes quadraginta quatuor: cum in Libra, partes quadraginta sex: cum in Scorpione, partes quadraginta quinque: cum apud Sagittarium, partes quadraginta quatuor: cum apud Caprum, partes triginta sex: cum apud Aquarium, quatuor & viginti partes: cum apud Pisces, duodecim partes.

§. IX. His igitur cognitis portionibus, eas aut latitudini primæ, sicut ante dixi, detraxeris, aut addideris, & exstiterit latitudo secunda, quam ex his, quæ supra dicta sunt, facile cognoveris, utrum aquilonaris, an australis sit. Cum autem pervestigaris illa latitudo secunda quot sit graduum, ac partium, id diligenter etiam atque etiam memoria custodias.

§. X. Rursus enim ex ista latitudine secunda eximendum est aliquid, eam ob causam, quoniam luna suo ipsius in orbe cursum suum paulum inflectit. At enim quo tandem modo definietur illud aliquid, quod etiam ex secunda latitudine eximendum est? Nempe dum lunæ cursus volvitur ab Arietis aut Libræ principio ad eorum gradum vicesimum, partes sunt duæ detrahendæ de latitudine secunda quinquepartita: ex quo autem movetur aut ab Arietis gradu vicesimo, usque dum commearit ad Tauri gradum decimum, aut a gradu Libræ vigesimo, usque dum commearit

ad

מעלות ממזל עקרב עד עשרים ממנו תקח מן הרוחב השני רביעיתו ואם יהיה הירח מעשרים מעלות ממזל שור עד סופו או מעשרים ממזל עקרב עד סופו תקח מן הרוחב השני חמישיתו ואם יהיה הירח מתחלת מזל תאומים עד עשר מעלות ממנו תקח מן הרוחב השני שתותו ואם יהיה הירח מעשר מעלות ממזל תאומים ועד עשרים ממנו או מעשר ממזל קשת עד עשרים ממנו תקח מן הרוחב השני חצי שתותו ואם יהיה מקום הירח מעשרים ממזל תאומים עד חמש ועשרים ממנו או מעשרים ממזל קשת עד חמש ועשרים ממנו תקח הרוחב השני רביע שתותו ואם יהיה מקום הירח מחמש ועשרים ממזל תאומים עד חמש מעלות ממזל סרטן או מחמש ועשרים ממזל קשת עד חמש מעלות ממזל גדי לא תקח כלום לפי שאין כאן נליזה מעגל ואם יהיה הירח מחמש ממזל סרטן עד עשר ממנו או מחמש ממזל גדי עד עשר ממנו תקח מן הרוחב השני רביע שתותו ואם יהיה מקום הירח מעשר ממזל סרטן עד עשרים ממנו או מעשר ממזל גדי עד עשרים ממנו תקח מן הרוחב השני חצי שתותו ואם יהיה מקום הירח מעשרים ממזל סרטן עד סופו או מעשרים ממזל גדי עד סופו תקח מן הרוחב השני שתותו ואם יהיה הירח מתחלת מזל אריה עד עשר מעלות ממנו או מתחלת מזל דלי עד עשר מעלות ממנו תקח מן הרוחב השני חמשיתו ואם יהיה הירח מעשר מעלות ממזל אריה עד עשרים ממנו או מעשרה ממזל דלי עד עשרים ממנו תקח מן הרוחב השני רביעיתו ואם יהיה הירח מעשרים ממזל אריה עד עשר ממזל בתולה או מעשרים ממזל דלי עד עשר ממזל דגים תקח מן הרוחב השני שלישיתו ואם יהיה הירח מעשר מעלות ממזל בתולה עד סופו או מעשר מעלות ממזל דגים עד סופו תקח מן הרוחב השני שני חמשיו וזאת המקצת שתקח מן הרוחב השני היא הנקראת מעגל הירח.

יא ואחר כך תחזור ותתבונן ברוחב הירח ותראה אם הוא צפוני או דרומי אם הוא צפוני תגרע מעגל הירח הזה מן האורך השני ואם היה רוחב הירח דרומי תוסיף המעגל הזה על האורך השני במה דברים אמורים כשהיה

ad decimum Scorpionis gradum, demenda pars est tertia latitudinis secundæ: dum fertur aut a Tauri gradu decimo ad ejusdem gradum vicesimum, aut a decimo Scorpionis item ad vigesimum, quarta pars latitudinis secundæ ex ea demenda est: dum fertur a Tauri & Scorpionis gradu vicesimo ad extremum & Taurum & Scorpionem, quinta pars secundæ latitudinis eximenda inde est. Jam ex quo luna Geminorum & Arcitenentis attigit initium, donec commearit ad eorum gradum decimum, latitudinis secundæ sextans eximendus est: horum cum attigit gradum decimum, usque dum pervenerit ad vigesimum, dimidium sextantis e latitudine secunda demitur: dum inde luna fertur ad quintum & vicesimum gradum eorum ipsorum signorum, de latitudine secunda quadrans sextantis eximitur. Cum vero luna fertur aut a gradu vigesimo quinto Geminorum ad quintum Cancri, aut a quinto & vigesimo gradu Arcitenentis ad quintum Capricorni, tum e latitudine secunda demetur omnino nihil: hic enim in orbe suo luna cursum suum nequaquam inflectit. Rursum cum a gradu quinto Cancri & Capricorni luna movetur eorum ad decimum, de latitudine secunda quadrans sextantis eximitur. Dum lunæ cursus a gradu decimo sive Cancri, sive Capricorni volvitur ad eorum vigesimum, dimidium sextantis eximitur de latitudine secunda. Dum a Cancri & Capri gradu vigesimo volvitur ad extremum signum, eximitur de latitudine secunda sextans. Nam luna dum ab initio Leonis & Aquarii gradum ad decimum commeat, e latitudine secunda quinquepartita demitur una pars. Cum est illorum assecuta gradum decimum, usque dum ad vicesimum commearit, quadrans e latitudine secunda detrahitur; detrahitur ex ea pars tertia, dum luna Leonis a gradu vicesimo Virginis ad decimum, aut ab Aquarii vicesimo Piscium ad decimum convertitur; & dum ab horum decimo gradu signorum convertitur ad extremum, e latitudine secunda quinquepartita partes sunt duæ deducendæ. Atque id, quod e latitudine secunda demitur, *orbitam lunæ* nominant.

§. XI. Tum oportet etiam animum advertere ad lunæ latitudinem, & videndum aquilonaris sit, an australis. Quæ si est aquilonaris, oportet istam *orbitam lunæ* quam vocant de longitudine secunda etiam detrahi; sin autem australis est, eam addi longitudini secundæ necesse est; tum videlicet, cum luna

מקום הירח מתחלת מזל גדי עד סוף מזל תאומים אבל אם היה הירח מתחלת מזל סרטן עד סוף מזל קשת יהיה הדבר הפך שאם יהיה רוחב הירח צפוני תוסיף המעגל על האורך השני ואם היה רוחב הירח דרומי תגרע המעגל מן האורך השני ומה שיהיה האורך השני אחר שתוסיף עליו או תגרע ממנו הוא הנקרא אורך שלישי ודע שאם לא יהיה שם נליזת מעגל ולא נתן החשבון לקחת מן הרוחב השני כלום יהיה האורך השני עצמו הוא האורך השלישי בלא פחות ובלא יתר.

יב ואחר כך תחזור ותראה האורך השלישי הזה והוא המעלות שבין הירח והשמש באיזה מזל הוא אם יהיה במזל דגים או במזל טלה תוסיף על האורך השלישי שתותו ואם יהיה האורך במזל דלי או במזל שור תוסיף על האורך השלשה חמישיתו ואם יהיה האורך במזל גדי או במזל תאומים תוסיף על האורך השלישי שתותו ואם יהיה האורך במזל קשת או במזל סרטן תניח האורך השלישי כמות שהוא ולא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו ואם יהיה האורך במזל עקרב או במזל אריה תגרע מן האורך השלישי חמישיתו ואם יהיה האורך במזל מאזנים או במזל בתולה תגרע מן האורך השלישי שלישיתו ומה שיהיה האורך השלישי אחר שתוסיף עליו או תגרע ממנו או תניח אותו כמות שהוא הוא הנקרא אורך רביעי ואחר כך תחזור אצל רוחב הירח הראשון ותקח שני שלישיו לעולם וזה הוא הנקרא מנת גובה המדינה ותתבונן ותראה אם יהיה רוחב הירח צפוני תוסיף מנת גובה המדינה על האורך הרביעי ואם יהיה רוחב הירח דרומי תגרע מנת גובה המדינה מן האורך הרביעי ומה שיהיה האורך הרביעי אחר שנורעין ממנו או שמוסיפין עליו הוא הנקרא קשת הראייה.

יג כיצד הרי שבאנו לחקור אם יראה הירח בליל ערב שבת שני לחדש אייר משנה זו או לא יראה תוציא מקום השמש האמתי ומקום הירח האמתי ורחוב הירח לשנה זו כמו שהודענוך יצא לך מקום השמש האמתי בשבע מעלות ותשעה חלקים ממזל שור סימנו ז״ט ויצא לך מקום הירח האמתי בשמנה עשרה מעלות וששה ושלשים חלקים ממזל שור סימנו י״ח ל״ו ויצא לך רוחב הירח גרוח דרום שלש מעלות ושלשה וחמשים

luna convertitur ab initio Capri ad extremos Geminos. Contra vero dum ſex alia ſigna perluſtrat, ſi curſum ſuum inflexit ad ſeptentriones, *orbitam* hanc oportet ad longitudinem ſecundam addi; ſin ad meridiem, eam oportet de ſecunda longitudine demi; atque hæc cum fuerint addita longitudini ſecundæ, vel detracta, tum ea tertia longitudo nominatur; ſin autem in orbe ſuo luna curſum nihil inflectit, & de latitudine ſecunda, quia ratiocinium ita fert, demendum eſt nihil, ipſa longitudo ſecunda omnino erit eadem, quæ eſt tertia, qua nihilo plus, nihilo minus habet.

§. XII. Tum etiam tertia longitudo iſta, quæ nihil eſt aliud, quam qui gradus inter ſolem & lunam intercedunt, videndum eſt quo ſit in ſigno; ſi aut in Piſcibus, aut in Ariete, tertiæ longitudini ſexta pars ejus addetur; ſi in Aquario aut Tauro, addetur ei pars quinta; ſi in Capro aut Geminis, eidem ſextans addetur; ſi in Sagittario aut Cancro, longitudo tertia nec amplificabitur, neque minuetur, ſed ut eſt, ita relinquetur. Si fuerit in Scorpione aut Leone, de longitudine tertia demetur pars ejus quinta. Si aut in Libra, aut in Virgine, ex ea demetur pars tertia; Atque longitudo tertia cum eſt aut amplificata, aut diminuta, & ſi rationes ita poſtulant, in ſuo ſtatu conſervata, quarta incipit longitudo nominari. Secundum hæc etiam redeundum eſt ad lunæ primam latitudinem, ex qua tripartita ſunt ſemper eximendæ partes duæ, atque hæc eſt illa, quæ regionis altitudini portio dicitur tribui, quæ portio quidem, cum latitudo lunæ ſit aquilonaris, longitudini quartæ debet addi, & ex eadem demi, cum auſtralis eſt lunæ latitudo. Porro quod erit longitudo quarta, ſubducta vel addita portione illa, id *viſionis arcus* appellatur.

§. XIII. Sed quo iſta facilius intelligantur, ponatur exemplum hujuſmodi. Si quærat aliquis num eo, qui hujus ratiocinii princeps eſt, anno, prima nocte, quam ſequeretur vigilia Sabbathi menſis Ijar dies ſecundus, luna aperiretur, aut occultaretur; is primo ſolis & lunæ curſum verum exquirat, & lunæ latitudinem etiam ſic, uti demonſtravimus, quærat eodem ejus anni tempore quænam eſſet; inveniet autem ſolis curſum verum e Tauro perluſtraſſe tum gradus ſeptem, & novem partes; character eſt 7. 9. Lunæ vero curſum verum ex eodem ſigno confeciſſe duodeviginti gradus, & partes triginta ſex; character eſt 18. 36. Jam lunæ latitu-

do

חלקים סימנו נ״ג וזה הוא הרוחב הראשון ותגרע מקום השמש ממקום הירח ישאר אחת עשרה מעלות ושבעה ועשרים חלקים סימנו י״א כ״ז וזה הוא האורך הראשון ולפי שהיה הירח במזל שור יהיה שנוי מראה האורך מעלה אחת וראוי לגרוע אותה מן האורך הראשון יצא לך האורך השני עשר מעלות ועשרים ושבעה חלקים סימנו י׳כ״ז וכן יהיה שינוי מראה הרוחב עשרה חלקים ולפי שרוחב הירח היה דרומי ראוי להוסיף עליו שנוי המראה שהוא עשרה חלקים יצא לך הרחב השני ארבע מעלות ושלשה חלקים סימנו ד״ג ולפי שהיה הירח בשמנה עשרה מעלות ממזל שור ראוי ליקח מן הרוחב השני רביעתו והוא הנקרא מעגל הירח יצא לך מעגל הירח לעת זו מעלה אחת וחלק אחד לפי שאין מדקדקין בשניות.

יד ולפי שרוחב הירח דרומי ומקום הירח האמתי בין ראש גדי וראש סרטן ראוי להוסיף המעגל על האורך השני יצא לך האורך השלישי אחת עשרה מעלות ושמנה ועשרים חלקים סימנו י״א כ״ח ולפי שהאורך הזה במזל שור ראוי להוסיף על האורך השלישי חמישיתו שהוא שתי מעלות ושמנה עשר חלקים ויצא לך האורך הרביעי שלש עשרה מעלות וששה וארבעים חלקים סימנו י״ג מ״ו וחזרנו אצל הרוחב הראשון ולקחנו שני שלישיו ויצא מנת גובה המדינה והוא שתי מעלות וחמשה ושלשים חלקים ולפי שהיה הרוחב דרומי ראוי לגרוע ממנו מנת גובה המדינה מן האורך הרביעי ישאר לך אחד עשרה מעלות ואחד עשר חלקים סימנו י״א י״א וזו היא הקשת הראיה בלילה הזה ועל הדרך הזה תעשה ותדע קשת הראיה כמה מעלות וכמה חלקים יש בה בכל ליל ראיה שתרצה לעולם.

טו ואחר שתצא קשת זו תבין בה ודע שאם תהיה קשת הראיה תשע מעלות או פחות או איפשר שיראה בכל ארץ ישראל ואם תהיה קשת הראיה יותר על

do reperietur in auſtri partibus trium fuiſſe graduum, & partium trium & quinquaginta; character eſt 3. 53. Hæc tum erat lunæ latitudo prima. Dematur igitur curſus ſolis e curſu lunari, ſuperabunt gradus undecim, & partes ſeptem & viginti: character eſt 11. 27. Atque hæc erat tunc temporis prima longitudo. Quoniam vero luna tum in Tauro verſabatur, *diſcrimen a ſpecie* gradus erat unius, quem eximi de prima longitudine convenit; Ita reperietur ſecunda longitudo decem graduum, & partium viginti ſeptem; character eſt 10. 27. Itemque in latitudine *diſcrimen a ſpecie* partium erat decem, quas latitudini, quoniam erat auſtralis, oportet additas: ex quo latitudo ſecunda reperietur graduum fuiſſe quatuor, & partium trium: character eſt 4. 3. Quod autem luna tum e Tauro confecerit duodeviginti gradus, neceſſe eſt, ut latitudinis ſecundæ quadrans ex ipſa dematur, quam *orbitam lunæ* nominant. Ergo *lunæ orbita* illa tunc temporis erat gradus unus, & una pars: nam ſecundarum quidem nulla habetur ratio.

§. XIV. Cumque eſſet auſtralis lunæ latitudo, & curſus ejus verus inter Capri principium & initium Cancri volveretur, *orbitam lunæ* convenit addi longitudini ſecundæ, unde prodibit longitudo tertia graduum undecim, & partium duodetriginta: character eſt 11. 28. Quæ longitudo cum eſſet in Tauro, eidem addendi ſunt etiam gradus duo, & partes duodeviginti, quæ eſt ejus quinta pars. Itaque longitudo quarta graduum erit decem & trium, & partium ſex, & quadraginta: character eſt 13. 46. Rurſus igitur redeundum eſt ad latitudinem primam, ex qua tripertita partes oportet duas detrahi: prodibit igitur ea portio, quæ regionis altitudini tribuitur, quæ duorum erit graduum, & partium quinque & triginta, quam ex longitudine quarta demi neceſſe eſt ideo, quod luna curſum ſuum ad meridiem inflexerat. Itaque reliqui fient gradus undecim, & totidem partes: character eſt 11. 11. Omnino hujus ea nocte, quam dixi, magnitudinis erat arcus viſionis. Eademque ratione cognoveris etiam ad infinitum tempus quavis nocte quot graduum, & quot partium ſit arcus viſionis.

§. XV. Atque perveſtigatus & cognitus ille viſionis arcus circonſpiciendus eſt. Nam is cum novem eſt graduum, aut pauciorum, tum fieri poteſt, ut tota Judæorum regione luna ſe aperiat. Sin autem plurium, quam decem & qua-

ארבע עשרה מעלות אי איפשר שלא יראה ויהיה גלוי לכל ארץ ישראל.

יו ואם תהיה קשת הראיה מתחלת מעלת עשירית עד סוף מעלת ארבע עשרה תערוך קשת הראיה אל האורך הראשון ותדע אם יראה או לא יראה מן הקצין שיש לו והן הנקראין קיצי הראיה.

יז ואלו הן קיצי הראיה אם תהיה קשת הראיה מותר על תשע מעלות עד סוף עשר מעלות או יתר על עשר ויהיה האורך הראשון שלש עשרה מעלות או יתר ודאי יראה ואם תהיה הקשת פחות מזה או יהיה האורך פחות מזה לא יראה.

יח ואם תהיה קשת הראיה מותר על עשר מעלות עד סוף אחת עשרה מעלות או יתר על אחת עשרה ויהיה האורך הראשון שנים עשר מעלות או יותר ודאי יראה ואם תהיה הקשת פחות מזה או יהיה האורך פחות מזה לא יראה.

יט ואם תהיה קשת הראיה מותר על אחת עשרה עד סוף שתים עשרה מעלות או יתר על שתים עשרה ויהיה האורך הראשון אחת עשרה מעלות או יתר ודאי יראה ואם תהיה הקשת פחות מזה או יהיה האורך פחות מזה לא יראה.

כ ואם תהיה קשת הראיה מותר על שתים עשרה מעלות עד סוף שלש עשרה מעלות או יתר על שלשה עשר ויהיה האורך הראשון עשר מעלות או יותר ודאי יראה ואם תהיה הקשת פחות מזה או יהיה האורך פחות מזה לא יראה.

כא ואם תהיה הראיה מותר על שלש עשרה מעלות עד סוף ארבע עשר או יתר על ארבע עשר ויהיה האורך הראשון תשע מעלות או יותר ודאי יראה ואם תהיה הקשת פחות מזה או יהיה האורך פחות מזה לא יראה ועד כאן סוף הקצין.

כב כיצד באנו להתבונן בקשת הראיה של לילי ערב שבת שני לחדש אייר משנה זו יצא לנו בחשבון קשת הראיה

quatuor ſit graduum , haud ſane poteſt luna occultari his quidem certe , qui terram Iſraeliticam incolunt.

§. XVI. Ubi vero viſionis arcus aliquid uſurpet de gradu decimo , quod idem erit dicendum uſque ad extremum gradum quartum decimum , ex ejus & primæ longitudinis terminis inter ſe collatis cognoſcetur luna num aperiatur , an non. Nimirum iſti ſunt qui termini viſionis appellantur.

§. XVII. De terminis igitur viſionis, ſi viſionis arcus procedat ultra novem gradus, ad extremum gradum decimum, & quidem aliquanto ſupra , ſitque longitudo prima graduum decem & trium, aut eo major , luna ſe pro certo aperiet : ſin autem vel viſionis arcus eſt tantus , prima vero longitudo brevior , quam poſuimus, vel contra , luna deliteſcet.

§. XVIII. Si viſionis arcus procedat ultra gradus decem, uſque ad ultimum gradum undecimum, & quidem aliquanto ſupra , ſitque longitudo prima duodecim graduum , aut etiam eo major , luna ſine dubio ſe aperiet ; ſin viſionis arcus cum ſit talis, longitudo prima ſit minor, contrave; luna ſe occultabit.

§. XIX. Si viſionis arcus procedat ultra gradus undecim, uſque ad ultimum gradum duodecimum ; & quidem aliquanto ſupra ; ſitque longitudo prima graduum undecim , aut paulo major , pro certo ſe luna aperiet . At ſi , horum alterum cum ſit ejus magnitudinis, alterum exiſtat minus , luna deliteſcet.

§. XX. Si viſionis arcus procedat ultra gradus duodecim uſque ad extremum decimum & tertium , & quidem aliquanto ſupra , & longitudo prima compleat gradus decem , aut eo plus , conſtat fore , ut luna ſe aperiat . Deliteſcet autem cum horum alterum ejus ſit magnitudinis, & ex ea, quæ dicta eſt, aliquid alteri deſit.

§. XXI. Si denique viſionis arcus procedat ultra gradus decem & tres, ad extremum gradum quartum decimum , & quidem aliquanto ſupra , & longitudo prima compleat gradus novem, aut eo plus , haud dubie luna aperietur . Secus autem ſi cum horum alterum ejus ſit magnitudinis , alterum ſit minus. Atque hæc eſt omnis omnino terminorum circumſcriptio.

§. XXII. Nunc, exempli cauſa, quæramus quinam eſſet viſionis arcus ea nocte , quam ſubſequeretur vigilia Sabbathi dies ſecundus menſis Ijar iſto ipſo anno , unde nos hujus ratiocinii repeti- mus

אחרת עשרה מעלות ואחד עשר חלקים כמו שידעת ולפי שהיה קשת הראיה בין עשר עד ארבע עשרה ערכנו אותה אל האורך הראשון וכבר ידעת שהאורך היה בליל זה אחרת עשרה מעלות ושבעה ועשרים חלקים ולפי שהיתה קשת הראיה יתר על אחרת עשרה מעלות והיה האורך הראשון יתר על אחת עשרה יודע שודאי יראה בליל זה לפי הקצין הקצובות וכן תעשה בכל קשת וקשת עם האורך הראשון שלה.

כג וכבר ראיתה מן המעשים האלו כמה חשבונות יש בו וכמה תוספות וכמה גירועין אחר שיגענו הרבה עד שהמצאינו דרכים קרובים שאין בחשבונם עומק גדול.

כד שהירח עקלקלות גדולות יש במעגלותיו ולפיכך אמרו חכמים שמש ידע מבואו ירח לא ידע מבואו ואמרו חכמים פעמים בא בארוכה פעמים בא בקצרה כמו שתראה מחשבונות אלו שפעמים תוסיף ופעמים תגרע עד שתהא קשת הראיה ופעמים תהיה קשת הראייה ארוכה ופעמים קצרה כמו שבארנו.

כה וטעם כל אלו החשבונות ומפני מה מוסיפין מנין זה ומפני מה גורעין והיאך נודע כל דבר ודבר מאלו הדברים והראייה על כל דבר ודבר היא חכמת התקופות והגימטריות שחברו בה חכמי יון ספרים הרבה והם הנמצאים עכשיו ביד החכמים אבל הספרים שחברו חכמי ישראל שהיו בימי הנביאים מבני יששכר לא הגיעו אלינו ומאחר שכל אלו הדברים בראיות ברורות הם שאין בהם דופי ואי איפשר אדם להרהר אחריהם אין חוששין למחבר בין שחברו אותם נביאים בין שחברו אותם גוים שכל דבר שנתגלה טעמו ונודעה אמתתו בראיות שאין בהם דופי אנו סומכין על זה האיש שאמרו או שלמדו על הראיה שנתגלתה והטעם שנודע.

mus initium. Inita igitur & subducta ratione eum, sicut demonstravimus, inveniemus tum fuisse graduum undecim, & totidem partium. Cum igitur visionis arcus determinaretur inter gradum decimum, atque decimum & quartum, cum longitudine prima comparetur necesse est, quam ostendimus fuisse tunc graduum undecim, & partium septem & viginti. Quoniam igitur visionis arcus procedebat ultra gradus undecim, & longitudo prima patebat item ultra undecim, constat ex definitis terminis lunam ea nocte se aperuisse. Similiter licet ex quovis arcu visionis cum longitudine prima collato judicare.

§. XXIII. Ex his omnibus cognosci facile potest, quot & quantas addendo, deducendoque rationes putare necesse fuit, & quam multum suscipere laboris, uti tandem vias illas rationesque faciles atque explicatas inveniremus. Id adeo, quod luna in suo motu anfractus habeat ingentes: unde natum est illud sapientum, SOL VIAM SUAM NOVIT SCILICET, LUNA NON ITEM.

§. XXIV. Iidem sapientes dixerunt tum celerius, tum tardius lunam moveri: Etenim & in his subductis rationibus tum lunæ lustrationi nonnihil addendum, tum ex eadem fuit aliquid detrahendum ad investigandum visionis arcum. Ex quo fit etiam, ut visionis arcus, sicut exposuimus, modo longior, modo brevior sit.

§. XXV. At qua de causa hæ putantur rationes, addatur hoc, & deducatur istud, & qui harum rerum unaquæque sit intellecta, atque etiam quæ sit singularum rerum causa & ratio, ad fastorum & geometriæ cognitionem pertinent, de qua Græci homines docti libros ediderunt quam plurimos, qui iidem nunc quidem in nostrorum manu sunt sapientium. Nam qui sunt scripti quondam ab eruditis ex tribu Issacharis Judæis, qui vatum erant tempore, hi non ad nos usque pervenerunt: sed enim harum disputationum rationes cum afferantur eæ, in quibus nullum liceat reperire vitium, nec quisquam habeat, quod opponat, quid est, quod de auctore laboremus? Omnem enim disciplinam rationibus veris & certis confirmatam accipiemus sive profectam a Prophetis, sive a gentibus. Etenim probantur nobis auctores, qui doctrinam suam veris argumentis & rationibus certis probant.

פרק שמנה עשר

א דבר ידוע וברור שאם יוציא לך החשבון שהירח יראה בלילה אפשר שיראה ואפשר שלא יראה מפני העבים שמכסין אותו או מפני המקום שהוא גיא או שיהיה הר גבוה כנגד רוח מערב לאנשי אותו המקום שנמצאו כאילו הן יושבין בגיא שהירח לא יראה למי שהוא במקום נמוך אפילו היה גדול ויראה למי שהוא עומד בראש הר גבוה ותלול אף על פי שהירח קטן ביותר וכן יראה למי ששוכן על שפת הים או למי שמהלך בספינה בים הגדול אף על פי שהוא קטן ביותר.

ב וכן בימות הגשמים אם יהיה יום צח יראה הירח יותר ממה שיראה בימות החמה לפי שבימות הגשמים אם יהיה יום צח יהיה האויר זך הרבה ויראה הרקיע בטוהר יותר מפני שאין שם אבק שיתערב באויר אבל בימות החמה יהיה האויר כאילו הוא מעושן מפני האבק ויראה הירח קטן.

ג וכל זמן שתמצא קשת הראיה והאורך הראשון שתערוך לה עם שני הקצין שלהם בצמצום יהיה הירח קטן ביותר ולא יראה אלא במקום גבוה ביותר ואם תמצא קשת הראיה והאורך הראשון ארוכין הרבה והוסיפו עד סוף הקצין שלהן ממעלות יראה הירח גדולה לפי אורך הקשת והאורך הראשון יהיה גדול וגלייתו לכל.

ד לפיכך ראוי לבית דין לשום שני דברים אלו בלבם שהן זמן הראיה ומקומה ושואלין את העדים באיזה מקום ראיתם שאם היתה קשת הראיה קצרה ויתן החשבון שיראה בצמצום כגון שהיתה קשת הראיה תשע מעלות וחמשה חלקים והיה האורך הראשון שלש עשרה מעלות בשוה ובאו עדים שראוהו אם היה בימות החמה או שהיו במקום נמוך חוששין להן ובודקין אותן הרבה ואם היה בימות הגשמים או במקום גבוה ביותר וראי

CAPUT XVIII.

§. I. JAM id quidem omnibus apertum & perspicuum est, ut cum inita & subducta ratio declaret fore, ut nocte in aliqua luna se aperiat, tamen occultetur, si forte nube obducitur. Præterea autem occultatur his, qui locum habitant valde depressum, aut quibus ab occidente mons præcelsus atque editus oppositus est. Namque horum sedes abs sede priorum nihil differt. Enimvero qui locis in humilibus habitant, his ne tum quidem aperitur luna, cum est maxima: verum aut montium altitudines, aut oras maritimas incolentibus, aut mare magnum navigantibus etiam minima aperitur.

§. II. Atqui tempore brumali, eoque sereno, luna eadem multo videtur esse major, quam æstiva tempestate item serena. Namque hyeme si tempus serenum est, purius cœlum conspicitur, ob eam causam, quod aer terræ proximus sit simplicior, quippe pulvis cum eo nullus immisceatur. At æstate quamvis sit tempestas serena, cum pulvere confusus aer sumi est instar, unde fit, ut luna longe minor conspiciatur.

§. III. Cum visionis arcus, & quæ ad illum comparanda est longitudo prima restricte definita reperitur, luna est valde pusilla, & nisi in locis admodum excelsis, oculis percipi non potest: sin autem & visionis arcus, & longitudo prima prælongi sint sic, uti terminis amborum spatii sit aliquid ex consequenti gradu adjunctum, luna erit ipsa itidem magna, ut & visionis arcus, & longitudo prima, & cunctis adeo manifesta.

§. IV. Quocirca duo potissimum conveniebat senatum Hierosolymitanum animo considerare: unum, quo anni tempore luna nova conspecta esset: alterum erat locus, ex quo luna visa erat, de quo posteriore quidem interrogabantur ii, qui veniebant lunæ nuncii: Nam si ratione subducta intellectum esset lunam ejus stricte magnitudinis esse, qua cadit sub aspectum, velut si visionis arcus esset graduum novem, & partium quinque, & longitudo prima omnino trium & decem graduum, tum si qui de illa luna nuncium vel æstivo tempore, vel ex humili loco attulissent, illorum erat fidei per magna suspicio, & morose admodum excutiebantur. Rursus hæc eadem luna tempore brumali, vel etiam tempestate æstiva in loco perquam edito non dubitabatur, quin esset conspe-

יראה אם לא יהיו שם עבים המבדילין.

ה עדים שראו החדש בזמנו ובאו והעידו וקבלום בית דין וקדשו את החדש הזה הראשון זמנו תשעה ועשרים יום מן היום המקודש וליל שלשים לא נראה הירח מפני שאי איפשר לו להראות או מפני שכיסהו עבים והרי בית דין מצפין לו כל יום שלשים כמו שבארנו ולא באו עדים ועברו את החדש ונמצא יום ראש החדש השני יום אחד ושלשים כמו שבארנו.

ו והתחילו למנות תשעה ועשרים יום מן יום ראש החדש השני וליל שלשים לא נראה הירח אם תאמר שכך מעברין את זה ועושין אותו שלשים וקובעין ראש החדש השלשים יום אחד ושלשים כך איפשר שלא יראה הירח בליל שלשים גם מחדש זה ונמצאו מעברין והולכין ועושין חדשים אחר שלשים כל השנה כולה ונמצא בחדש אחרון איפשר שיראה הירח בליל חמשה ועשרים בו או בליל ששה ועשרים ואין לך דבר שחוק והפסד יותר מזה.

ז ואל תאמר שהדבר הזה דבר שאינו מצוי הוא שלא יראה הירח בכל השנה אלא דבר קרוב הוא הרבה ופעמים רבות יארע זה וכיוצא בו במדינות שזמן הגשמים שם ארוך והעבים רבים שאין אנו אומרים שלא יראה הירח בכל השנה אלא שלא יראה בתחלת החדשים ויראה אחר כך ופעמים לא יראה מפני שאי איפשר לו שיראה בהם וחדשים שאיפשר שיראה בהם לא יראה מפני העבים או מפני שהיה קטן ביותר ולא נתכוון אדם לראותו.

ח אלא הקבלה שהיה ביד חכמים איש מפי איש מפי משה רבינו כך היא שבזמן שלא יראה הירח בתחלת החדשים חדש אחר חדש בית דין קובעין חדש מעובר משלשים יום וחדש חסר מתשעה ועשרים יום וכן מחשבין וקובעין חדש מעובר וחדש חסר בקביעה לא בקדושה שאין מקדשין אלא על הראייה ופעמים

ſpecta , niſi forte nube obduceretur.

§. V. Dictum eſt a nobis, ſi qui lunam ſuo tempore naſcentem conſpicati, de illa ad ſenatum Hieroſolymitanum referrent, atque huic ipſi probarentur, calendas eodem die finitas a ſenatu, ac conſecratas eſſe. Ab his numerabantur dies novem & viginti, & nocte trigeſima ſive luna occultaretur, ſive nubes eſſet illi oppoſita, cujus cauſa non conſpiceretur, ſenatus die triceſimo toto de naſcente luna nuncios præſtolabatur: qui ſi nulli veniſſent, menſis uno die fiebat longior, atque uno & triceſimo die demum calendæ ſecundæ ab illis inſtituebantur.

§. VI. Putandum vero non eſt, ſi trigeſima ab his calendis nocte luna deliteſceret etiam, conſtitutum iterum menſem plenum, quem eundem intercalarem appellant, ac prima & trigeſima demum die calendas inſtitutas eſſe; quippe cum fieri poſſet, ut hujus quoque menſis trigeſima nocte luna non appareret. Rurſus igitur intercalandum fuiſſet, & rejiciendæ in diem unum & triceſimum calendæ. Sic omnes deinceps menſes anni conſtitiſſent ex uno & triginta diebus: unde ſub anni menſem ultimum evenire potuiſſet, ut luna naſcens conſpiceretur aut quinto, aut ſexto & vigeſimo die menſis, quo quid eſſe poteſt ineptius? Quid incommodum magis?

§. VII. Nec vero res eſt inſolens, ut anno toto luna nova non conſpiciatur: imo & hoc uſitatum maxime, & ejus generis alia multa, præſertim in regionibus illis, ubi diutinæ ſunt pluviæ & frequentes nubes: neque enim id dicimus, lunam nonnunquam anno toto prorſus non conſpici, ſed non conſpici novam menſibus ineuntibus, etſi poſtea cernitur, interdum quia omnino fieri non poteſt, ut ad menſem ineuntem appareat, interdum aut quia objecta illi nubes eſt, cum alioqui non occultetur, aut quia eſt valde puſilla, nec quiſquam magno contendit opere, ut eam conſpicetur.

§. VIII. Hæc erat igitur doctrina ſapientium, quam uſque a Moſe acceperant alii ab aliis, ut niſi luna naſcens menſibus ſingulis ineuntibus appareret, ſenatus menſes inſtitueret viciſſim alium plenum ex diebus triginta, alium cavum ex novem & viginti. Similiter cum res conficitur ſubducendis calculis viciſſim menſes pleni cavique conſtituuntur quidem, non item conſecrantur: neque enim menſes conſecrantur, niſi ex lunæ viſio-

עושין מלא אחר מלא או חסר אחר חסר כמו שיראה להם מן החשבון.

ט ומתכוונין לעולם בחשבונם שאם יראה הירח בחדש הבא יראה בזמנו או בליל עיבורו לא שיראה קודם זמנו שהוא ליל שמנה ועשרים ובחשבונות הראייה האלו שבארנו יתבאר לך ותדע מתי אפשר שיראה ומתי אפשר שלא יראה ועל זה סומכין ומעברין חדש אחר חדש או עושין חדש חסר אחר חדש חסר ולעולם אין פוחתין מארבעה חדשים המעוברין בשנה ולא מוסיפין על שמנה חדשים המעוברין וגם לעיבור חדשים אלו שמעבריך לפי חשבון עושין סעודת עיבור החדש כמו שאמרנו בפרק שלישי.

י וכל שתמצא בתלמוד מדברים שמראין שבית דין סומכין על החשבון ומפי משה מסיני שהדבר מסור להם והרשות בידם לחסר או לעבר וכן זה שחסר תשעה חדשים בשנה וכן כל כיוצא בזה הכל על עיקר זה הוא בנוי בזמן שלא נראה החדש בזמנו.

יא וכן זה שאמרו חכמים שמעברין אותן לפי חשבון ועושין אחד מלא ואחד חסר ויש להם לעבר חדש אחר חדש או לחסר בזה הוא שמעברין לצורך מפני שלא נראה הירח בזמנו אלא בעת שיראה הירח בזמנו שהוא תחלת היותו נראה אחר שנתקבץ עם השמש מקדשין לעולם.

יב וכל הדברים האלו בזמן שיש שם בית דין וסומכין על הראייה אבל בזמנים אלו אין סומכין אלא על הקביעה בזה החשבון האמצעי הפשוט בכל ישראל כמו שבארנו בהלכות אלו.

יג יתבאר בספרי החשבון התקופות והגימטריאות שאם הירח בארץ ישראל יראה בכל מדינות העולם שהן למערב ארץ ישראל ומכוונות כנגדה ואם יתן חשבון שלא יראה בארץ ישראל אפשר

visione: quanquam & ex ratione calculorum tum menses duo pleni, tum duo cavi continuantur.

§. IX. Atque menses cum ex tabularum ratione finiuntur, tamen si tempus semper observatur, ut si venientis luna nova mensis se aperiat, aut suo se aperiat tempore, aut certe nocte consequenti, quæ dicitur intercalaris: nunquam vero ante tempus, id est, nocte duodetrigesima. Atqui quando fiat, ut luna aperiatur, aut delitescat his, quas exposuimus, rationibus facile cognosci potest. Nimirum & inde fit, ut modo duo menses pleni continuentur, modo duo cavi. Atqui nunquam in anno menses pleni sunt pauciores quatuor, neque plures octo. Cum vero mensis ex tabularum ratione fiat uno die longior, itidem; ut si hoc idem fiat ex visione lunæ novæ, celebratur illud menstruæ intercalationis sacrum epulare, de quo in tertio hujus disputationis capite disseruimus.

§. X. Quod autem in digestis Talmudicis passim ea scripta sint, quæ declarant abs senatu Hierosolymitano ad rationem tabularum finiri tempora, huic eidem ab ipso Mose datam esse copiam, ac concessam facultatem instituendi menses plenos & cavos; item aliquando cavos ab eo menses in annum insertos esse novem, aliudve horum simile, id ita interpretandum est, dum luna suo tempore non conspiceretur.

§. XI. Et quod sapientes dixerunt necessitatis ergo mensem constitui plenum, quodque ex tabularum ratione tum senatus menses cavos & plenos alternabat, tum idem duos continuabat menses vel plenos, vel cavos, sola hæc causa erat, quod luna nova suo tempore visa non fuerit. Etenim suo tempore si apparuisset, nempe ubi aperiebatur continuo post ejus cum sole conjunctionem, ibi vero calendæ consecrabantur usque.

Vide Capitis tertii articulum 17.

§. XII. Quæ quidem ita fuerant cum esset apud Hierosolymam senatus ille, qui in tempore finiendo lunæ novæ visionem sequeretur. Nunc vero finitur ex hac tabularum ratione, quæ per omnes omnino Judæos pertinuit, sic, ut disputationibus in istis disseruimus.

§. XIII. Explanatum est in iis libris, qui sunt de Astrologiæ & Geometriæ ratione, quemadmodum luna cum se aperiat in Judæa, in omnibus etiam, quæ ad occidentem Judææ sunt ex adverso, regionibus itidem aperiatur. Si vero subducta ratione cognoscatur lunam in Judæa occultatum iri, fieri tamen potest,

ut

שיראה במדינות אחרות שהן למערב ארץ ישראל ומכוונות כנגדה לפיכך אם ראיה הירח במדינה שהיא למערב ארץ ישראל אין בזה ראיה שנראה הירח בארץ ישראל.

יד אבל אם לא יראה הירח בראש ההרים במדינה המערבית ומכוונות כנגד ארץ ישראל בידוע שלא נראה בארץ ישראל.

טו וכן אם לא יראה הירח בארץ ישראל בידוע שלא נראה בכל מדינות העולם שהן למזרח ארץ ישראל ומכוונות כנגדה ואם יראה בארץ ישראל איפשר שיראה במדינות מזרחיות ואפשר שלא יראה לפיכך אם יראה במדינה שהיא למזרח ארץ ישראל ומכוונה כנגדה בידוע שנראה בארץ ישראל ואם לא נראה במדינה המזרחית אין בזה ראיה אלא איפשר שיראה בארץ ישראל.

יו וכל אלו הדברים כשהיו במדינות שבמערב ושבמזרח מכוונות כגון שהיו נוטות לצפון העולם משלשים מעלות עד חמש ושלשים מעלות אבל אם היו נוטות לצפון יותר מזה או פחות משפטים אחרים יש להן שהרי אינן מכוונות כנגד ארץ ישראל ודברים אלו שבארנו בערי מזרח ומערב אינן אלא להגיד כל משפטי הראיה להגדיל תורה ולאהדירה לא שיהיו בני מזרח או בני מערב סומכין על ראיית הירח או תועיל להם כלום אלא לעולם אין סומכין אלא על קידוש בית דין שבארץ ישראל כמו שבארנו כמה פעמים.

ut in regionibus, quæ ſunt e regione Judææ ad occidentem, conſpiciatur. Ita fit, ut ſi qua in provincia ad occidentem Judææ ſita luna nova conſpecta ſit, (*a*) inde concludi non poſſit, lunam in Judæa perinde conſpectum iri.

§. XIV. Recte autem poſſit effici lunam naſcentem in Judæa non cerni eo, quod ne ſummis quidem cernatur e montibus ejus provinciæ, quæ eſt e regione Judææ ad occidentem.

§. XV. Item conſtat lunam novam, in Judæa cum occultetur, in nullis omnino regionibus iis, quæ ſunt ad orientem e regione Judææ, aperiri. Cum autem in illa ſe aperiat, poteſt; ut in his aperiatur, & non aperiatur. Unde ſi in regione aliqua, quæ Judææ reſpondet in orientis partibus, luna conſpiciatur, dubium nullum eſſe poteſt, quin itidem in Judæa conſpiciatur. Et cum non aperiatur in regionibus illis quæ ſunt ad orientem contra Judæam, nihil inde ſequitur: etenim fieri poteſt, ut in Judæa tamen aperiatur.

§. XVI. Sic ſe habent illæ regiones in orientis & occidentis partibus ſitæ, ſi modo ſint e regione Judææ: dum videlicet in mundi partem aquilonarem vergunt a gradu triceſimo ad quintum & triceſimum. Quæ regiones autem magis aut minus ſunt ad ſeptentriones inflexe, earum alia ratio eſt, quippe quæ e regione Judææ non ſunt. Jam quæ diximus de his, quæ ſunt ad orientem & ad occidentem ex adverſo Judææ regiones, eo diximus, ut omnia paterent, quæ ſpectarent ad lunæ contemplandæ rationem, ut amplificaretur doctrina legis, ac corroboraretur. Neque enim illarum incolæ regionum ad lunæ viſionem menſes finiebant ipſi, vel ex ea re quidquam capiebant commodi: Omnes enim in calendis celebrandis ad conſecrationem ejus, qui erat in Judæa, ſenatus ſe dirigebant, ut ſæpe dictum eſt.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

(*a*) *Inde concludi non poſſit*, *&c.* Editiones variant hoc loco: nam in recentiori legitur, אין בזה ראיה שלא יראת בארץ ישראל אלא אפשר שנראה הירח בארץ ישראל: Quod eſt, Inde concludi non poſſit lunam in Judæa non iri conſpectum; ſed enim fieri poteſt, ut in Judæa etiam cernatur: at hoc utpote ſententiæ contrarium mendoſum eſt: in antiquioribus autem editionibus correcte legitur, אין בזה ראיה שנראה הירח בארץ ישראל, id eſt, Inde concludi non poſſit lunam in Judæa perinde conſpectum iri.

CA-

פרק תשעה עשר

א לפי שאמר חכמים שבכלל דברים שהיו בודקין בהן את העדים אומרין להן להיכן היה הירח נוטה כשר בעיני להודיע דרך חשבון דבר זה ואין אני מדקדק בו לפי שאינו מועיל בראייה כלל ותחלת חשבון זה לדעת נטיית המזלות תחלה.

ב העגולה שהיא עוברת במחצית המזלות שבה מהלך השמש אינה עוברת באמצע העולם מחצי המזרח לחצי המערב אלא נוטה היא מעל הקו השוה המסבב באמצע העולם כנגד צפון ודרום חציה נוטה לצפון וחציה נוטה לדרום.

ג ושתי נקודות יש בה שפוגעת בהן בעגולת הקו השוה המסבב באמצע העולם הנקודה האחת ראש מזל טלה והנקודה השנייה שכנגדה ראש מזל מאזנים ונמצאו ששה מזלות נוטות לצפון מתחלת טלה עד סוף בתולה וששה נוטות לדרום מתחלת מזל מאזנים עד סוף מזל דגים.

ד ומראש מזל טלה יתחילו המזלות לנטות מעט מעט ולהתרחק מעל הקו שהיה כנגד הצפון עד ראש סרטן רחוק מעל הקו השוה לרוח הצפון שלש ועשרים מעלות וחצי מעלה בקירוב ויחזרו המזלות להתקרב לקו השוה מעט מעט עד ראש מאזנים שהוא על הקו השוה ומראש מאזנים יתחילו לנטות ולהתרחק כנגד רוח דרום עד ראש גדי ויהיה ראש גדי רחוק מעל הקו השוה לרוח דרום שלש ועשרים מעלות וחצי מעלה ויחזרו המזלות להתקרב מעט מעט כנגד הקו השוה עד ראש הטלה.

ה נמצא ראש טלה וראש מאזנים מסבב על הקו השוה ולפיכך כשתהיה השמש בשני ראשים אילו לא תהיה נוטה לא לצפון ולא לדרום ותזרח בחצי מזרח ותשקע בחצי מערב ויהיה היום והלילה שוין בכל הישוב.

CAPUT XIX.

§. I. Quoniam voluerunt sapientes, ut ex nunciis lunæ novæ, cum examinarentur, inter alia permulta, quæreretur etiam quam in mundi partem inflexa luna esset, visum est nobis hanc quoque rationem explicare. Verum de eo, quoniam ad lunæ visionem perspiciendam nihil conducit, non tam accurate quidem & exquisite disputabimus: sed ante quam ad planetarum veniamus inflexiones, pauca quædam de signorum inclinatione dicenda sunt.

§. II. Linea illa media orbis signiferi, quam sol lustrat, non est ea, quæ medium mundum ab oriente ad occidentem ambiat, id quod efficit æquinoctialis circulus, a quo discedit illius dimidia pars ad aquilonem, dimidia ad austrum.

§. III. Duobus autem locis illum, qui ab oriente ad occidentem mundum medium complectitur, circulum æquinoctialem contingit: quorum alter est ad Arietis introitum, alter ejus e regione ad introitum Libræ. Igitur signorum illa sex, quorum primum Aries, extremum est Virgo, vergunt ad septentriones, & ad meridiem sex ista, quorum Libra prima est, Pisces ultimi.

§. IV. Atque ab æquinoctiali circulo signa paulatim declinant ad septentriones ab Arietis initio ad Cancri principium, quod ipsum ad aquilonarem mundi partem versus distat ab æquatore gradus tres & viginti, & dimidiatum fere gradum. Rursum a capite Cancri signa sensim inflectuntur ad æquatorem usque ad principium Libræ, quod in ipso insistit æquatore. Ab principio autem Libræ usque ad initium Capricorni signa sic ab æquatore recedunt in australem mundi partem, uti tandem Capricorni principium ad austrum versus ab æquatore sit disjunctum gradus tres supra viginti, & dimidium circiter gradum. Atque ab initio Capricorni ad Arietis initium signa sensim ad æquatorem etiam accedunt.

§. V. Quoniam igitur principium Arietis & Libræ in ipso insistit æquatore, sequitur, cum ad alterutrum sol commearit, illum neque in mundi plagam australem, neque in aquilonarem inclinare: sed his duabus mundi partibus interjectum medium oriri & obire: ut in omnibus, quæ habitantur, terris dies & noctes inter se sint æquales.

§. VI.

ו הרי נתברר לך שכל מעלה ומעלה ממעלות המזלות נוטה לצפון או לדרום ויש לנטייתה שיעור ורוב הנטייה לא תהיה יותר על שלשה ועשרים מעלות וחצי בקירוב.

ז ואלו הם השעורים של נטיות לפי מניין המעלות של מזלות וההתחלה מתחלת מזל טלה עשר מעלות נטייתם ארבע מעלות עשרים מעלות נטייתם שמנה מעלות שלשים מעלות נטייתם אחת עשרה מעלות ומחצה וארבעים מעלות נטייתם חמש עשרה מעלות חמשים מעלות נטייתם שמנה עשרה מעלות ששים מעלות נטייתם עשרים מעלות שבעים מעלות נטייתם שתים ועשרים מעלות שמנים מעלות נטייתם שלש ועשרים מעלות תשעים מעלות נטייתם שלש ועשרים מעלות וחצי מעלה.

ח ואם יהיו אחדים במניין תקח להם מנתם מבין שתי הנטיות כמו שבארנו בשמש ובירח כיצד חמש מעלות נטייתם שתי מעלות ואם היה המניין שלש ועשרים נטייתם תשע מעלות ועל דרך זו בכל האחרים שהן העשרות.

ט ומאחר שתדע הנטייה של מעלות מאחר עד תשעים תדע נטייתם כולן כדרך שהודענום ברוחב הירח שאם היה המניין יותר על תשעים עד מאה ושמנים תגרע אותו ממאה ושמנים ואם היה יותר על מאה ושמנים עד מאתים ושבעים תגרע ממנו מאה ושמנים ואם יהיה יותר על מאתים ושבעים עד שלש מאות וששים תגרע אותו משלש מאות וששים והנשאר תדע נטייתו והוא נטיית אותו המניין שבידך בלא גרעון ולא תוספת.

י אם תרצה לידע כמה מעלות הוא הירח נוטה מעל הקו השוה כנגד צפון העולם או כנגד דרום העולם תדע תחלה כמה נטיית המעלה שהיא מקום הירח האמתי ולאיזה רוח היא נוטה לצפון או

§. VI. Ex his igitur videre licet ſignorum unumquemque gradum aut ad ſeptentriones inclinatum eſſe, aut ad meridiem; ita, ut ſuum quæque habeat inflexio modum alia majorem, alia minorem, nec excedat vigeſimum tertium & dimidium fere gradum, cum ſit quam maxima.

§. VII. Sic igitur res eſt, modum amplificat graduum multitudo, & numerandi capitur initium ab Ariete. Gradus autem decem habent inflexionem quatuor graduum: viginti gradus inflexionem altero tanto majorem. Habent triginta gradus inflexionem undecim graduum & ſemiſſis: quadraginta, inflexionem quindecim graduum: quinquaginta, duodeviginti graduum: ſexaginta, graduum viginti: ſeptuaginta graduum inflexio duobus iſtam gradibus ſuperat: hanc etiam inflexio graduum octoginta ſuperat uno gradu: porro nonaginta graduum inflexio dimidio gradu major eſt iſta.

§. VIII. Quod ſi decadibus unitates adjunctæ ſunt, earum portionem ex eo, quod inter duas inflexiones proximas intercedit, inflexionis diſcrimine collegeris eodem modo, atque in ſolis & lunæ ratione docuimus. Exempli cauſa quinque gradus inflexionem habent duorum graduum; itaque tres & viginti gradus habent inflexionem novem graduum. Similis eſt ratio reliquarum (*a*) decadibus adjunctarum unitatum.

§. IX. Utque graduum inflexionem noris a primo ad nonageſimum, omnino graduum inflexionem cognoveris item, ut & de lunæ latitudine diſſeruimus. Cum enim gradus ſunt plures, quam nonaginta, idque uſque ad centum & octoginta, graduum numerus eſt de centum & octoginta eximendus. Nam ſi ſint plures, quam centum & octoginta gradus idque ad ducentos & ſeptuaginta, ex eorum numero demendi ſunt gradus centum & octoginta. Si graduum numerus ſuperat etiam ducentos & ſeptuaginta, uſque ad trecentos & ſexaginta, eorum numerum ex trecentis & ſexaginta detrahetur: tum facile erit reliquorum cognoſcere graduum inflexionem, quæ eadem ſine ulla aut acceſſione, aut deceſſione, inflexio eſt ejus numeri, de quo quæritur.

§. X. Si quis igitur ſcire expetit quot gradus ab æquatore ſit inflexa luna vel ad aquilonarem mundi partem, vel ad auſtrum, primum id quærat, quænam ſit inflexio gradus ejus, in quo lunæ curſus verus volvitur, & quam in partem mundi ſit converſa ad ſeptentriones,

לדרום ותחזור ותחשוב ותוציא רוח הירח הראשון ותראה אם הוא צפוני או דרומי אם נמצאו רוחב הירח ונטיית מעלתו ברוח אחת כגון שהיו שניהם צפונים או דרומיים תקבץ שניהם ואם נמצאו בשתי רוחות כגון שהיה האחד דרומי והאחד צפוני תגרע המעט משניהם מן הרב והנשאר הוא מרחק הירח מעל קו השוה באותה הרוח שהיה בה הרב בשניהם.

יא כיצד באנו לידע כמה הירח נוטה מעל הקו השוה בלילי הראיה שהוא שני לחדש אייר משנה זו וכבר ידעת שמעלת הירח היה תשע עשרה ממזל שור נטייתה בצפון כמו שמנה עשרה מעלות ורוחב היה בדרום כמו ארבע מעלות תגרע המעט מן הרב ישאר ארבע עשרה מעלות ונמצא הירח רחוק מעל הקו השוה ארבע עשרה מעלות לרוח צפון שהרי המנייז הרב שהוא שמנה עשרה מעלות היה צפוני וכל חשבון זה בקרוב בלא דקדוק לפי שאינו מועיל בראיה.

יב אם תרצה לידע לאיזו רוח מרוחות העולם יראה הירח נוטה, תחשוב ותדע מרחקו מעל הקו השוה אם יהיה על הקו השוה או קרוב ממנו בשתים או שלש מעלות בצפון או בדרום יראה מכוון כנגד אמצע מערב ותראה פגימתו מכוונת כנגד מזרח העולם בשוה.

יג ואם יהיה רחוק מעל הקו השוה לצפון העולם יראה בין מערב העולם ובין צפונו ותראה פגימתו נוטה מכנגד מזרח העולם כנגד דרום העולם.

יד ואם יהיה רחוק מעל הקו השוה לדרום העולם יראה בין מערב העולם ובין דרומו ותראה פגימתו נוטה מכנגד מזרח העולם כנגד צפון העולם ולפי רוב המרחק ולפי רוב הנטייה.

טו ומחקירת העדים שאומרים להם כמה היה גבוה ודבר זה יודע מקשת הראיה שבזמן שתהיה קשת הראיה קצרה יראה הירח כאילו הוא קרוב מן הארץ ובזמן שתהיה ארוכה יראה גבוה

nes, an ad meridiem: deinde lunæ latitudinem primam videat quanta ſit & qualis, an aquilonaris, an auſtralis: tum ſi latitudo lunæ prima, & ejus, in quo volvitur lunæ curſus verus, gradus inflexio vergit in eandem mundi partem vel aquilonarem, vel auſtralem, ſimul agregentur; ſin autem altera in ſeptentriones, altera ſit in meridiem conversa, harum minor e majori eximatur. Ac tum demum quod ſupererit ſpatium, id omnino luna ab æquatore eſt inflexa in eam mundi partem, in qua major illarum fuit inventa.

§. XI. Quæratur igitur quantum ab æquatore converſa luna eſſet epochali nocte illa ſecunda menſis Jar, præſentis hujus anni, a quo nos initium hujuſce ratiocinii repetimus. Gradum, in quo tum lunæ volvebatur curſus verus, oſtendimus ſupra Tauri fuiſſe undevigeſimum, cujus gradus inflexio quaſi duodeviginti graduum erat ad ſeptentriones verſus: lunæ vero latitudo prima graduum fere quatuor erat, eaque auſtralis. Itaque ſi de majori numero minor eximatur, reliqui fient gradus decem & quatuor. Tantum videlicet erat tum ab æquatore inflexa luna ad ſeptentriones, ſiquidem in ea parte mundi ſita erat illa inflexio duodeviginti graduum, qui numerus duorum major erat. Sed hæc quidem ratio, quoniam ad lunæ viſionem perſpiciendam nihil juvat, non eſt accurate inita & ſubducta.

§. XII. Jam ſi quis ſcire velit, lunæ quorſum erunt obverſa cornua, ſitum ejus etiam ad æquatorem comparet. Nam ſi luna aut in ipſo inhæreat æquatore, aut ab eo duos omnino, treſve gradus abierit ad ſeptentriones, vel ad meridiem, e regione medii occidentis collocata eſſe videbitur, & ejus cornua ſolis ipſum ad ortum converſa.

§. XIII. Sin autem ab æquatore longius receſſerit ad ſeptentriones, videbitur inter occidentem & ſeptentrionem eſſe ſita, & ejus cornua ab oriente inclinata in meridiem.

§. XIV. Sin ab æquatore ſit remota procul ad auſtrum verſus, inter occidentem & meridiem ſita videbitur, & ejus cornua ab oriente ad ſeptentriones inflexa, pro magnitudine ejus ab æquatore diſtantiæ atque inflexionis.

§. XV. Atque ex his, qui de luna naſcente renunciarent, tentandæ fidei cauſa, quærebatur etiam & illud, luna quam alte ferebatur. Id cognoſcitur ex *arcu viſionis*, qui ſi brevior eſt, curſus lunæ propius a terra volvi, ſi longior, luna moveri videtur altius. Ut enim

מעל הארץ ולפי ארך קשת הראייה לפי גובהו מעל הארץ בראיית העינים.

יו הרי בארנו חשבונות כל הדרכים שצריכין להם בידיעת הראייה ובחקירת העדים כדי שיהיה הכל ידוע למבינים ולא יחסרו דרך מדרכי התורה ולא ישוטטו לבקש אחריה בספרים אחרים דרשו מעל ספר חמשה וקראו אחת מהנה לא נעדרה.

visionis arcus longus est, ita lunam oculi altam a terra percipiunt.

§. XVI. Explicatæ sunt rationes omnes, quæ requiruntur ad perspiciendam lunæ visionem, & interrogandos eos, qui veniebant lunæ nuncii sic, ut intelligentibus hæc omnia promta sint, & aperta. Etenim nulla prorsus doctrinæ ratio a Lege nostra excluditur. Ut igitur hæc de luna doctrina percipiatur, confugiendum est non ad alienorum hominum monumenta, sed ad hunc librum divinum: ille, ille lectitandus est; nihil enim in eo desideratur.

NOTÆ IN CAPUT DECIMUMNONUM.

(a) *Decadibus adjunctarum unitatum*. Hic in editione recentiore correcte legitur האחרים שהן עם העשרות In antiquioribus autem editionibus vox עם desideratur.



CHRI-



CHRISTOPHORI LANGHAUSEN
DISSERTATIO
DE
MENSE VETERUM HEBRÆORUM LUNARI.

§. I. VEterum Hebræorum menses lunares, aut temporis articulos a lunæ cursu mensos, dum conamur exponere; ante omnia eosdem Hebræis antiquis in usu fuisse dabimus evictum. Non quidem in hac probatione ad ipsa Patriarcharum tempora retrogredi licet: quoniam hic pleraque tam sunt incerta, ut vix quidpiam definiri queat, ceu data occasione §. XVI. ostendemus. Nec movebimus litem iis, qui in contractibus, Pactis, re nuptiali, puerperio, ablactatione &c. menses 30. dierum sequioribus quoque temporibus Judæis adscribunt. Quam sententiam amplectuntur *JOHANNES SELDENUS de Anno Civili Veterum Judæorum cap. I. JOHANNES MARSHAMUS in Canone Chronico p. m.* 190. *FRIDERICUS SPANHEMIUS in Chronol. Sacra par.* 1. *cap.* 10. & alii. Certum tamen esse statuimus, post datam Mosi legem, si non in aliis negotiis, ad minimum in Ecclesiasticis & festis determinandis lunares menses obtinuisse. Quod & hi ipsi Autores non diffitentur.

§. II. Quod circa tempora Maccabæorum & postea menses lunares habuerint Hebræi, claris verbis indicat *SYRACIDES cap.* 43. *vers.* 6. Σελήνην, inquit, ἐποίησεν εἰς ἀνάδειξιν χρόνου καὶ σημεῖον αἰῶνος. Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς. *Lunam fecit ad determinandum tempus, & in signum temporis; a luna signum festi.* Nec minus eosdem confirmat *PHILO lib. III. de vita Mosis pag.* 686. Quando de Paschate verba faciens dicit: τῷ μηνὶ τούτῳ περὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν μέλλοντος τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου γίνεσθαι πλησιφαοῦς ἄγεται τὰ διαβατήρια δημοφανὴς ἑορτὴ τὸ Χαλδαϊστὶ λεγόμενον πάσχα. *Mense hoc circa decimum quartum diem, quando lunæ orbis plenus fulget, celebratur festum Transitus, festum, quo populus congregatur, Chaldaice Pascha dictum.* Cum quibus conveniunt, quæ *JOSEPHUS habet lib. III. Antiquit. cap.* 10. quando Pascha celebrari scribit. Τῷ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος. *Mense Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, & anni est Principium, luna quarta decima sole arietem obtinente.* Quæ tam clara sunt, ut circa tempora horum scriptorum menses lunares Hebræis in usu fuisse, nemo dubitet.

§. III. Antiquioribus autem ſeculis, num ii locum habuerint, diſputatum fuit a *JOHANNE KEPLERO in Eclogis Chronologicis pag. 93.* qui non, niſi cum Judæa eſſet ſub Præfectura Cœleſyriæ & Phœnicis, in menſurando tempore lunæ fuiſſe habitam rationem apud Judæos, ut morem Dominorum vicinorumque ſequerentur, probare conatur. Duplici vero inprimis nititur fundamento Keplerus. Initio provocat ad Eſaiæ cap. 47. verſ. 13. ubi Chaldæi reprehenduntur, quod inter ipſos fuerint, qui *contemplati ſint ſidera, & ſupputaverint menſes;* ut inde annunciarent futura. Hinc, dicit vero ſimile fieri, Judæos tunc non ſupputaſſe *curſum lunæ*, ne ſpeciem in ſe admitterent hujus augurii cœleſtis tantopere prohibiti. Verum ſi dicendum, quod res eſt, Achilles hic minus firmo ſtat talo. Primo nimirum moneri poteſt, quod in textu Hebræo nullius menſium ſupputationis explicite injiciatur mentio. Verba enim hæc ſunt: יעמדו נא ווּשיעך הברו שמים החזים בכוכבים מודיעים לחרשים מאשר יבואו עליך: Quæ ex mente *SEBASTIANI SCHMIDII in Comment. in h. l.* ita vertenda ſunt: *Stent nunc & ſervent te ſpeculantes cœlum, contemplantes ſtellas, divinantes in menſes* (ſervent inquam te) *ab illis quæ ventura ſunt ſuper te:* Poſito tamen quod explicatio quam ſibi finxit *KEPLERUS*, ſit admittenda non difficulter tamen hoc fundamentum evertitur. Probe novit Autor, quod contemplatio ſiderum abſolute in Chaldæis reprehendi non potuerit. Nam quis quæſo concederet, quod ſiderum contemplatio crimen quoddam involvat? Niſi cum *CHRISTIANO HUGENIO in Coſmotheoro Lib. II.* velimus ſtatuere multoties mille terras, quibus quælibet ſtella fixa Solis inſtar luceat, nulla poterit dari ratio, cur Deus tam ingentia corpora, qualia quidem cœleſtia eſſe conſtat, crearit, niſi hæc unica, ut homines Potentiam Dei ex conſideratione ſiderum diſcerent, quomodo itaque ſiderum contemplatio Chaldæis exprobrari potuit? Novit inſuper, quod ſupputatio menſium vitio verti nequeat. Etenim חרשים qualeſcunque demum fuerint, Hebræis Deo adprobante in uſu fuiſſe nemo negare poterit. Si enim ipſis juſſu divino fuit החרש הראשון Exod. 12. etiam alios habuerunt, quorum reſpectu ille *primus* dictus eſt. Adeoque certum eſt, quod & ipſe Autor non diffiteri videtur; quod Deus per Prophetam nil niſi vanam Chaldæorum Aſtrologiam reprehenderit: qua etiam contingentia, quæ citra peculiarem revelationem ſcire, Deus ſibi ſoli reſervavit, prædicere annisi ſunt, & quod contemplatione ſiderum ipſius etiam lunæ ad peſſimum hoc inſtitutum abuſi fuerint. Omnis proinde Kepleriani argumenti nervus hic eſt: *Si Chaldæi contemplatione ſiderum in ſpecie lunæ abuſi ſunt ad aſtrologicas vanitates*, ſequitur *Judæos*, ut Aſtrologiæ vanæ ſpeciem in ſe non admitterent, *ad* ſidera, in ſpecie *lunam*, omnino *non attendiſſe*, adeoque nec menſes lunares habuiſſe. Verum quam infirma hæc ſit conſequentia, quivis videt. Si omne illud, quo alii abutuntur, intermittendum eſt, niſi ſpeciem mali in nos admittere volumus: facile artes bonæ plurimæ, ſi non omnes, exulabunt. Cum tamen potius obtinere debeat Regula multoties a viris doctis inculcata: *Tollatur abuſus, & maneat uſus.* Certe ſi quidpiam ob ſpeciem mali intermittendum eſt, cum malo ipſo tantum non indiſſolubili vinculo debet eſſe copulatum. At vero conſiderationem ſiderum, in ſpecie lunæ, & Aſtrologiam judiciariam ita non cohærere, vel inde patet, quia tantum non omnes in Germania, Anglia, Gallia Aſtronomi celeberrimi, qui hodie florent, ſollicitius, quam vix unquam factum, cœlum contemplantur; Quos tamen Aſtrologicæ vanitatis vel mentionem injeciſſe tædet. Conf. *SIGISMUNDUS SCHMIDERUS Diſſertatione de Aſtrologia Judiciaria*. Lipſ. Anno 1709. habita.

§. IV. Alterum Keplero argumentum ſuppeditavit prohibitio iſta, qua Deus ſolem, lunam & ſtellas adorare vetuit *Deut.* 17. verſ. 3. Inde enim vero ſimile eſſe concludit, Judæos, ne lunam in vetito honore habere viderentur, nulla in novilunio feſta celebraſſe adeoque nec menſes lunares habuiſſe. Veram & huic dubio facile ſatisfiet. *JOHANNES SPENCERIS de legibus Hebræorum ritualibus lib. I. cap. VI. ſect.* 3. probare conatur ſtatas Noviluniorum ſolennitates *Idololatriæ* paſſim graſſanti potius *viam obſtruxiſſe;* quatenus officiis Sacris deſtinatæ Iſraelitas occupatos detinerent; quo minus gentilium Sacris & feſtis in Novilunio celebratis intereſſe poſſent; quo pacto argumentum Keplerianum facile inverti poſſet. Verum cum hæc Spenceri aſſertio nitatur hypotheſi, quod *lex ritualis præcipue in remedium Idololatriæ* tradita ſit; Vid. *lib.* 1. *c.* 1. *ſect.* 2. hanc autem viri docti dudum profligarint, quos magno numero citat *ZACHARIAS GRA-*

PIUS in Theologia recens controversa absoluta Cap. 4. quæst. 3. ∞ non deveniemus. Respondemus potius, quod sicut in hunc usque diem festum Novi anni celebramus, quando Sol post solstitiam hybernum sensibiliter ascendere incipit: nec tamen quispiam nos propterea *Idololatriæ* accusat, quasi solem colamus; Similiter etiam asseverare liceat, Judæos circa Novilunium neomenias suas celebrasse sine ulla Idololatrici cultus lunæ exhibiti specie.

§. V. Nec tantum *KEFLERUS* antiquissimis temporibus Hebræorum menses fuisse lunares negat, sed etiam eorundem veritatem suspectam reddere conatur *JOHANNES JACOBUS HAINLINUS in scripto* contra *FRANGKENBERGERUM* sub nomine *Vindiciarum* edito. Etenim *pag. 29. & 30.* mysticam tempora dimetiendi rationem Judæis attribuit, & menses 49. dierum iis videtur adscribere. Hæc enim habet: *Ipse vero Deus cum etiam majora temporum metiendorum systemata condere vellet; excepto eo, quod etiam Dies usurpavit, a cœli motu primo dependentes, in cæteris motum Solis prorsus neglexit, & ad septenarium numerum sese convertit, hebdomademque constituit 7 dierum, cujus septimum diem sacrum esse voluit, procul dubio inter alias & hanc ob causam, ut septenarium numerum etiam nobis commendaret. Cum autem animadverterem Deum non tantum hebomades dierum, sed etiam annorum instituisse, nempe periodum Sabbathicam, & progressione Geometrica hanc iterum per 7. multiplicasse atque Periodum Jubilæam introduxisse. Insuper in maximo incarnationis filii sui mysterio Dan. IX. vers. 24 per solas annorum hebdomades tempora metiri. Quid si, cogitabam, Deus in hac progressione ad primum suum dictum systema hebdomadem scilicet respexisset? Et proinde morem hunc Dei imitari volens, ab hebdomade dierum 7 per progressionem Geometricam ascendi ad 49. 343 2461. 16807. 117649. &c.* Pag. 49. rationem subjungit, cur menses lunares non obtinuisse ipsi videatur, nempe, quia nescimus tabulas juxta quas Moses, Josua, & seniores Israelitarum menses determinarunt, & spatium eorum menstruum ignoramus. At vero mysteriosi ejus menses nullo nituntur fundamento, adeoque ea facilitate qua asseruntur, etiam rejiciuntur. Ratio autem, quam contra menses lunares profert nihil quidpiam in recessu habet. Nam (1) Posito, quod ignoraremus, quomodo veteres Hebræi menses juxta lunam determinaverint, nondum tamen opus esset omnino negare, eos menses juxta lunam dispofuisse. (2) Hypothesin ejus, quod ignoremus spatium menstruum veterum Hebræorum quælibet ferme pagina hujus dissertationis refellet. Conf. *ÆGIDIUS STRAUCHIUS in Dissert. de Anno Hebræorum Ecclesiastico*, quam exhibet *THOMAS CRENIUS in Fascic. I. Dissertationum Philologico-Historicarum*.

§. VI. Eorum autem sententia, qui etiam antiquioribus temporibus, minimum a tempore Mosis, lunares menses Hebræis in usu fuisse dicunt, evidenti nititur scripturæ testimonio, quod ex Ps. 104. v. 19. depromitur: עשה ירח למועדים Fecit lunam pro temporibus statutis, i. e. *pro festivis solennitabus*. Quomodo e. g. Ezech. 46. vers. 9. dicitur. Quando ingreditur populus in conspectum Domini במועדים Conf. *B. GEJERUS* ad h. l. Ex quo itaque fuerunt festivæ solennitates, eo ipso tempore *ad luna cursum eæ fuerunt ordinatæ*: quod volumus. Unde non infrequens Rabbinis, ut dicta Scripturæ, quæ de mensibus tunc usitatis loquuntur, de mensibus lunaribus explicent. Ita enim *MAIMONIDES* in Hilcoth Riddusch Hachodesch cap. I. חרשי השנה הם חרשי הלבנה שנאמר עולת חרש בחרשו ונאמר החרש הזה לכם ראש חרשים *Menses cujuslibet anni sunt menses lunares, sicut dicitur: Holocaustum menstruum sub novilunium suum Num. 27. vers. 4.* item: *Hic Mensis esto vobis initium mensium Ex. 12 a. 2.* Similiter *ABEN- EZRA locum Levit. 25. v. 19.* explicaturus scribit: חרשינו הם ללבנה *Menses nostri ad lunæ cursum diriguntur*. Et *R. ISAAC BEN ARAMA* postquam in עקרת יצחק *fol. 14. b.* dixerat, mensuram anni in lege præscriptam tam prædiis rusticis, quam urbanis præfixam, anno Sabbathico & Jubilæo competentem esse 365. dierum; rationem festorum juxra legem subjungit, eaque secundum menses lunares ordinari debere dicit: בגלגל inquit, המיוחד תנועתה תושלם בעשרים ותשעה יום ומחצה ושבע מאות וחמשים ושלשה חלקים והרי הוא מדת החורש הנזכר בתורה לקביעות המועדים בחרש הראשון באחר לחרש בארבעה עשר לחרש *Motus ejus* (Lunæ) *in circulo suo absolvitur viginti novem diebus & dimidio, atque septigentis quinquaginta tribus minutis. Et hæc est ratio mensis, cujus mentio fit in lege, ad determinanda tempora statuta, mensem primum, neomeniam, & diem decimum quartum Mensis.*

§. VII.

§. VII. Est autem *mensis lunaris* præcipue triplex, vel *periodicus*, quem definit lunæ motus ab uno Zodiaci loco ad eundem; vel *synodicus*, quem determinat lunæ motus a conjunctionem, vel tandem *primæ phaseos*, quem Motu lunæ a loco primæ phaseos ad primæ phaseos locum metitur. Mensem veterum Hæbræorum Lunarem quod attinet, eum juxta primam phasin fuisse definitum, ni fallor, omnis loquitur antiquitas. *PHILO Judæus in lib. de Septenario & festis p.* 1189. scribit: Νεμηνίᾳ ἄρχεται φωτίζειν αἰσθητῷ φέγγει σελήνην ἥλιος. *Neomenia Sol incipit collustrare lunam sensibili splendore. CLEMENS Alexandrinus libr. 6. Stromatum* exhibet concionem *PETRO APOSTOLO* tributam, quam licet Petro ex mente Criticorum tribuenda non sit, antiquissimam tamen esse vel inde patet, quod ipso Clemente, qui vix centum annis Apostolorum temporibus fuit inferior, tanto est antiquior, ut verum autorem ignoret. Ubi de Judæis dicitur: Καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, οὐ δὲ νεομηνίαν ἄγουσιν. *Nisi apparuerit luna, non celebrant Sabbathum, quod dicitur primum, nec Neomeniam celebrant. In Codice Rosch Haschana*, Autor idem ferme per totum tractatum, ut notum & certum sumit; seu ex testimoniis postea citandis clarum erit. *Nec MAIMONIDES in Hilkoth Xiddusch Hachodesch* aliter nobis menses veterum Hebræorum proponit; sed *cap.* 1 §. 3. scribit: ובליל שתראה במערב אחר שנסתרה הוא תחלת החדש *Et in nocte, qua hactenis inconspicua in occidentali plaga denuo apparet* (luna) *est initium mensis*. Eadem de mense lunari est scripturariorum sententia. Unde *ELIAH BEN MOSEH* Judæus scripturarius, cujus, ex receptissimis scripturariorum sententiis desumti Tractatus & in סדרים distributi, quædam e MSto nobis communicavit *JOHANNES SELDENUS* tractatu *de anno Civili veterum Judæorum*, ita scribit: תחלת החדש הוא משעה שתראה הלבנה אחרי בא השמש *Neomeniæ initium est a tempore, quo conspicitur luna post Solis occasum*. Confirmat hanc sententiam ipsa vox Hebræa, qua non tantum Mensis, sed in specie Neomenia designatur: חורש a חדש quod *innovare* notat. Sic enim *R. JACOB ABENDANA in Exod.* 19. *v.* 1. הנה חודש יאמר בשני פנים האחד על הזמן אשר מחדש לחדש כמו חודש ימים והשני על היום הראשון מהחודש כמו חדש מחר. *Ecce* חודש *dupliciter accipitur, primo quidem de tempore, quod est inter mensem & mense uti:* חדש ימים *Gen.* 29. *vers.* 14. *secundo de die primo mensis, quemadmodum:* חודש מחר 1. *Sam.* 20. *v.* 5 Cur autem primus in mense dies dicatur חודש nulla dabitur commodior ratio, quam quæ a *KIMCIO* ex hypothesi de mense primæ phaseos suppeditata est *in libro Radicum* ונקרא החודש בזה על חדוש הירח שמתחדש בו *Et vocatur ita Neomenia, ab innovatione lunæ, quæ in ea innovatur.*

§. VIII. Si Judæis credimus, non tantum, certum est, menses lunares Veterum Hebræorum juxta primam phasin fuisse ordinatos, sed etiam ratio ista mensium a Deo ipso iis fuit injuncta. Scripturarius Judæus *AHARON BEN ELIJAHU in Sepher Hammizvoth*, quod MStum in instructissima Magnifici *DANZII*, Præceptoris mei devoto semper affectu venerandi, Bibliotheca asservatur, *Tractat. de Mensibus cap. Ommam Hannimschachim* ex *Genes.* 1. *vers.* 14. menses primæ phaseos conatur deducere. Proinde hæc habet: בהתועד הירח עם השמש על ידי האור כנגד המבט יהיה הבדל החדש בירח שכן אמר יהי מאורות ואחר כך אמר ולמועדים *Quando conjungitur luna cum sole ita, ut lumen quoddam reflectat ad intuentem, fit distinctio mensis in Luna. Ita enim dicit* (Scriptura) *Gen.* 1. *v.* 14. *sint luminaria, & postea: Et in tempora statuta. Cap. Ommam Abenesra* ex voce חדש non probabile aliquod pro mensibus primæ phaseos nectere intendit argumentum, ut nos in §. præcedente fecimus, sed præceptum aliquod divinum de mensibus juxta primam phasin ordinandis conatur exsculpere. Unde *ABENESRAM*, qui menses primæ phaseos in lege præscribi negaverat refutaturus scribit: ואמור אברם בן עזרא כי משה רבינו לא פירש בתורה איך נקבע שנים וחדשים שקר הגיד כי הנה מלת חדש תורה איכות העניין שהוא משעת התחדש האור ללבנה *Quod dictum est ab Abenesra, quod Moses in lege non explicuerit, quomodo definire debeamus annos & menses, mendacium est: Ecce enim vocula* חדש *docet qualitatem negotii: quod sit* [*inchoandus mensis*] *ab hora; qua innovatur lumen in luna*. Quod vero scriptura non expressam contineat legem de mensibus juxta primam phasin ordinandis hanc putat esse causam, quod jam ante datam legem hujusmodi menses obtinuerint. Talmudici hanc mensium formam Mosen a Deo in monte Sinai didicisse tradunt. R. *ISAAC ABARBA-*

BANEL Comment. in Legem fol. edit. recentioris 120. *col.* 2. ita ſcribit: וחכמים זכרונם לברכה אמרו שנתקשה משה בקרוש החרש עד שהראהו הקרוש ברוך הוא הלבנה בחרושה בראש חרש ניסן שרצו בזה שהחכמה הנפלאה ההיא לא השינוה משה ואהרן מרעתם וחקירתם אלא שהיתה סור העיבור ושרשי חכמתו הלכה מסיני ודבר נבואי *Sapientes noſtri piæ memoriæ dixerunt, quod perplexus fuerit Moſes in ſanctificatione novilunii, donec monſtraverit ipſi Sanctus & benedictus Deus lunam in renaſcentia ſua in principio menſis Niſan. Quo hoc voluerunt, quod ſapientiam iſtam admirabilem non apprehenderint Moſes & Aaron ex ſua ſcientia, & perſcrutatione; ſed myſterium intercalationis & fundamenta ſapientiæ ejus fuerint traditio de Sinai, & res prophetica.* Eadem ferme habet *RASCHI* ad *Exod.* 12. *v.* 2. הראהו לבנה בחרושה ואמר לו כשהירח מתחרש יהיה לך ראש חרש ונתקשה משה על מולד הלבנה באיזו שיעור תראה ותהיה ראויה לקרש והראה לו באצבע את הלבנה ברקיע ואמר לו כזה ראה וקרש וכיצר הראהו והלא לא היה נרבר עמו אלא ביום שנאמר ויהי ביום רבר יהוה ביום צוותו מן אשר צוה יהוה והלאה אלא סמוך לשקיעת החמה נאמרה לו פרשה זו והראהו עם חשכה. *Monſtravit* (Dominus) *ipſi* [Moſi] *lunam in renovatione ejus, & dixit ipſi: Quando luna renovabitur, erit tibi principium Menſium: Sed difficultate implicatus eſt Moſes ſuper Novilunio, in qua quantitate apparere deberet, ut eſſet ſufficiens ad ſanctificandum. Ideo monſtravit ipſi velut digito Lunam in Expanſo, ac dixit ei en! qualis hæc eſt, talem conſecra, Sed quomodo monſtrare ipſi potuit? Nonne enim non ad ipſum ſermo directus eſt, niſi interdiu? quia dicitur Exod.* 6. *v.* 28. *& fuit, quo die locutus eſt Dominus*, it. *Lev.* 7. *v.* 38. *quo die præcepit ipſi*, it. *Num.* 15. *verſ.* 13. *ab ilo die, quo præcepit Dominus & deinceps. Verum prope occaſum Solis dicta eſt ipſi hæc ſectio; & monſtravit ipſi, cum tenebraſceret.* Conſentit Hebraicarum traditionum peritiſſimus *MAIMONIDES in Hilcoth Kidduſch Hachodeſc c.* 1. §. 1. הראה לו הקרוש ברוך הוא למשה כמראה הנבואה רמות לבנה ואמר לו כזה ראה וקרש *Oſtendit Deus benedictus Moſi in viſione prophetica lunæ quandam phaſin dixitque illi: Talem obſervato, & initiato.* Hauſerunt Doctores Judæi recentiores hanc doctrinam ex *Codice Menachoth fol.* 29. *a. lin.* 35. שלשה רברים היו קשין לו למשה עד שהראה לו הקרוש ברוך הוא באצבעו ואלו הן מנורה וראש חרש ושרצים i. e. *Tria fuerunt difficilia Moſi donec monſtrarat ipſi Deus benedictus digito ſuo. Nimirum Candelabrum, initium Menſis, & Reptilia.* Non movebimus litem *JOHANNI SPENCERO*, qui *de legibus Hebræorum ritualibus Lib.* 3. *cap.* 1. *ſect.* 3. ſcribit: *Cum Scriptura S. de hujuſmodi traditione vel præcepto ne verbum habeat fidei prodigus ſit, oportet, qui Rabbinis hoc aſſerentibus fidem tribuit, cum præſertim traditionum & inſomniorum ſuorum originem tam frequenter a Moſe vel Sinai ducant.* Nec improbamus obſervationem *LUDOVICI DE COMPIEGNE DE VEIL*, qui ad verba Codicis Menachoth *in Notis ad Maimonidis Hilcoth Kidduſch Hachodeſch cap.* 1. notat, quod tabernaculi & reliqui apparatus ſacri evemplar Moſi ante oculos fuiſſe in Monte Sinai, non tantum *Exod.* 25. *v.* 9. ſed & in Novo Teſtamento *Hebr.* 8. v. 5. recenſeatur: quæ autem de ſpecie lunæ Moſi objecta in Novilunio dicuntur, nullo nitantur in Scriptura teſtimonio, adeoque valde ſint incerta. Sufficit interim recenſuiſſe, quæ Hebræis Doctoribus hic ſedeat ſententia.

§. IX. Cum autem prima phaſis non eodem ſemper die redeat, quod docet experientia; non ejuſdem menſes hoſce quantitatis fuiſſe patet. Obtinuit enim hic quod *Marcobius Saturnal Lib.* 1. *c.* 15. de menſibus Romuli ſcribit: *Initium cujuſcuque menſis ex illo ſumebat die, quo novam lunam contigiſſet videri. Quia vero non continuo evenit, ut eodem die ſemper appareat, ſed modo tardius modo celerius ex certis cauſis videri ſolent; contigit, ut cum tardius apparuit, præcedenti menſi plures dies, aut cum celerius, pauciores darenrur.* Fuerunt nimirum Hebræorum menſes iſti duplicis generis, alii 29. dierum, quos חסרים *cavos*; alii 30: dierum, quos מלאים *plenos*, vel etiam מעוברים *intercalatos*, quia trigeſimus dies intercalatus erat, nuncupant. Sic enim *Eliab Ben Moſe*: אין לך חרש פחות מתשעה ועשרים יום ולא יותר על שלשים יום *Nullus Menſis minor eſt 29. diebus, nec nullus excedit triginta.* Et *Maimonides in Hilcoth Kidd. Hach. c.* 1: §. 3. & 4. חרש שיהיה תשעה ועשרים נקרא חרש חסר ואם יהיה החורש שעבר שלשים יום נקרא חרש מעובר ונקרא חרש מלא אין לך חרש לבנה יותר על שלשים יום *Menſis qui non niſi viginti novem fuerit dierum, dicitur Menſis cavus, quando erat menſis præterlapſus dierum triginta, embolismicus dicebatur ac plenus. Nullus* men-

mensis lunaris major est triginta diebus. Nec primæ phaseos ratio aliam mensium dispositionem requisivit. Equidem tempus a prima phasi ad primam phasin nunquam 30. dies excedere, & nunquam 29. diebus brevius esse, quod hic supponi cuipiam videri posset, non dixerim, Nam non semper eodem post Novilunium tempore prima habetur phasis. *Geminus in Isagoge cap.* 7. scribit: Ταχίστη μὲν γὰρ φαίνεται ἡ σελήνη μηνοειδὴς, τῇ νεομηνίᾳ, βραδυτάτη δὲ τῇ τρίτῃ Imo aliquando lunam, si est in maxima latitudine, videri posse in ipso conjunctionis momento; quandoque autem demum die quarto post Novilunium sese vespera exhibere probant *Erasmus Reinboldus in Commentar. ad Purbachii Theorica*, & *Johannes Keplerus in Astronomia Optica pag.* 257. Conf. *Joh. Baptista Ricciolus in Alm. Novo Lib. IV. cap.* 3. Cujus diversitatis ratio partim petenda a diversa Zodiaci inclinatione, partim a diversa latitudine lunæ, partim ab Apogeo lunæ &c. Quando enim luna est in Signis descensionem longam habentibus; citius conspicitur, quam si in reliquis sex signis versatur. Quando luna gaudet latitudine boreali, in zona temperata boreali tardius descendit & facilius conspicitur. Quando luna in Apogeo, & tarde incedit, tardius se subducit a Sole, adeoque tarde conspicitur, si est i Perigeo & celerius movetur, celerius se subducit a Sole, adeoque citius conspicitur. cum itaque tam notabilis sit varietas primæ phaseos, respectu Conjunctionis, facile fieri potest, ut variatio intra unum mensem ad quinque, sex & multo plures horas excrescat. Cum autem insuper duæ conjunctiones ad summum 29. d. 19. H. 37. ad minimum 29. D. H. 42. a se invicem distent, oppido patet, facile fieri posse, ut tempus a prima phasi ad primam phasin nonnunquam 30 dies excedat, nonnunquam 29 nondum adæquet; Verum quia a mense synodico mensis primæ phaseos quoad magnitudinem mediam non differt, & defectus facile suppletur aut excessus mox iterum demitur: eadem mensium dispositio hic sufficere potuit, quæ in mensibus synodicis requiritur, ut nempe *alii menses 29. alii* 30. *dierum* costituantur. Ulterius autem ex incerta phaseos apparitione deducitur, *nec unum eundemque* in ordine annuo apud Hebræos *mensem ejusdem fuisse quantitatis; sed in altero anno 29. in altero 30. dierum*. Illustre cujus habemus testimonium in *Rosch Hasschana fol. 9. col. 2. lin. 26. seqq.* עצרת פעמים חמשה פעמים ששה פעמים שבעה הא כיצד שניהן מלאים חמשה שניהם חסרים שבעה אחד מלא ואחד חסר ששה *Pentecoste nunc in quintum, nunc in septimum* (mensis sivan incidit) *Quodo? si uterque* (Nisan & Ijar) *plenus fuerit, in quintum, si uterque cavus, in septimum: si alter plenus, alter cavus in sextum*. Equidem *R. Chanaja* observante *Aharone Ben Elijahu cap. Jesch Lehavin*, dixit, quod *Elul* tempore Esræ nunquam fuerit 30. sed semper 29. dierum. Respondet autem laudatus Autor זה מאמר יחיד והלא אומרים שדברי יחיד בטלים *Hæc assertio est unius, nonne autem dicunt, quod assertiones unius sint irritæ?*

§. X. Ex dictis satis constat, quanta mensium horum dispositio difficultate prematur: quam nubila nimio plus nonnunquam auxerunt. Quippe observationem primæ phaseos inpedientia. Modum igitur, quomodo num mensis plenus, num cavus fuerit constituendus inquisiverint, contemplabimur. Cura temporum juxta scripturarios fuit commendata Sacerdotibus. Ita enim *Eliah Ben Moseh*: בזמן בית המקדש הדבר מסור לכהן הגדול עם שאר הכהנים או הנביא אשר בכל דור ודור *Tempore quo templum fuit, commissa est res* (ordinandorum mensium) *Pontifici maximo, cum reliquis sacerdotibus; aut Prophetæ cujusque seculi*. Quod sane cum moribus gentium atiquiorum optime convenit. Curam enim temporum apud gentes tantum non omnes Sacrdotibus fuisse commissam, plurimis exemplis comprobat summe Reverendus noster *Danzius in Epistola ad Henningum Bernhardum Vveterum versioni Maimonidis tractatus de initiatione Novilunii præmissa*. Post excidium templi autem judices hujus rei facit laudatus scripturarius ex sectæ suæ placitis eos, qui e variis sui generis coetibus diversimode electi, humiles spiritu, juris sacri & Astronomiæ essent periti. Pauciores quam tres fuisse non admittit: nec numerum parem eorundem ob dissensus incommodum concedit. Talmudicos si audimus, mensium dispositio fuit commissa Synedrio magno, aut concilio in Terra Israelis legitime promoto, qualia præter Hierosolymitanum, quatuor fuisse, nempe Gedaris, Amathunte, Hierichunte, & Samphoris testis est *Josephus Lib XIV. cap. X.* Ita enim *Maimonides cap.* 5. §. 1. כל שאמרנו מקביעות ראש חדש אין עושין אותו אלא סנהדרין שבארץ ישראל שנתנו להן הסנהדרין רשות

רשות *Quiquid diximus de Novilunio determinando, id præstare non poterant, nisi assessores synedrii in terra Israel constituti, aut senatores concilii alicujus in terra Israel legitime promoti*. Non tamen facile aliud quam Hierosolymitarum concilium menses definivisse docet *Glosa in Maimonidis cap.* 1 §. 8. ואין אנו סומכים אלא על הקביעות בית דין שהן עמוד ההוראה והוא בית דין שבירושלם שהרי כל בתי דינין שבארץ ישראל טפילה והם העקר. *Neque nos innitimur alteri, quam definitionibus sacri consessus, quoniam hic columna est decisionis. Atqui hic ipse consessus Hierosolymitanus est. Omnia enim consistoria, quæ in terra Israelis sunt, accessorium sunt: sed illud* [Hierosolymitanum] *Principale est*. Pauciores tribus quidpiam in hoc negotio decernere potuisse, itidem ut scripturarii, non admittunt. Sic enim in *Cod. Sanhedrin cap.* 1. §. 2. legitur. עבור החדש בשלשה *Intercalatio mensis a tribus decernitur*.

§. XI. Judices isti mensium dispositioni præfecti certum adhibuerunt calculum, juxta quem quando & quomodo prima sit apparatura phasis inquisiverunt. *Maim. cap.* 2. §. 4. *coll. cum cap.* 1. §. 6. Qualis ex mente scripturariorum fuerit recenset *Aharon Ben Elijahu cap. Ellahem* his verbis: ויש לדעת כי תנועת הירח בתנועתו המזרחית בשעה אחת חמשה עשר מעלות ובתנועתו המערבית שלשים וחמשה חלקים ועשרים וחמשה שניות וביום אחד שלשה עשר מעלות ועשרה חלקים וידוע כי הירח לא תראה בהיות קשת הראיה בין השמש ובין הירח תשעה מעלות ועל כל פנים תראה בהיות קשת הראיה ארבעה עשר מעלות *Sciendum est, quod motus lunæ ab ortu in occasum una hora absolvat 15°, quoad motum autem ab occasu in ortum currat per 35′. 25′. Et uno die 13° 10′ Notum insuper est, quod luna non videatur, arcu visionis inter solem & lunam existente 9°: videatur autem omnino, arcu visionis existente 14°*. Quem locum tamen correctione indigere non dubito. Nam si uno die luna absolvit 13° 10′. Quod cum Astronomorum placitis fere convenit, motus horarius erit 32′ 55′ non vero 35′. 25′. Legi proinde debet. ובתנועתו המערבית עשרים ושנים חלקים ועשרים וששה שניות *Seldenus* ex *Eliah Ben Moseh* refert, quod constructis motuum solis & lunæ tabulis ad latitudinem Constantinopolitanam 41°. 30. juxta Doctrinam *Albategnii & Emanuelis Geographi* phasi lunari sic demum concluserit: בהיות בין המולד והשקיעה יותר מאחר עשר שעות וחצי עד עשרים וחמש שעות וחצי אפשר שיראה ואפשר שלא יראה ובהיות בין המולד והערב השלישי יותר מארבעת עשר שעות פחות ששית שעה עד עשרים ושבעה שעות וחצי אפשר שיראה ואפשר שלא יראה ואם יהיה בין יותר מזה דע שעל כל פנים יראה אם לא יהיה מניעה והנה לפי זה כשיהיה בין השמש והירח במעלות ישרות שמנה מעלות ועשרה ראשונים לא יראה וכל שכן פחות מאלה וכשיהיה ביניהם במעלות ישרות ארבעה עשר מעלות על כל פנים יראה וכל שכן יותר. *Quoties inter Novilunium & occasum Solis intercedunt horæ plures undecim cum dimidia usque ad 25½ fieri potest, ut phasis habeatur, sicut & fieri potest, ut nulla habeatur. Si inter Novilunim & vesperam tertiam intercedunt plures quam quatuordecim horæ sextæ hohoræ parte demta, usque ad 27½ fieri potest ut phasis habeatur, sicut & fieri potest, ut nulla habeatur. Si autem intervallum fuerit majus, scito, phasin omnino fore, nisi impediatur. Adeoque si inter solem & lunam intercesserit arcus 8°. 10 phasis nulla habetur multo minus si autem arcus interceptus fuerit 14° phasis omnino erit, multo magis si arcus fuerit major.*

§. XII. Ex mente Talmudicorum calculum primæ in terra sancta phaseos admodum prolixum & tantum non tædiosum (Est enim ob causas §. 9 allegatas determinatio primæ phaseos adeo difficilis, ut *Keplerus in Astronomia Optica pag.* 257. eam accurate determinari vix posse asserat) nobis exhibet *Maimonides cap.* 17. quem in epitomen redactum recensere placet. (1) Inquiritur locus solis & lunæ verus ad considerandæ lunæ horam. (2) Subducitur locus solis a loco lunæ, ut habeatur longitudo prima. [3] Si luna versatur inter initium ♑ finem ♊ & longitudo est 9° aut minor; nullam esse phasin judicatur. Si est 15° aut major; certo fore phasin decernitur. Si vero Luna versatur inter initium ♋ & finem ♐ & longitudo est 10°. aut minor nullam, si 24° aut major, aliquam fore phasin certum est. (4) Si vero longitudo prima in casu priori inter 9°. & 15°. in casu posteriori inter 10°. & 24°. fuerit, prolixiori opus esse calculo infertur. Unde (5) inquiritur lunæ latitudo, & num ea sit borealis, num australis, consideratur, quæ Maimonidi vocatur latitudo prima. [6] Corrigitur longitudo prima per parallaxin juxta Tab. I. ut obtineatur longitudo secunda (7) Corrigitur latitudo prima per paralla-

xin juxta Tabul. II. ut obtineatur latitudo secunda. (8) Cum loco lunæ ingrediuntur Tab. III. & portio latitudinis secundæ ibi inventa si latitudo fuerit septentrionalis de longitudine secunda detrahitur, si australis eidem additur, luna existente inter initium ♑ & finem ♊ Dum v. alia sex signa luna perlustrat, contrario modo instituitur operatio. Sic tertia habetur longitudo (Etenim Maimonides non duplicem lunæ longitudinem commemorat, ut vult *VVILHELMUS LANGIUS de annis Christi lib. I. cap. IX.* sed tertiam, imo quartam addit) (9) Longitudo tertia juxta Tab. IV. corrigitur, ut obtineatur longitudo quarta. (10) Tunc redeundum ad latitudinem primam, ex qua tripartita semper eximuntur partes duæ, quæ longitudini quartæ si latitudo est borealis adduntur, si australis a longitudine quarta subtrahuntur, sic obtinebitur arcus visionis. (10) Si arcus visionis est 9° aut minor, phasin possibilem esse judicatur. Si autem 14° excesserit, certo quandam fore infertur. (12) Si arcus visionis inter 9° & 14° fuerit, ex arcu visionis collato cum longitudine prima judicium fertur hoc modo: Si visionis arcus procedit ultra 9° ad extremum gradus decimi punctum & paulo ulterius, estque longitudo prima 13° aut major, luna se certo aperiet, si visionis arcus est tantus longitudo autem brevior, luna delite-

Tab. I.

Parallexeos Tabella ad corrigendam longitudinem primam subtrahendæ.

♈	59′	♋	43′	♎	34′	♑	44′
♉	1°	♌	43′	♏	34′	♒	53′
♊	58′	♍	37′	♐	36′	♓	58′

Tab. II.

Parallaxeos Tabula ad corrigendam latitudinem primam ad australem addendæ a boreali subtrahendæ.

♈	9′	♋	27′	♎	46′	♑	36′
♉	10′	♌	38′	♏	45′	♒	24′
♊	16′	♍	44′	♐	44′	♓	12′

Tab. III.

Tab. III.

Tabella partium eximendarum a latitudine secunda ad corrigendam longitudinem secundam.

	♈ ♎	♉ ♍	♊ ♐	♋ ♑	♌ ♒	♏ ♓
1						
2						
3						
4		$\frac{1}{5}$ Lat. sec.	$\frac{1}{6}$ Lat. sec.	———	$\frac{1}{5}$ Lat. sec.	$\frac{1}{3}$ Lat. sec.
5						
6						
7						
8						
9	$\frac{3}{5}$ Lat. sec.					
10						
11						
12						
13						
14		$\frac{1}{4}$ Lat. sec.	$\frac{1}{12}$ Lat. sec.	$\frac{1}{12}$ L. s.	$\frac{1}{4}$ Lat. sec.	
15						
16						
17						
18						$\frac{3}{5}$ Lat. sec.
19						
20						
21			$\frac{1}{24}$ Lat. sec.			
22						
23						
24						
25	$\frac{1}{3}$ Lat. sec.	$\frac{1}{5}$ Lat. sec.		$\frac{1}{6}$ Lat. sec.	$\frac{1}{3}$ Lat. sec.	
26						
27			o			
28						
29						
30						

Tab. IV.

Tabella pro corrigenda Longitudine tertia.

♈	$\frac{1}{6}$	Long. Tert. eidem add.	♓
♉	$\frac{1}{5}$	Add.	♒
♊	$\frac{1}{6}$	add.	♑
♋	o		♐
♌	$\frac{1}{5}$	subtr.	♏
♍	$\frac{1}{3}$	subtr.	♎

 tescet.

scet. Si visionis arcus procedit ultra gradus decem usque ad extremum gradus undecimi & paulo ulterius, longitudo prima vero est 12° aut major luna certo videbitur, si longitudo prima est minor, luna occultabitur. Si visionis arcus ultra n° procedit, usque ad extremum gradus duodecimi, estque longitudo prima 11° aut major luna conspicietur, si vero longitudo est minor, nulla phasis erit. Si visionis arcus processerit usque ad extremum gradus decimi tertii, longitudo prima vero est graduum 10. aut major, luna se aperiet, longitudine prima existente minori non videbitur. Si arcus visionis excreverit ad 14° longitudine prima existente 9° luna videbitur: minori axistente longitudine prima, phasis nulla erit. (13) Ex considerata inflexione ejus gradus in quo luna volvitur, ejusque latitudine colligunt situm lunæ imo & dispositionem cornuum. Equidem *Theon* celebris quondam Mathematicus cornuum varietatem a varietate aeris dependere asseruit. Quod observat *Johannes Seldenus* de *Jure Nat. & gentium juxta Disciplinam Hebr. Lib. 2. cap. 6.* quo pacto ea nullo calculo prædici posset, at vero cum hodie nemo dubitet, lunam a sole collustrari; varietatem cornuum a vario lunæ ad solem situ esse derivandam, adeoque ex inflexione gradus, in quo luna versatur, & latitudine lunæ facillimo negotio colligi, nemo non comprehendit.

§. XIII. Tali adhibito calculo postquam Judices ex secta Traditionalium lunam nocte trigesima esse apparituram viderant, certo in loco convenerunt die trigesimo, ubi speculatores lunæ exspectarunt, antiquitus toto die, postea usque ad tempus מנחה quod incipit post horam nonam & dimidiam [juxta nos circiter horam tertiam & dimidiam *Maimonid. in Hilc. Tephilla cap. 3. §. 4.* iterumque postquam templum destructum erat ex instituto Jochanan filii Saccai, toto die *Rosch. Hassch. cap. 4. §. 4. Maimon. in Kidd. Hach. cap. 3.* Nuncii advenientes, quos ad minimum duos viros integros ac castus esse decuit *Rosch. Hasch. cap. 3. §. 1.* convivio magno ut libentius accederent allecti *Rosch. Hasch cap. 2. §. 5.* quamvis quilibet ad testandum habilis si lunam viderit, & a loco, ubi synedrium sedem fixam habuit non nisi itinere diurnonocturno aut minori abfuerit, ad nunciandum obligatus fuerit *Maim. cap. 3. §. 4.* examinati sunt, quando, qua figura, & qua in cœli plaga lunam conspexissent, juxta Tabulas, in quibus lunæ phases fuerunt delineatæ. Ita enim in Cod. *Rosch Haschana cap. 2. §. 8.* דמות צורות לבנות היו לו לרבן גמליאל בטבלא ובכותל בעלייתו שבהן מראה את ההדיוטות ואומר הכזה ראית הכזה *Imagines figurarum lunarium fuere Rabban Gamalieli in Tabula & in Pariete in cœnaculo ipsius, quos ostendens idiotis dixit: Utrum hanc speciem vidisti, an illam? Josephus Scaliger de emendatione temporum lib. II. p. m. 103.* per צורות לבנה intelligit ψηφοφορίαν σεληνιακῶν συνόδων ad quam nimirum confugerent, quoties nubila aut imbres visionem lunæ oculis inviderent. At vero, quod per דמות צורות לבנות intelligendæ sint *imagines phasium lunarium*, unde dignoscatur, in quamnam cornua ejus inclinent partem, ipse contextus loquitur, explicat *R. Obadias de Bartenora ad loc. citat.* Nec ev, ut objiciatur illud *Maimonidis in Hilcoth Avoda Zara* אסור לצור דמות חמה ולבנה *Prohibitum est formare imagines solis & lunæ*. Huic enim dubio satisfecit *R. Joseph Karo* in *Sulchan Aruch lib. Jore dea cap. 141. §. 4.* צורות חמה ולבנה וכוכבים אסורות ואם הם להתלמד להבין ולהורות כולן מותרות *Figuræ solis, lunæ, & siderum sunt interdictæ, at vero si fiant discendi, commonefaciendi, & docendi causa licitæ sunt omnes*, Cum ita examinati juxta Tabulam phasium lunarium testes talia non enarrarent, quæ ex calculo suo prævideorant judices; testimonium ipsorum rejecerunt *Maim. cap. 2. §. 4.* Unde scripturarii reprehedunt Talmudicos, veluti qui legem sacram non observarint, dum calculum astronomicum tanti fecerunt, ut testimonium non omni modo satis conveniens omnino rejecerint. Ita enim *Aharon ben Elijahu Cap. Ella hem &c.* ואולם מאמר בעלי הקבלה שהיו מחשבין כדרך שאצטגנינין עושין במהלך הירח וכפי שהיה מעלה החשבון מקום הראיה היו עושין אם חסר ואם מלא וכבר הודענו שהתורה מנעתנו להתנהג לדעת הוברי שמים עם כל יחסיה ועוד שהכתוב אומר הידעת חקות שמים *Et certe dicunt Talmudici, quod supputaverint, ut facere solent Astronomi, cursum lunæ, & juxta cum locum, quem calculus primæ phasi assignaverat, vel plenum vel cavum mensem constituerint sed dudum diximus, quod lex prohibeat assuescere scientiæ Astrologorum, cum omnibus, quæ eo spectant, & amplius, quod Scriptura dicat: Num cognoscis leges motus cœlestis? Job. 38. v. 33.* quo ipso non omnino calculum rejicit, uti quidem primo

mo intuitu videri posset: Contrarium enim ex §. 11. constat; sed quod Talmudici calculo nimium tribuerint, reprehendit. Conf. *Seldenus de anno Civili Veterum Jud. cap. XIV.* Comperta apparitionis nocte trigesima veritate, Præses judicii proclamavit: מקודש מקודש & *dies trigesimus pro primo habitus est mensis sequentis*. Si concilium ipsum lunam novam viderat sub finem diei 29ni cum nulla prodierit stella noctis trigesimæ, pronunciavit synedrium solenne illud: *Initiatus esto*. Si autem nocte trigesima eam viderit, exortis jam duabus stellis, crastino die duos judices considere jussit, cum quodam ex illis, qui lunam observarant, ut duo reliqui testarentur coram his tribus, qui tres tunc Novilunium initiarunt. Cujus diversitatis ratio fuit, quod non nisi interdiu τὸ מקודש pronunciari poterat, ad tempus autem, quo nullæ adhuc stellæ ortæ erant, dies se extendere judicabatur. *Rosch. Hasscb. cap. 3. Maim. c. 2.* Multum autem interfuit, ut concilium τὸ מקודש pronunciaret. Licet enim concilium ipsum aut totus Israel lunam vidisset nascentem die trigesimo, non autem licuisse ob irruentem noctem trigesimam primam pronunciare τὸ מקודש, aut si luna a testibus visa, hisque mature accedentibus licuisset quidem, consilium vero examen nunciorum in noctem usque produxisset, calendas die trigesimo non esse constitutas legitur *Maim. c. 2. §. 8. 6.* Consecrationi tantam tribuerunt autoritatem, ut licet concilium per imprudentiam, per errorem aut vim consecrarit, nihilominus rata esset. *Maim. l. c. §. 10.* Consecrata ita Neomenia antiquitus faces erigebantur in montium jugis. Quibus in vicino monte visis, etiam aliæ erigebantur; & ita deinceps, ut etiam longius dissiti de consecratione calendarum certi fierent. Postquam autem perversitas Cutæorum, (per quos *Josephus lib. 6. cap. ult.* Samaritanos a persidis flumine Cuta unde migrarant, Cutæos dictos intelligit) eo excrevit, ut facibus similiter elatis plebem in errorem deducerent: ex decreto Concilii emissi sunt nuncii Calendarum istis mensibus, quorum principium ob festorum solennitates nosse intererat. In Nisan ob festorum Paschatos: in Ab propter jejunium solenne, quod celebrarunt Judæi, quia mense isto mala plurima ipsis evenerunt, quæ referuntur *in Cod. Taanith cap. 4. §. 6.* In Elul, propter anni auspicium, in Tisri propter festa expiationis, & tabernaculorum: in Cisleu propter festum Encœniorum, cujus mentio fit *Job. 10. vers. 22.* In Adar propter festum Purim: In Ijar stante templo propter Pascha secundum. Longinquis autem in locis, ad quæ calendarum nuncii adspirare non poterant, diem solennem geminarunt. Quippe nescientes, quo die a concilio calendæ essenr definitæ. *Rosc. Hasscb. cap. 1. & 2. Maim. c. 3.*

§: XIV. Si tempore statuto nulli advenerant testes, qui lunam nascentem viderant, Judices postridie summo mane neomeniam definiverunt. An etiam tunc consecratio fuerit adhibenda, dubium est. *Seldenus cap. XII. scribit: Tradunt Talmudici, sanctificationis formulam a synedris neutiquam adhibendam neomeniæ alicui præter eam, quæ phasi insigniretur tempore in suo, adeo, ut quoties plenus fuerit mensis seu 30 dierum Neomenia proxime insequens nunquam esset sanctificanda.* Veruntamen in *Rosch Hasschana cap. 2. §. 7.* saltem invenimus discrepantes hic fuisse sententias. Ita enim legitur: ראש בית דין אומר מקודש וכל העם עונין אחריו מקודש מקודש בין שנראה בזמנו בין שלא נראה בזמנו מקדשין אותו רבי אלעזר בר צדוק אומר אם לא נראה בזמנו אין מקדשין אותו *Principe synedrii dicente: initiatus esto, totus populus respondit ei: Initiatus esto, sive* (phasis lunæ) *visa fuerit tempore suo* [nocte trigesima], *sive non fuerit visa nocte trigesima; sanctificant eam. R. Eleasar filius Zadok dicit: si non fuerint visa, non sanctificant eam.* Pro *Selden.* interim facit, quod R. *Obadias de Bartenora* ad h. l. obesrvet, decisionem factam esse juxta R. Elieser. Si lunæ testes die trigesimo a Calendis ob defectum phaseos tempore suo die trigesimo primo definitis, non advenerant; hoc non obstante, dies tamen trigesimus pro primo habitus est mensis sequentis. *Maim. cap. 18. §. 6.* Si lunæ testes die trigesimo Mensis, qnem Adar vocant Nisan antecedentis, non advenerant, hoc non obstante tamen diem trigesimum pro primo hauerunt mensis sequentis. Juxta id quod dicunt in *Gem. Hierosol. Megilla fol 71. a lin. 11.* לעולם אדר סמוך לניסן חסר *Adar, qui Nisan antecedit, semper cavus est.* Si ob nubila multiores emansissent nuncii lunæ novæ, Judices generales quidem quasdam habuerunt Regulas in Constitutione Calendarum observandas utpote quæ legitur *in Cod.* ערכין *cap. 2. §. 2.* אין פוחתין מארבעה חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יותר על שמנה subintellige לעבר, uti explicatur

in

in Gemara *fol.* 8. *col.* 2. *lin. ult.* quam explicationem etiam R. Obadias Bartenora ad h. l. approbat: *Non pauciores, quam quatuor menses quotannis intercalant, nec consultum videbatur, plures constituere quam octo*, sc. plenos sive hyperbolymæos: probabilissimum tamen est, in hoc casu prudentiæ Judicum Astronomicæ definitionem Calendarum fuisse commissam. Si quarto aut quinto die post definitas die trigesimo primo calendas advenerunt nuncii, qui lunam suo tempore viderant, iis severius, quam alias examinatis testimonioque rite perpenso, judices decreto mutato, trigesimum antecedanei mensis diem pro primo præsentis habuerunt, nisi necessitas Senatores ad retinendum intercalarem mensem urgeret. *Maim. cap.* 3. §. 16.

§. XV. Unica adhuc restat circa Traditionarios movenda quæstio, nempe annon jam antiquioribus temporibus translatio feriarum, quæ hodie apud ipsos recepta est, cujus decretum recitat *Munsterus* in *Matthæo Ebraico pag.* 364. & hoc tritu docetur: לא בדו״ פורים ולא בדו״ פסח ולא גהז״ עצרת ולא אדו״ ראש השנה ולא אגו״ יום כפור לעולם *Nunquam celebratur festum Purim fer.* 2. 4. *&* 7. *neque Pascha fer.* 2. 4. *&* 6. *neque Pentecoste fer.* 3. 5. *&* 7. *neque festum novi anni fer.* 1. 4. 6. *neque dies expiationis fer.* 3. *&* 6. obtinuerit, adeoque nonnunquam ex hoc fundamento alio die quam phasis requisivit, neomenia fuerit definienda: Si Talmudis sequimur placita, translationem istam antiquitus fuisse receptam negabimus. Legimus enim in Cod. Pesachim cap. 7. §. 10. העצמות והגרים והנותרות ישרפו בששה עשר חל ששה עשר להיות בשבת ישרפו בשבעה עשר *Ossa, nervi, & residua* [agni] *concremantur sexto decimo: si is dies incidit in Sabbathum, concremantur decimo septimo*. Eadem habentur in Mechiltha ad *Exod.* 12. Si igitur decimus sextus Nisan potest esse Sabbathum Pascha, qood agitur die decimo quinto potest esse feria sexta. *In Cod. Menachoth cap.* 10. *n.* 3. בשבת אומר להם שבת זו שבת זו אומרים הין. אקצור והם אומרים לו קצור אקצור והם אומרים לו קצור שלשה פעמים *In Sabbatho dixit* (Messor, qui עומר incidebat) *iis* (circumstantibus) *Sabbathumne est? dixerunt: ita. Sabbathumne est? dixerunt: ita. Demetam? dixerunt: Demete. Demetam? dixerunt; Demete, tribus vicibus*. Cum autem manipulus iste prima nocte seu post solis occasum diei Paschatis incidendus esset, Pascha in feriam sextam potuisse incidere patet. Unde etiam *Abenesra in Lev.* 23. *vers.* 5: scribit: כי במשנה גם בתלמוד ראיות שהיה פסח בבד״ו *Tam in Mischna quam in Talmude probationes* [extant] *quod Pascha fuerit in fer.* 4. *&* 6. (celebratum). De intermissa festi Pentecostes translatione nos certiores reddit *Cod. Chagiga cap.* 2. §. 4. עצרת שחל להיות בשבת *Pentecoste si cadat in Sabbathum*. Si quis antiquissimis & rudibus temporibus tantum hæc obtinuisse dixerit; is ostendat mutationis, stante templo, & indicium & causam, judicante *Johanne Coccejo ad Sanhedrin Cap. I.* Quæ ex *Epiphanio, Eusebio, Theodoreto, Augustino, Philastrio* contra translationem istam antiquitus usitatam afferri possunt, collegit *Samuel Bochartus in Hierozoico Parte I. Lib. II. c.* 50. *Josephus Scaliger de emendatione temporum p. m.* 106. in ea fuit opinione, quod jam sub Seleucidis ista Hebræorum cosuetudo ferias transferendi obtinuerit. At vero argumenta ejus partim dubio nituntur supposita, anno videlicet passionis Domini, partim dubiis testimoniis, ad quæ respondit *Dionysius Petavius de Doctrina temporum P. I. Lib. II. c.* 26. Eandem quam Scaliger fovit sententiam, contra *Samuelem Petitum* defendit *Ægidius Strauchius Dissert. de Computo Talmudico-Rabbinico*, quam itidem *Thomas Crenius in Fasciculo, Exercitatt. Philologico- Historicarum exhibet*, item *Gerardus in Harmonia Evangelica cap.* 166. qui ad testimonium ex *Seder Olam* a *Paulo Burgensi in Matt:* 26. citatum provocat, quod tamen in Seder Olam licet attente quæsiverim, non inveni. Reperitur quidem tale testimonium, observante *Ludovico de Compiegne de Veil in Notis ad Maimon. Kidd. Hach. cap.* 7. §. 1. in libro precum quem מחזור vocant Bononiæ edito, ubi precatio continetur Sabbatho Pascha proxime præcedenti, quod Sabbathum magnum vocant, destinatæ, hujus tenoris: *Magistri illi nostri, clarissimi mundi viri, ex quibus erat supremus ille Senatus Hierosolymitanus sic olim statuere, statim atque ædificium templi secundi fuerat effectum. Igneum tunc apparuerat eis solium, in quo sedebat Mundi Rector, qui in ipso vestibulo templi medius suspensus hæsit, a quo illi sunt corona redemiti, & sigillo signati. Tunc igitur constituerunt, ac communiter decretum fecerunt perpetuum, quod Magistro Eliezer omnium Principi permiserunt. Is ergo tunc edixit, ut solennitas sortium haberetur ne-*

neque secundo , neque quarto neque septimo hebdomadæ die : solennitas Paschæ nec secundo, nec quarto , nec sexto neque die hebdomadæ tertio, neque quinto, neque septimo Pentecoste : neque principium anni primo aut quarto aut sexto. Num vero hæc recentiorum Judæorum precatio testimoniis Talmudis ante citatis præponderare debeat, quilibet judicet. Concludimus itaque , translationem istam a recentioribus Judæis saltem esse receptam: adeoque olim, quo minus menses juxta primam phasin inchoari possent, non impedivisse.

§. XVI. Scripturarii teste *Aharon ben Elijahu*, & *Elia ben Moseh* apud *Seldenum* similiter ut Talmudici testes trigesimo die advenientes examinarunt ad normam eorum , quæ calculo invenerant, non tamen raro iis fidem habentes, testimonium receperunt , quamvis a calculo discreparet, hanc vel per hypotheses incertas , vel per supputantis incuriam sæpius fallere non immerito professi: Nec testimonium de phasi facile rejecerunt , nisi manifestus in plaga lunæ visæ designanda aliave circumstantia a nuncio committeretur error. Unicus si advenerat nuncius eum admittendum esse duxerunt : non obstare putantes, quod habetur in lege de testibus binis *Deut.* 17. *v.* 6. quia id ad lites decernendas saltem restrinxerunt Si conspecta fuit luna cum sole die trigesimo , diem istum consecrarunt . Si non fuit visa cum sole, sed post vesperam suam diem postriduanum consecrarunt. Ast si nec die trigesimo nec vespera comparuerat ; observarunt diem trigesimum primum , qui , si apparuit luna cum sole , prope hujus occasum, consecratus est ; si vero cum sole die aperto veluti horis duabus aut tribus ante occasum solis visa fuit, die antecedente nempe trigesimo mensem inchoarunt, quoties per aeris nubila pluribus continuis mensibus phasis haberetur nulla , fas esse duxerunt continuos menses plenos constituere , modo quæsivere in *Gen.* 7. *vers.* 11. *coll. cum cap.* 8. *v.* 3. 4. siquidem diluvium initium sumsisse dicitur die decimo septimo mensis secundi, die decimo septimo autem mensis septimi post 150. dies consedisse arcam super monte Ararat. Dixerunt igitur: A die 17mo mensis secundi ad 17. mensis septimi utrinque inclusive sunt dies 151. si menses illos singulos quinque plenos admittas. Quoniam vero temporis illius spatium unico die minus fit in textu i. e. dierum 150. quorum postremus est ipse dies quo arca quievit , adeo ut excluso termino primo restent dies 149 pro mensibus quinque sequentibus , ideo necesse est , ex hisce quinque unicum fuisse cavum seu dierum 29. Quæ tamen minus commode adduci existimo . Num enim hæc ipsorum expositio cum textu conveniat , valde dubito . Cessare cœperunt aquæ מקצה חמשים ומאת יום *A fine centum & quinquaginta dierum*: adeoque demum die centesimo quinquagesimo primo arca consedit . Cui supputationi calculum suum addit *Gerardus Johannes Vossius Dissert. de Tempore diluvii T. 6. Operum pag.* 13. qui quinque menses solidos hic admittit , item *Jacobus Usserius in Annalibus Veteris Testamenti* quando diem decimum septimum mensis septimi feriam quartam. Si igitur uterque terminus inclusive consideratur, effluxerunt juxta eundem 21 septimanæ & 4. dies h. e. dies 151. Nec improbabilis est istorum sententia , qui cum *Frid. Spanhemio Chron. S. p.* 1. *c.* 3. *Joh. Alberto Fabricio in Menologio sive libello de mensibus pag.* 13. & quos citat *Hermanno VVitsio in Ægyptiacis lib. II. c. 7. & Hadr. Relando in Antiquitatibus S. Veterum Hebræorum Parte* 4. omnes anni menses 30 dierum adeoque non lunares fuisse contendunt . Observant quidem scripturarii recte , menses solares intelligi non posse , quia quinque mensium dies alias non pauciores fuissent, quam 152 quoniam annus solaris est dierum 365 & præter partem unicam partium diei 360 ut volunt. Verum licet menses solares exacte tales non fuerint; non tamen propterea statim erant menses lunares . Similes esse potuerunt mensibus Ægyptiorum : de quibus *Geminus in Elem. Astron. cap. de mensibus* scribit: *Ægyptii neque annos agunt secundum solem, neque menses secundum lunam. Agunt enim annum dierum* 365. *Duodecim autem menses faciunt* 30 *dierum & 5. dierum epactas addunt*. Quales triginta dierum menses etiam Chaldæis , Persis & Græcis antiquioribus fuerunt . Unde illud ex *Diog. Laertii lib. 7. in Vita Cleobuli sect.* 91. ænimæ: Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δὲ χ' ἑκάστῳ παῖδος ἔασι τριήκοντ'. *Unus pater , filii autem duodecim , & cuilibet filiæ triginta* . Si autem lunares istos menses fuisse concedimus, quod præter scripturarios etiam approbant Talmudici. Vid. *Seder Olam Cap. IV.* & Conf. *Johannes Mejerus in annotationibus ad h. l.* dicendum , phasin lunæ valde acceleratam in principio mensis secundi , & val-

valde retardatam in principio mensis septimi effecisse, ut quinque menses 150 dies complerent. Nec video, quid obstet, quo minus dicamus, Astronomiam tunc parum fuisse excultam, adeoque Noachum facile quidpiam in definiendis mensibus commisisse, quod cum cursu lunæ non convenit. Sed hæc obiter. Revertamur ad scripturariorum placita in Neomeniis definiendis. Si trium mensium initium per phases continuas die trigesimo fuerit definitum: quartum mensem necessario a die trigesimo primo initium sumsisse volunt. Tandem de scripturariis observandum, quod diem adeoque & Neomeniam non inceperint ab ocasu solis ut Talmudici, sed a crepusculi fine, & tenebrarum initio. Ex quibus omnibus inter Scripturarios & Traditionales, quoad modum definiendi neomenias, notabilem intercessisse differentiam, abunde constat.

§. XVII. Sed videamus, quid contra menses hucusque expositos obcijci queat. I. *R. Saadias* notante *Aharon ben Elihau Cap. Jesch Lebavin* objicit illud Jonathanis 1. *Sam.* 20. *vers.* 5. *Cras erit Neomenia*, & ex eo, quod Neomenia juxta primam phasin sit admodum incerta, ceu §. 9. diximus, adeoque Jonathan eam præscire non potuisset, infert, menses juxta primam phasin non fuisse dispositos. Variis autem modis ad hoc argumentum respundet *Aharon ben Eli-ahu*. Optima videtur ea responsio, qua dicitur, Jonathanem hoc dixisse die mensis trigesimo, postquam tres menses cavi præcesserant, aut die mensis trigesimo, postquam quatuor menses pleni præcesserant, ubi tunc vi hactenus dictorum præscire utique poterat crastino die fore Neomeniam. II. Allegatus scripturarius sibi ipsi hance format objectionem, quod cum Israelitæ essent in deserto *nubes* expansa juxta *Exod.* 13. *vers.* 22. *observationem lunæ impediverit*, adeoque menses lunares juxta primam phasin non fuerint dispositi. Verum respondet ipse, (*a*) quod expansio nubis non fuerit obtectio, quæ lunæ phasin denegarit Judæis (*b*) quod potuerint observatores lunæ extra castra lunam observare, & primam phasin Judicibus annunciare. III. Objici potest, quod dicatur 1. *Sam.* 20. *v.* 34. ולא אכל ביום החודש השני לחם adeoque Neomeniæ secundæ injiciatur mentio; cum tamen qui juxta phasin disponunt menses uno saltem die Neomeniam celebrent. Respondet multoties laudatus scripturarius, quod חודש h. l. non Neomeniam, sed integrum mensem notet, atque vox השני non ad חודש sed ad ביום sit referenda, ut hic sit sensus: *Et non comedit panem die mensis secundo.*

§. XVIII. Postquam hactenus exposuimus, quales & quomodo juxta utramque sectam, dispositi fuerint Veterum Hebræorum menses: ut numerum eorundem, qui annum complevit, consideremus necesse erit. *In anno* ordinario & communi *duodecim habuerunt* Hebræi *menses*: in anno Embolimæo sive intercalari tredecim. Etenim duodecim menses lunares annum solarem non adæquant. Si ergo quolibet anno duodecim saltem fuissent menses principium anni fuisset vagum. Qualem anni formam Arabibus hodiernis, Indis, ex relationibus Jesuitarum Japonibus, Gallis antiquis tribuunt *Joh. Baptista Ricciolus in Chronolog. Reformata Lib. I. cap.* 23. 24. *Fridericus Spanhemius Chronol. S. Lib.* 1. *cap.* 3. 8. At vero principium anni vagum non admittere poterant Judæi, ob festa nonnulla, quæ certo anni Solaris tempore erant celebranda. Unde eos nonnunquam *annos embolimæos mensium* 13. constituere debuisse, manifestum est. Equidem Davidis & Salomonis tempore nullum mensem intercalarem locum habuisse multi existimant, quibus observante *Ægidio Strauchio Dissert. cit. de Anno Ecclesiastico Hebræorum Thomas Lydiat* Anglus, qui *de variis annorum formis* librum edidit, præ cæteris annumerandus. Provocat ad 1. *Reg.* 4. *v.* 7. & 1. *Chron.* 27. *v.* 1. ubi memoratur Reges Israeliticis David & Salomon duodecim constituisse duces legionum orordinariarum, singulos in singulos menses anni nulla intercalaris mensis facta mentione; Veruntamen scrupulus hic non difficulter eximitur. Nam nondum evictum est *menses* in œconomia Regia usitatos fuisse *lunares*, nobis autem saltem sermo est *de mense luuari*, qui in festis determinandis locum habuit. Conf. *Behmius in manductione Lib.* 1. *Tit.* 3. *cap.* 2. & *Stheus Calvisius in Isag. Cheonol. c.* XXXVII. Si quæritur, unde cognoverint Judices, num annus mensium 12. num. 13. esset constituendus? notandum, Traditionales ob varias rationes annum intercalasse: quas ex *Cod. Sanhedrim fol.* 11. *a lin.* 32. *seqq.* recenset *Maimonides in Hilc. Kiddusch Hachodesch c.* 4. §. 5. Intercalarunt ob vias nondum paratas, per quas populo iter faciendum erat ad Pascha: ob pontes dirutos, & aquas intumescentes: ob furnos agno paschali assando destina-

tos aquarum violentia eversos. Intercalarunt ob æquinoctium, quod si nulla fieret intercalatio in decimnm sextum Nisan incideret, cum ordinarie [ceteris nempe causis non impedientibus] mensis, cujus initium verno Æquinoctio esset proximum, Nisan esset. Equidem ex eadem ratione intercalatio quandoque fieri debuisset, si æquinoctium circa finem 15ti Nisan incideret cum etiam tunc æquinoctium quandoque non sit proximius mensis istius initio, quam insequentis. Verum terminum usque ad XVItum diem extenderunt, ex sententia Excellentissimi *HAMbergeri*, *Præceptoris mei ætatem colendi*, in *Fasciculo Dissertationum Dissertat. de basi computi Ecclesiastici pag.* 480. propterea, quia genuinam æquinoctii verni sedem ignorantes, eidem biduum dare maluerunt. Ut si æquinoctium per observationes aut calculum in lunam XVI conjiceretur, tanto certiores essent, illud non anticipare XVItam. Palmarium tandem intercalatonis indicium (scripturariis judicante *Seldeno cap. V.* unicum fuit, *si nondum fruges maturuerant*, adeoque manipulus coram Domino tempore paschali ventilandus juxta *Ex.* 23. *v.* 15. *Lev.* 23. *v.* 10. incidi non poterat.

§. XIX. Ordinem quod attinet mensium, principalis hic occurrit quæstio, quisnam primus in ordine fuerit, a quo annus inchoatus: Stylo Scripturæ Sacræ mensis Nisan, qui circa æquinoctium vernum vagatur, extra controversiam primum locum occupat. Ita enim legitur *Ex.* 12. *v.* 2. החדש הזה לכם ראש חדשים ראשון הוא לכם לחדשי השנה *Mensis hic* [Nisan, quo Pascha celebratur) *vobis erit initium mensium, primus erit vobis inter menses anni*. Antiquitus autem consuetudo Patriarchis recepta fuit, annum mense *Tisri* in autumno inchoandi. Quod Confirmat *Caldæus Paraphrastes* ad 1. *Reg.* 8. *v.* 2. ואתכנשו לות מלכא שלומה כל אנשי ישראל כירחא דעתיקיא קרו ליה ירחא קדמאה וכען הוא ירחא שביעאה *Et congregati sunt coram Rege Salomone omnes Israelitæ in mense, quem veteres vocabant mensem primum, nunc autem est mensis septimus*. Inde factnm ut duplex inprimis fuerit Hebræis anni principium, alterum in mense Nisan, alterum in mense Tisri. Sic enim *Josephus lib. I. Antiquit. cap. IV.* Μωυσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὅς ἐςὶ Ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισε κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους προαγαγών. οὗτος δ' αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ἐπὶ μέντοιγε ὠνὰς, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξεν: *Moses vero Nisan, qui est Xanthicus mensem primum constituit quoad festa, quippe quo Judæos ex Ægypro eduxerat. Hic autem in cunctis muneribus divinis apud eum valde pollebat. Alioquin quod ad nundinationes rerum venalium reliquamque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu innovavit. In Cod. Rosch Hasschana cap.* 1. §. 1. באחד בניסן למלכים ראש השנה ולרגלים באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות לנטיעה ולירקות *Primo die mensis Nisan principium anni Regibus est & festis: primo die mensis Tisri est principium anni annis*, [quos *R. OBADIAS de BARTENORA ad h. l.* explicat de annis Regum gentilium his verbis: באחד בתשרי ראש השנה לשנים כלומר לשנים של מלכי אומות העולם *Primo die mensis Tisri est initium anni annis, h. e. annis Regum gentilium*.] *annis Sabbathicis, Jubilæis*, arboribus *consitis, & oleribus* decimandis. Cæterum ordinem mensium Hebræorum sequens patefaciet Index:

Series mensium Hebræorum.			
I	VII	ניסן	Nisan
II	VIII	אייר	Ijar
III	IX	סיון	Sivan
IV	X	תמוז	Tamuz
V	XI	אב	Ab
VI	XII	אלול	Elul
VII	I	תשרי	Tisri
VIII	II	מרחשון	Marchesvan
IX	III	כסלו	Cisleu
X	IV	טבת	Thebeth
XI	V	שבט	Schebath
XII	VI	אדר	Adar

Nec ordinem immutavit intercalatio, sed in anno intercalari accessit ואדר *Veadar* seu geminatus Adar. Quoties enim necessitas mensem intercalarem requisiverat, Mensem Adar geminarunt, juxta illud *MAIMONIDIS cap. IV.* §. 1. ואין מוסיפין אלא אדר *Nec adjiciunt ullum mensem nisi Adar*. Et *ABENESRA* in *Exod.* 12. hæc habet: כי מנהג בית דין להסתכל בכל סוף חדש אדר אם הוא צריך לעבר שנה *Mos est Synhedrii examinandi finem quemlibnt mensis Adar, num opus sit intercalarem annum constituere, nec ne?*

§. XX. Nomina mensium in indice expressa antiquissimis temporibus Hebræi non receperant, sed ex ordine

Primum, ſecundum, tertium &c. dixerunt. Conf. *Andreas Maſius Comment. in Joſuam pag. 76.* & *Hadrianus Relandus in Antiquitatibus S· Parte 4. pag. edit. Epiſt.* 374. Sequenti ævo quoslibet menſes ſua habuiſſe, peculiaria nomina, ſed alia a recenſitis , ex libris Regum conſtat. Etenim *Marcheſvan* 1. Reg. *6.* 38. vocatur *Bul*, quod *Chaldæus* a יבל adduxit, deducere videtur; unde vertit: בירח מיסף אבביא *in menſe collectionis fructuum* . *Tiſri* 1. *Reg.* 8. *v.* 2. vocatur menſis E*thanim* , cujus ſuppeditat rationes *R. Selemon ben Melech* in *Michlal Jophi ad h. l.* quando ſcribit: ונקרא כן חודש תשרי לטעם שאמרו חכמים זכרונם לברכה שנולדו בו איתני עולם או רמז למועדים הנכברים והחזקים אשר בו *Et vocatur ita menſis Tiſri quia ſapientes p. m. dicunt , quod eo nati ſint fortes ſeculi*. [Intelligunt autem præſtantes Patriarchas , quos phraſi ex *Mich. 6. v.* 2. mutuata האתנים מוסדי ארץ *fortia fundamenta Terræ* appellant , quod ex *Davide Kimchio* notat *Jacobus Uſſerius in Chron. S. p.* 57.] *aut in indicium ſolennium feſtorum, magni momenti, quæ in eo celebrantur. Ijar* 1. *Reg. 6. v.* 1. voce זיו exprimitur : quod ſit in eo זיוא לאילנים *ſplendor arboribus*. Cæterum *Elul* vocatum eſſe *Chala* ex *Juchaſin* notat *Joh. Druſius Alphabetho Hebr. pag.* Poſt captivitatis Babylonicæ tempus autem nomina menſium ſupra in indice recenſita Chaldaica vel Aſſyriaca , ex ſententia *Andreæ Mulleri* in *ſpecimine Gloſſarii S.* magnam partem Ægyptiaca locum invenerunt , imo in ipſa ſcriptura S. exhibentur . Unde Abeneſra *in Exod.* 12,2. ſcribit: ניסן ואייר וסיון שמות החדשים אינם לשון קדש כי אם לשון כשדים על כן לא תמצא במקרא כתוב אחר מהם ולא בכל המקרא רק בנבואת זכריה ודניאל ועזרא ומגלת אסתר *Ijar , Sivan , & reliqua nomina menſium non ſunt Hebraica, ſed Chaldaica propterea nullum horum invenies in Scriptura niſi in Prophetia Zachariæ , Daniele , Eſra atque volumine Eſther* . Nimirum Niſan occurrit Neh. 12. v. 1. Eſther 3. v. 7. Sivan] Eſther 8. v. 9. Elul Neh. *6.* v. 15. Cisleu Neh. 1. v. 1. Zachar. 7. v. 1. Adar Eſdr. 3. v. *6.* Eſther 3. v. 7. 13. Reperiuntur eadem ſequioribus temporibus in Græcis ſcriptis , utpote libris Maccabæorum, Joſepho, & aliis; Quare Græcis literis ea expreſſit *Stephanus le Moyne in variis Sacris pag.* 452. & qui varias eorundem depravationes notavit *Joh. Albertus Fabricius in Menologio pag.* 15. *ſeqq.* Reſpexiſſe hæc nomina ad ſtatum anni & tempeſtatis vel amœnum , vel vegetum , vel fœcundum vel marceſcentem Philologi notant. Nonnulli tamen etiam in quibuſdam reſpectum eſſe habitum ad Deos Chaldæorum & ſuperſtitiones ex voce חמוז probare volunt. Vid. *Spanhemius Chronol. S. Porte* 1. *cap.* 10. Obſervat autem *Colius in notis ad Alfraganum*, quod quid ſingula notarint , in ultimo antiquitatis receſſu, nos lateat.

§. 21. Nihil amplius reſtat, quam ut inquiramus quouſque menſium ratio hactenus expoſita durarit ? Traditionarii poſt conſilium e Palæſtina everſum, cui ſoli ut diximus poteſtatem figendi neomenias juxta obſervatam phaſin tribuunt, juxta Tabulas mediorum motuum ſuos menſes diſponunt . Clare hoc inſinuat *Maimonides cap. V. Hilc. Kidduſch Hachodeſch* §. 2. ודבר זה הלכה למשה מסיני הוא שבזמן שיש סנהדרין קובעין על פי החשבון *E monte Sinai Deus moſen hæc jura docuit, ut quo tempore conſiſtit ſynedrium, juxta viſam lunam determinent* (*menſem*) *qua vero tempore nullum eſt ſynedrium , determinent juxta calculum* . Explicatius nobis indigitat tempus, quando ratio menſium antiqua abolita fuerit *R. Abraham Zacuthius in Juchaſin fol.* 99. *a.* הלל הנשיא בנו של רבי יהודה הנשיא תקן העיבור על דרך תקופת רב אדא עד שיביא המשיח בן דוד והיה בזמן אביי ורבא וכן כתב רבי שמעון דורן בפירוש האזהרות והיה בשנת שש מאות ושבעים לשטרות ואחריו לא היה בית דין *Princeps, filius R. Jehudæ Principis, compoſuit rationem intercalationis ad modum revolutionis Rab Ada , uſque dum venerit Meſſias filius David. Vixit autem cioca tempora Abai & Rabba . Et ſic ſcribit R. Simeon ben Doran in Commentario Admonitionum. Et floruit anno æræ contractuum 670. Neque poſt eum habitum eſt ſynedrium* . [Annus autem æræ contractuum 670. reſpondet anno Chriſti 358. quia initium æræ contractuum incidit in annum a creatione mundi 3448. quod probat *Julius Bartoloccius de Celleno Bibl. Rabb. Parte* 2. *pag.* 430. *a.*) Cum quibus conſpirant , quæ habet *Maimonides l. c.* §. 3. ומאימתי התחילו כל ישראל לחשב בחשבון זה מסוף חכמי הגמרה אבל בימי חכמי משנה וכן בימי חכמי הגמרה עד ימי אביי ורבא על קביעת ארץ ישראל היו סומכים i. e. *Quando cœperunt ſinguli Iſraelitæ hunc inire calculum ? Ex quo deſierunt Doctores Gemarici. Temporibus vero Miſchnicorum Doctorum, quin & Ge-*

& Gemaricorum usque ad tempora Abai & Raba menses in Palæstina determinatos sequebantur. Quia autem provocant ad Abai & Raba duos ætate ac societate conjunctos: quorum prior mortuus est anno mundi 4113. (h. e. Christi 353. ut habetur in *Juchasin fol.* 160. *col.* 2. manifestum est per Gemaricos Doctores a Maimonide non intelligi Doctores Gemaræ Babylonicæ, quippe quæ inchoata est a R. Asa huic operi immortuo anno mundi 4184 (Cristi 424) & absoluta anno Christi 505. *Ibid. fol.* 164. *col.* 1. sed Hierosolymitanæ quæ, ceu ibidem recensetur circa annum trecentesimum post excidium templi completa est. Vid. *Ludovicus de Compiegne de Veil ad l. c. Maimonidis*. Manifesto igitur confundit Doctores Gemaræ Hierosolymitanæ & Babylonicæ *Dionysius Petavius*, de Doctrina temporum *P. I. lib.* 2. 27. quando scribit. *Eversa urbe, quamdiu Judæorum synedria in Palæstina remanserunt, penes illa jus omne fuit neomeniarum indicendarum; quousque Gemaræ sapientes desiti sunt, qui ad annum Christi quingentesimum perstiterunt*.

§. XXII. Scripturarii in hunc usque diem neomeniam in Palæstina juxta primam phasin ordinari volunt, imo nec damnant eos, qui & extra terram sanctam menses ratione exposita disponunt. Talmudicos autem ob mutationem graviter reprehendunt. Ita enim *Aharon ben Eliahu cap. Ommam hannischaim*. Circa finem: וחכמי הקבלה מודים שישראל היו מתנהגים בקדוש החודש בראית הלבנה כאשר דבריהם פשוטים במשנה ובתלמוד באין ספק אך אחר שגלו ישראל מארץ לא להם בכל לאום ולאום וקשת המראה תתחלף כפי אורך ורוחב המקום ויראה במקום אחר ובמקום אחר לא יראה ואנשי מערב יראוהו קודם אנשי מזרח ומהם עושים למחר ונפל החלוף בין ישראל על כן קמו חכמי התלמוד וחדשו ענין זה לקדש החודש בחשבון המולד כדי שיהיה החשבון שוה לכל והנה עמדו כנגד במה שכינה התורה למחות רושם עבודה זרה ועברו במצות התורה אשר אמרה לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם היום ולא תגרעו ממנו *Traditionales confitentur, quod Israelitæ consueverint in initiatione mensis lunæ phasin respicere, quemadmodum verba ipsorum clara sunt tam in Mischna quam in Gemara, sine ullo dubio. Veruntamen postquam Israelitæ migrarunt in terras peregrinas, & quaslibet Regiones; arcus visionis autem variat pro diversitate longitudinis & latitudinis loci, & alibi apparet, alibi non apparet, atque incolæ occidentaliores prius vident quam orientaliores; alii hodie alii die sequente novilunium initiarent, essetque magna discrepantia inter Israelitas. Surrexerunt igitur sapientes Talmudici, & innovarunt negotium initiationis mensis, ut in posterum juxta calculum conjunctionis fieret; ut adeo calculus idem ab omnibus adhiberetur. Sed ecce sese opponunt ei, quod scriptura nobis hic in signum dedit, & transgrediuntur præceptum legis quod dicit: Ne addatis aliquid ei, quod vobis hodie præcipio, nec auferatis quidpiam ab eo.*

§. XXIII. Fuerunt nonnulli magnæ existimationis viri in ea sententia, Judæos jam tempore Christi *cyclos* habuisse. Quo pacto antiqua ista juxta phases disponendi menses methodus ante Christum cessasse videtur, quod nec cum Talmudicorum nec scripturariorum sententia convenit. *EPIPHANIUS* controversiam de ultimo Christi Paschate decisurus, adeoque de mensibus tempore Christi sollicitus, *hæresi* 51. *quæ est Alogon* scribit: Ἔχει δὲ ὥρας τινὰς ἡ ψῆφος τῆς λεπτολογίας, ἥ τις ἐμπίπτει διὰ ἐτῶν τριῶν παρ' αὐτοῖς διαφωνουμένη ἡ μία ἡμέρα· προστιθέασι γὰρ τῷ σεληνιακῷ δρόμῳ μετὰ τὰς τριακοσίας πεντηκοντατέσσαρας ἡμέρας, καὶ ἄλλας κατ' ἔτος τέσσαρας ὥρας. ὡς εἶναι εἰς τὰ τρία ἔτη ἡμέραν μίαν. διὸ παρ' αὐτοῖς πέντε μῆνες τελοῦνται ἐμβόλιμοι εἰς ἔτη δεκατέσσαρα, διὰ τὸ ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, καὶ ὡρῶν τριῶν τὴν μίαν ὥραν. Προστιθεμένων γὰρ τῶν ὡρῶν λοιπὸν γίνονται τρεῖς ἡμέραι παρὰ ὥραν μίαν. ὅθεν αὐτοὶ ἑξάκις πολυπλασιάσαντος τὰ δεκατέσσαρα ἔτη τοῦ ὀγδοηκοστοῦ τετάρτου ἔτους, ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ τιθέασιν ἐμβόλιμον ἕνα μῆνα. εἰς τὸ εἶναι τριάκοντα καὶ ἕνα μῆνα εἰς τὰ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἔτη, οὓς τινες ὤφειλον εἶναι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τριακονταὲξ μῆνας καὶ εἰκοσιτέσσαρες ἡμέραι καὶ ὧραι τρεῖς. Quæ ex Petavii versione ita se habent: *Supersunt enim ex illorum ratiociniis horæ aliquot appendices, quæ tertio quoque anno diei apud illos unius discrimen afferunt. Quippe lunarem ad modum præter* 354. *dies horas insuper quaternas adjiciunt, quæ singulis trienniis diem integrum conficiunt. Ob id anni quatuordecim menses postulant intercalares* 5. *eo quod de solis cursu, qui est dierum* 365. *cum horis* 3. *unam horam decerpant. Nam horis additis fiunt deinde* 365. *dies, una hora minus. Unde illi* 14. *annis sexies multiplicatis ut* 84. *annis consurgant anno* 85. *mensem unum intercalant, quo fit, ut* 85. *anni* 31. *menses exhauriant, cum accurata ratio* præ-

præter menses 30. dies præterea 24. ac tres horas requirat. In quo Epiphanii loco explicando & corrigendo multum desudarunt *PETAVIUS in animadversionibus ad h. l.* & *VVILHELMUS LANGIUS de annis Christi lib.* I. *cap.* 9. Alia Cycli Judaici ratio apud *AFRICANUM* extat, cujus fragmentum habes apud *EUSEBIUM in Chron. Lib.* I. *PAULUS Forosempronienfis Episcopus Part. II. libr.* 8. commemorat cyclos Gamalielis, juxta quos menses dispofuisse Judæos putat. *SAMUEL PETITUS in Eclogis Chronologicis*, & *GERARDUS JOHANNIS VOSSIUS Dissertat. de Tempore Dominicæ passionis, quæ exhibetur Tom. 6. Operum pag.* 82. octaeteridem Judæis Tempore Christi Ænneadecaeteride usos fuisse veteres Hebræos affirmat *NICOLAUS MULLERIUS de Judæorum anno lunæsolari Cap. I.* At vero omnes hi legitimis destituuntur ex antiquitate Hebraica testimoniis, cum tamen in libris Hebræorum antiquiorum de anno & mense satis accurate disputetur. Nec ipse Epiphanius ullum laudat, qui *cyclum* istum, quem proponit, Judæis circa tempora Christi in usu fuisse dicat. Si multum concedimus; id largimur, quod extra terram sanctam a Judæis ἐν διασπορᾷ viventibus cyclus fuerit adhibitus, quamvis hic nihil certi affirmari possit. *JOSEPHUS SCALIGER de emend. Temp. Lib. II.* Judæis circa Maccabæorum tempora Periodum Calippicam fuisse in usu evincere conatur. Probat suam sententiam exinde quod scriptor Maccabæorum atque Josephus Judæus Syro-Macedonum & Græcorum annos supputent, Græci autem Periodum Calippicam habuerint. Ad hoc argumentum, quod ejus nisi unicum tamen Palmarium est, multa regeri possunt. Nam (1) *DIONYSIUS PETAVIUS de Doctrina temporum P. I. lib.* 2. *cap.* 25. notat, Syro-Macedonas non habuisse Periodum Calippicam; sed eam a solis Mathematicis fuisse receptam. Posito itaque quod Judæi Græcorum numerassent menses, minus recte tamen Periodus Calippica ipsis assignaretur. [2] Si scriptor Gallus aut Italus Turcicam Historiam consignans Hegiræ annis uteretur, non statim sequeretur, Gallos aut Italos Hegiræ annos numerare. Simili modo etiam dicere licet, quod scriptor Maccabæorum Historiam Syro-Macedonum recensens annis Græcorum uti potuerit, nec tamen sequatur, Judæos talem anni habuisse formam. (3) Quod *JOSEPHUM* attinet observamus, ex locis *a SCALIGERO* allegatis si multum valent, saltem evinci posse, quod coincidant menses Græcorum & menses Judæorum. Id autem aliquando fieri potuisse, ob diversam phaseos apparitionem, non negamus. Inde tamen non sequitur Judæos eodem modo, quo Græci solebant menses suos dispofuisse. Conf. *VVILHELMUS LANGIUS de annis Christi lib. I. cap.* 9. Proinde ipse *SCALIGER* vidit, quam invalidum sit ejus argumentum: adeoque *in Canon. Isag. lib. III. Comm. in cap. VI.* Judæos stante templo Hipparchi mensem recepisse statuit, quod cum ejus de Periodo Calippica Judæis recepta Hypothesi non convenit. Nihil quicquam ergo obstat, quo minus receptæ Hebræorum sententiæ, quod *antiqua menses juxta primam phasin ordinandi ratio in seculum quartum usque durarit*, assentiamur.



TO-



TOSAPHTA

Seu additamenta ad Codicem de Sabbatho

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine redditus.

פרק א

א ארבע רשויות לשבת רשות היחיד ורשות הרבים איזהו רשות היחיד חריץ שעמוק עשרה ורוחב ארבעה וכן גדר שגבוה עשרה ורוחב ארבעה זו היא רשות היחיד גמורה איזו היא רשות הרבים סרטיא ופלטיא ומבואות המפולשין זו היא רשות הרבים גמורה אין מוציאין מרשות היחיד זו לרשות הרבים זו ואין מכניסין מרשות הרבים זו ,לרשות היחיד זו ואם הוציא והכניס בשוגג חייב חטאת במזיד ענוש כרת ונסקל אחד המוציא ואחד המכניס ואחד המושיט ואחד הזורק חייב אבל הים והבקעה והכרמלית והאסטוונים והאסקופה אינן לא רשות היחיד ולא רשות הרבים אין נושאין ונותנין לתוכן ואם נשא ונתן פטור אין

CAPUT PRIMUM.

I. Quatuor sunt potestates ratione Sabbathi: Potestas privata, & potestas publica: Quænam potestas privata? Fossa, quæ humilis sit decem palmis, & quatuor palmis lata; & similiter maceries qui pateat in altitudine decem palmos, & quatuor in latitudine: Hæc est potestas privata perfecta. Et quænam est potestas publica? via, & palatium, & introitus, qui sint aperti: Hæc est potestas publica perfecta: Non educunt de potestate hac privata in potestatem hanc publicam, neque inferunt de potestate hac publica in potestatem hanc privatam; si autem educat, & inferat per errorem, tenetur sacrificio pro peccato; si per contumaciam punitur excidio, & lapidatur: Sive educat, sive inferat, sive porrigat, sive spargat, tenetur: At mare, & vallis, & Karmelith & scamnum & liminare non est potestas privata, neque potestas publica, non portant, neque ponunt in medio eorum, si vero portet, aut ponat, liber est;

Non

מוציאין לא מתוכן לרשות הרבים ולא
מרשות הרבים לתוכן ואין מכניסין מתוכן
לרשות היחיד ומרשות היחיד לתוכן ואם
הוציא והכניס פטור חצר של רבים
ומבואות שאין מפולשין עירבו מותרין לא
עירבו אסורין אדם עומד על האסקופה נותן
לבעל הבית ובעל הבית נותן לו נותן
לעני והעני נותן לו נוטל מבעל הבית
ונותן לעני מן העני ונותן לבעל הבית
שלשתן פטורין אחרים אומרים אסקופה
משמשת שתי רשויות כל זמן שפתח
פתוח כלפנים פתח נעול כלחוץ היתה
גבוהה עשרה טפחים הרי זה רשות
לעצמה. כשם שמפסיקין לקרית שמע כך
מפסיקין לקרית מגלה ולקרית ההלל
ולתקיעת שופר ולנטילת לולב ולכל
מצות האמורות בתורה. לא יצא החייט
במחטו ערב שבת סמוך לחשכה שמא
ישכח ויצא ולא נגר בקיסם שבצוארו
ולא צבע בדוגמא שבאזנו ולא שלחני
בדינר שבאזנו ולא סורק במשיחה שבצוארו
אם יצאו כולן פטורין דברי רבי מאיר
רבי יהודה אומר אומן דרך אומנותו חייב
ושאר כל אדם פטורין הסוחר לא יצא
בכסות המקופלת ומונחת על כתפו
לרשות הרבים ואם יצא הרי זה חייב:
לא יצא אדם במעות הצרורין לו
בסדינו לרשות הרבים ואם יצא הרי זה
חייב יוצאין בתפילין עם חשכה וקורין
בכתבי הקדש עם חשכה אבל אין קורין
בלילי שבת לאור הנר אפילו גבוה ממנו
ואפילו בבית אחר ואפילו עשרה בתים
זה לפנים מזה אבל מסתכל הוא
לתוך הקערה ואינו חושש רבן שמעון בן
גמליאל אומר תינוקות מתקנין פרשיותיהן
בלילי שבת לאור הנר אמר רבי ישמעאל
פעם אחת קראתי לאור הנר ובקשתי
להטותו אמרתי כמה גדולים דברי חכמים
שאומרין אין קורין בלילי שבת לאור הנר
רבי נתן אומר הטהו ודאי וכתב על
פינקסו ישמעאל בן אלישע היטה את הנר

Non educunt ex medio eorum in poteſtatem publicam, neque a poteſtate publica in eorum medium, neque inferunt ex medio eorum in poteſtatem privatam, neque ex poteſtate privata in eorum medium; ſi autem educat, & inferat, liber eſt; Atrium multorum, & introitus, qui non fuerint aperti, ſi commixti eſſent, permiſſi erant, ſi non fuiſſent commixti, erant interdicti: Homo ſtans ſuper liminari poterit dare patrifamilias, & paterfamilias poterit dare pauperi, & pauper ei dare; Si accipiat a patrefamilias, ut det pauperi, ſi a paupere, ut det patrifamilias, tres omnes liberi ſunt: Alii dicunt: Liminare inſervit duabus poteſtatibus: Quandiu porta fuerit aperta, conſideratur ſicut poteſtas interior, quando fuerit clauſa, conſideratur ſicut exterior; Si fuerit alta decem palmis, conſideratur poteſtas ſeparata: Sicut ceſſant in lectione Audi, ita pariter ceſſant in lectione Megillah, & in lectione Hallel, & in clangore cornu, & in accipienda palma, & in cunctis præceptis in lege memoratis: Non egredietur ſartor cum acu ſuo in veſpera Sabbathi prope tenebras; ne forte obliviſcatur, & exeat neque faber lignarius cum regula in collo ſuo, neque infector cum ſpecimine in aure ſua; neque pectinator cum funiculo in collo ſuo: ſi egrediantur, omnes abſolvuntur; verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Artifex juxta artificium ſuum, tenetur, & ceteri omnes homines abſolvuntur: Mercator non egredietur cum veſte duplicata, & impoſita humeris ſuis in locum publicum, ſi vero egrediatur, tenetur: Nemo egredietur cum nummis colligatis in cingulo ſuo in locum publicum; ſi vero egrediatur, tenetur: Egrediuntur cum Thephilin prope tenebras, & legunt in ſcripturis ſanctis prope tenebras; at non legunt in noctibus Sabbathi ad lucem lucernæ, vel ſi ſibi fuerit eminentior, vel in aliena domo, vel in decem domibus, quarum altera ſit altera interior; at poterit conſiderare in ſcutellam: neque erit ſolicitus: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Pueri poſſunt præparare lectiones ſuas in noctibus Sabbathi ad lucem lucernæ; Dicit R. Iſmael: Aliquando legi ad lucem lucernæ, & volui eam inclinare: ei dixi: Quam præſtantia ſunt verba ſapientum, qui dicunt: Non legunt in noctibus Sabbathi ad lucem lucernæ. R. Nathan dicit: certe inclinavit, & ſcripſit in libro ſuo: Iſmael ben Eliſæi: Siquis inclinat lucernam in Sabbatho, poſtquam ædificata fuerit domus ſan-

בשבת לכשיבנה בית המקדש יביא חטאת׃

ב אמר רבי שמעון בן אלעזר בא וראה עד היכן פרצה טהרה שלא גזרו הראשונים לומר לא יאכל טהור עם הנדה שהראשונים לא היו אוכלין עם הנדות אלא אמרו לא יאכל הזב עם הזבה מפני הרגל עברה שבית שמאי אומר לא יאכל זב פרו׳ עם זב עם הארץ ובית הלל מתירין. אלו מן ההלכות שאמרו בעליית חנניה בן חזקיהו בן גרון כשעלו לבקרו נמנו ורבו בית שמאי על בית הלל שמונה עשר דבר גזרו בו ביום והיה אותו היום קשה להם לישראל כיון שנעשה בו העגל רבי אליעזר אומר בו ביום גדשו סאה רבי יהושע אומר בו ביום מחקו סאה שכל זמן שהמידה מלאה אדם נותן לתוכן לסוף מוציאה מה שבתוכה בו ביום אמרו כל המטלטלין מביאין את הטומאה בעובי המרדע ונמנו ורבו בית שמאי על בית הלל בו ביום אמרו השוכח כלים תחת הצנור בערב שבת עם חשכה. ונמנו ורבו בית שמאי על בית הלל אמרו בית שמאי לבית הלל אי אתם מודים שאין צולין בשר וביצה בערב שבת עם חשכה אלא כדי שיצולו אף דיו סמנין וכרשינין וכיוצא בהן אמרו להם בית הלל אי אתם מודים שטוענים קורות בית הבד ותולין עיגולי הגת ערב שבת עם חשכה אף דיו סמנין וכרשינין כיוצא בהן אלו עמדו בתשובתו ואלו עמדו בתשובתן אלא שבית שמאי אומרים ששת ימים תעבוד ועשית כל מלאכתך שתהא כל מלאכתך נמצא מערב שבת ובית הלל אומרים ששת ימים תעשה מלאכה עושה אתה כל ששה. בית שמאי אומרת אין מוכרין לנכרי ולא טוענין עמו ולא מגביהין עליו אלא כדי שיגיע למקום קרוב ובית הלל מתירין איזהו מקום קרוב עד שיגיע לבית הסמוך לחומה רבי עקיבא אומר כדי

ſanctuarii, afferet ſacrificium pro peccato.

II. Dicit Rabi Simeon ben Elieſer: Veni, & vide, quouſque producta fuerit puritas; quod priores non decreverint dicendo: Non comedet purus cum menſtruatis; quia priores non comedebant cum menſtruatis: Sed dixerunt: Non comedet ſeminiſluus cum ſeminiflua, propter aſſuetudinem transgreſſionis. Etenim ſchola Schammai dicit: Non comedet ſeminifluus peritus cum ſemifluo ex populo terræ: At ſchola Hillel permittit; Iſtæ ſunt conſtitutiones, quæ decretæ fuerunt in cœnaculo Chananjah ben Ezechia ben Garon, quando adſcenderunt ad eum viſitandum; Numerati ſunt, & numero prevaluit ſchola Schammai præ ſchola Hillel; & octodecim eo ipſo die decreverunt, & ille dies fuit moleſtior Iſraelitis, quam dies quo conflatus eſt vitulus: R. Elieſer dicit: Eo die accumularunt menſuram: R. Joſua abraſerunt menſuram; Etenim quando menſura eſt plena, ſiquis in eam indat, finis erit, ut rejiciat, quod in ea continetur: Eo ipſo die dixerunt: Omnia mobilia adducunt immunditiem in craſſitie ſtimuli, & numerati ſunt, & prævaluit numerus ſcholæ Schammai præ ſchola Hillel: Eo die dixerunt: Siquis obliviſcatur vaſa ſub fiſtula in veſpera Sabbathi poſt obortas tenebras: Et numerati ſunt, & prævaluit numerus ſcholæ Schammai præ ſchola Hillel: Etenim dixit ſchola Schammai ſcholæ Hillel: Vos fatemini non eſſe aſſanda carnem & ova in veſpera Sabbathi poſt obortas tenebras; Sed ut ſatis aſſentur; ita pariter atramenta, aromata, & vicias & his ſimilia: Reſpondit eis ſchola Hillel: Si vos fatemini, quod liceat onerare tigna ſuper torculari, & appendere rotas torcularis in vigilia Sabbathi poſt obortas tenebras, ita pariter atramenta, aromata, & vicias & his ſimilia: Iſti perſtiterunt in argumentis ſuis, & illi perſtiterunt in argumentis ſuis. At ſchola Schammai dixit: *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum.* Ut ſit omne opus tuum perfectum a veſpera Sabbathi: At ſchola Hillel dicit: *Sed diebus facies opus.* Fac tu cunctis ſex diebus: Schola Schammai dicit: Non vendunt alieno, neque onerant cum eo, neque extollunt cum eo, niſi fuerit ſatis temporis, ut pervenire poſſit ad locum proximum: At ſchola Hillel permittit: Quinam eſt locus proximus? Donec perveniat ad domum proximam muro. R. Akiba dicit: Ut poſſit egredi ex janua, & poſ-

שיצא מן הפתח וקדש עליו היום אמר רבי אלעזר ברבי צדוק של בית רבן גמליאל היו מוליכין כלי לבן שלהן לכובס נכרי שלשה ימים קודם לשבת וצבועין בערב שבת לפי דרכנו למדנו שהלבנים קשים לכבסן יותר מן הצבועים. פותקין מים לגנה בערב שבת עם חשכה והיא שותה והולכת בשבת נותנין קילור לעין ואיספלנית על גב המכה בערב שבת עם חשכה והן מתרפאין והולכין בשבת נותנין גפרית תחת הכלים בערב שבת והן מתגפרין והולכין בשבת. נותנין מגמר על גבי נחלים בערב שבת עם חשכה ואין נותנין חטים לרחים של מים אלא כדי שיטחנו.

פרק שני

א מדליקין בפתילה מהורכת ולא בסמרטוטין ואף על פי שמהורכין כל אלו שאמרו אין מדליקין בהן בשבת מדליקין בהן ביום טוב חוץ משמן שרפה מפני מה אמרו אין מדליקין בשמן שרפה ביום טוב לפי שאין שורפין לא תרומות ולא קדשים ולא חמץ ביום טוב כל אלו שאמרו אין מדליקין בהן בשבת מותר לעשותן מדורה בין על גבי הארץ ובין על גבי מנורה בין להתחמם כנגדן בין להשתמש לאורה לא אסרו אלא לעשותן פתילה לנר בלבד.

ב רבי שמעון בן אלעזר אומר אין מדליקין בצרי רבי ישמעאל אומר כל היוצא מן העץ אין מדליקין בו רבי ישמעאל ברבי יוחנן בן ברוקה אומר אין מדליקין אלא ביוצא מן הפרי רבי טרפון אומר אין מדליקין אלא בשמן זית בלבד עמד רבי יוחנן בן נורי על רגליו ואמר מה יעשו אנשי בבל שאין להן אלא שמן שומשמין מה יעשו אנשי מדי שאין להם אלא שמן אגוזים מה יעשו אנשי אלכסנדריא שאין להן אלא שמן צנונות מה יעשו אנשי קפוטקיא שאין להם לא זה ולא זה אין לך אלא מה שאמרו.

ג מדליקין בשמן פקועות ובנפט רבי שמעון שזורי אומר מדליקין בשמן דגים ובעטרת סומכוס אומר כל היוצא מן הבשר אין מדליקין בו חוץ משמן דגים רבי שמעון בן אלעזר אומר כל היוצא מן העץ אין בו משום שלש על שלש ומסככין בו חוץ מן הפשתן. כרך דבר

& poſſit ſanctificare diem: Dicit Rabi Elieſer bar R. Sadoch: Familia Raban Gamaliel deducebant veſtes ſua albas ad lavatorem alienum triduo ante Sabbathum, & coloratas in veſpera Sabbathi; Quia juxta noſtram conſuetudinem docemur, quod albæ ſint difficilius laventur, quam coloratæ. Aperiebant aquas in hortum in veſpera Sabbathi prope tenebras, ut ipſe irrigetur in Sabbatho: Imponunt tutiam oculo, & unguentum vulneri in veſpera Sabbathi prope tenebras, licet ſanetur in Sabbatho: Imponunt ſuffitum prunis in veſpera Sabbathi prope tenebras; at non ponunt triticum in molis aquarum, niſi tandiu, ſit ſatis ut commolatur.

CAPUT II.

I. Accendunt ellinchio combuſto; non autem veteramentis vel combuſtis: his omnibus, de quibus dixerunt: Non accendunt in Sabbatho; licet accendere in die feſto, excepto oleo combuſtionis: Cur dixerunt non licere accendi oleo combuſtionis in die feſto? Quia non poſſunt comburi ſeparationes, neque ſanctitates, neque fermentatum in die feſto. Ex his omnibus, de quibus dixerunt: Non accendunt in Sabbatho, licet facere pyram ſive ſuper terra, ſive ſuper candelabro, ſive ut calefiat ex eorum regione, ſive ut utatur eis ad lucem; Non prohibuerent, niſi ut fieret ellynchium lucernæ duntaxat.

II. R. Simeon ben Elieſer dicit: Non accendunt balſamo: R. Iſmael dicit: Ex eo, quod emanat de arbore, non accendunt. R. Iſmael bar Jochanan ben Beroka dicit: Non accendunt niſi ex eo, quod emanat de fructibus: R. Tarphon dicit: Non accendunt niſi oleo olivæ duntaxat: Inſiſtens R. Jochanan ben Nuri pedibus ſuis dixit: Quid facient viri Babylonis, quibus non eſt niſi oleum ſeſaminum? Quid facient viri Mediæ, quibus non eſt niſi oleum nucum? Quid facient viri Alexandriæ, quibus non eſt niſi oleum raphani? Quid facient viri Capadociæ, quibus non eſt neque hoc neque illud? Non eſt tibi, niſi quod dixerunt.

III. Accendunt oleo cucurbitæ, & pice: R. Simeon Acezori dicit: Accendunt oleo piſcium, & pice: Somcos dicit: Ex eo quod emanat de carne, non accendunt, excepto oleo piſcium. Rabi Simeon ben Elieſer dicit: Eo, quod emanat de ligno, ſi non pateat tres digitos quaquaverſum, tegunt, excepto lino: Si involuiſſet rem, qua licet accendere,

שמדליקין בו על גבי דבר שאין מדליקין בו אין מדליקין בו רבן שמעון בן גמליאל אומר של בית אבא היו כורכין פתילה על גבי אגוז ומדליקין בה . אמר רבי יהודה כשהיינו שרויין בעלית בית ניתזה בלוד היינו נוקבין שפופרת של ביצה וממלאין אותה שמן ונותנין אותה על הנר בערב שבת עם חשכה שיהא שוהה ודולק בלילי שבת היו שם זקנים ולא אמר אחד מהן דבר אם חברה בסיד ובגפסוס בערב שבת מותר . נותנין טיט וחרסית תחת הנר בערב שבת עם חשכה כדי שיהא שוהה ודולק בלילי שבת נותנין גרגר של מלח וגרוס של פול על פי הנר בערב שבת עם חשכה כדי שיהא שוהה ודולק בלילי שבת מעלין בריופי ומטיפין מן הארק לחולה בשבת החותך בגחלים חייב חטאת רבי שמעון בן אלעזר אומר משם רבי אלעזר ברבי יצחק חייב שתי חטאת מפני שמכבה את העליונות ומבעיר את התחתונות החותה גחלים להתחמם כנגדן פטור.

ד כלים שנטמאו באב הטומאה אין מטבילין אותן בין השמשות רבי שמעון שזורי אומר אף בחול אין מטבילין אותן בין השמשות מפני שצריכין הערב שמש נבלים שנטמאו בולד הטומאה ומטבילין אותן בין השמשות כלל אמר רבי שמעון בן אלעזר דבר שחייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת אין עושין אותו בין השמשות ודבר שאין חייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת עושין אותו בין השמשות רבי נתן אומר אף מפני נדרים נשים מתות בשעת לידתן . רבי יוסי אומר שלשה הן דבקי מיתה מסורין לנשים רבן שמעון בן גמליאל אומר הלכות הקדש וחטאות ומעשר הן גופי תורה ומסורין הם לעם הארץ שלשתן להעשות מדליקין את הנר מערבין וטומנין את החמין.

פרק שלישי

א כירה שהסיקוה בגפת ובעצים סומכין לה ואין מקיימין עליה עד שתהא גרופה וקטומה גחלים שעממו או שהדליק

dere, super re, qua non licet accendere, non accendunt: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Familia patris mei involuebat ellychnium super nuce, & accendebat. Dicit R. Jehuda: Quando nos quiescebamus in cœnaculo Bet-Nitza in Lud, perforabamus corticem ovi, illudque oleo implebamus, illudque lucernæ imponebamus in vespera Sabbathi prope tenebras, ut conservaretur, & arderet in noctibus Sabbathi; erant ibi senes, & nemo locutus est; Si appendisset calce & gypso sub lucerna in vespera Sabbathi, permissum est: Licet ponere calcem, & testam sub lucerna in vespera Sabbathi prope tenebras, ut conservetur & ardeat noctibus Sabbathi: Licet ponere granum salis, & fabæ in ore lucernæ in vespera Sabbathi prope tenebras, ut conservetur, & ardeat in noctibus Sabbathi: Faciunt adscendere vinum calamo, & distillant ex cribro propter ægrotum in Sabbatho. Qui agitat prunas, tenetur sacrificio pro peccato. R. Simeon ben Eliefer dicit nomine R. Eliefer bar Rabi Josadach; tenetur duobus sacrificiis pro peccato, quia extinguit superiores, & accendit inferiores: Qui agitat prunas, ut coram eis calefiat, liber est.

IV. Vasa quæ polluta essent patre immunditiei, non licet lavare inter soles: R. Simeon Scezori dicit: Vel in die profano non licet ea lavare inter soles, quia requirunt occasum solis: At vasa, quæ polluta essent filio immunditiei, licet lavare inter soles: Regulam generalem dixit R. Simeon ben Eliefer: Id, cujus causa per contumaciam tenentur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato, non licet facere inter soles; & id cujus causa per contumaciam non tenentur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato, licet facere inter soles. R. Nathan dicit: Etiam propter vota mulieres moriuntur tempore partus. R. Jose dicit: Tres conjunctiones mortis traditæ sunt fœminis: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Constitutiones sanctitatis, & sacrificia pro peccato, & decima sunt fundamentum legis, & tradita sunt populo terræ, ut hæc tria omnia fierent. Accendunt lucernam, & commiscent, & operiunt cibos calidos.

CAPUT III.

I. Kiræ, quam succendunt palea; & lignis, non imponunt, donec everrerit, & insperserit cinerem. Prunæ, quas extinxerit, aut accen-

עליהן נעורת של פשתן הרי הן כקטומות· שתי כירים המתאימות אחת גרופה וקטומה ואחת שאינה גרופה וקטומה ומה הן מקיימין עליה בית שמאי אומרים אין מקיימן עליה כלום ובית הלל אומרים חמין אבל לא תבשיל עקר את המחה הכל מודים שלא יחזיר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בית שמאי אומרים לא חמין אבל לא תבשיל ובית הלל אומרים חמין ותבשיל עקר בית שמאי אומר לא יחזיר ובית הלל אומרים יחזיר.

ב השוכח תבשיל על גבי כירה וקדש עליו היום בשוגג יאכל במזיד לא יאכל במה דברים אמורים בתבשיל שלא בשל כל צרכו וחמין שלא הוחמו כל צרכן אבל תבשיל שבשל כל צרכו וחמין שהוחמו כל צרכן הרי אלו מותרין מפני שרע להן רבי יהודה אומר חמין שהוחמו כל צרכן הרי אלו מותרים מפני שרע להן אבל תבשיל שבשל כל צרכו כל המצטמק ויפה לו כגון כרוב ופול ובשר טרוף אסור וכל המצטמק ורע לו מותר.

ג המבשל בשבת בשוגג יאכל במזיד לא יאכל דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בשוגג יאכל במוצאי שבת במזיד לא יאכל רבי יוחנן הסנדלר אומר בשוגג יאכל במוצאי שבת לאחרים ולא לו במזיד לא יאכל לא לו ולא לאחרים כלל אמר רבי ישמעאל ברבי יוחנן בן ברוקה דבר שחייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת ועשאו בשבת בין בשוגג בין במזיד אסור לו ולאחרים ודבר שאין חייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת ועשאה בשבת בשוגג יאכל

cenderit ſuper iis ſtupam lini, ecce erunt ſicut cineres: Si duæ Kiræ ſint gemellæ, quorum altera ſit everſa, & cinere conſperſa, & altera non ſit everſa, neque cinere conſperſa, imponunt ſuper everſa, & cinere conſperſa, at non imponunt ſuper ea, quæ non ſit everſa, neque cinere conſperſa. At quid imponunt? Schola Schammai dicit: Iis non imponunt vaſa; at ſchola Hillel dicit: Aquas calidas, non autem coctile; ſi removiſſet cucumam, omnes fatentur, quod non poſſit reponere; Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Schola Schammai dicit: Aquas calidas non autem coctile: At ſchola Hillel dicit: Aquas calidas, & coctile, quod eſt præcipuum: Schola Schammai dicit: non reponet; at ſchola Hillel dicit: reponet.

II. Si oblitus fuerit decoctum ſuper Kira, & ſuper eo per errorem ſanctificaverit diem, poterit comedere, ſi per contumaciam, non comedet: De quo hæc dicta ſunt? De decocto, quod non fuerit coctum, quantum ſit neceſſe, & de aquis calidis, quæ non fuerint calefactæ, quantum fuerit neceſſe, ecce permittuntur, quia malum eſt illis: Rabi Jehuda dicit: Aquæ calidæ, quæ calefactæ fuerint, quantum ſit neceſſe, permiſſæ ſunt, quia malum eſt illis; ita decoctum, quod fuerit coctum, quantum ſit neceſſe, quando dum conditur ſit melius, e. g. braſſica, & faba, & caro diſcerpta, interdictum eſt; quando vero dum conditur, ſit pejus, eſt permiſſum.

III. Si per errorem coquat in Sabbatho, poterit comedere in exitu Sabbathi; ſi per contumaciam non comedet: Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Si per errorem, poterit comedere in exitu Sabbathi, ſi per contumaciam, non comedet: R. Jochanan Sandalarius dicit: Si per errorem; poterit dare comedendum aliis, non ſibi in exitu Sabbathi; Si per contumaciam, non dabit comedendum ſibi, neque aliis. Regulam generalem dixit R. Iſmael bar R. Jochanan ben Beroka: Si faciant in Sabbatho id, cujus cauſa per contumaciam tenentur excidio, & per errorem ſacrificio pro peccato, ſive per errorem ſive per contumaciam, eſt interdictum ſibi, & aliis: Et id, cujus cauſa per contumaciam non tenentur excidio, neque per errorem ſacrificio pro peccato, ſi faciat in Sabbatho per errorem, poterit dare comedendum in exitu Sabbathi aliis non ſibi, ſi per contumaciam, neque ſibi neque aliis: Si mactet per errorem in

למוצאי שבת לאחרים ולא לו במזיד לא לו ולא לאחרים השוחט בשבת בשוגג יאכל למוצאי שבת במזיד לא יאכל.

ד פירות שלקטן בשבת בשוגג יאכלו למוצאי שבת במזיד לא יאכלו. התורם והמעשר בשבת בין בשוגג בין במזיד מעשרותיו מעשר המטביל כלים בשבת בין בשוגג בין במזיד עלו ידי טבילה. הנוטע בשבת בשוגג יקיים במזיד יעקור בשביעית בין בשוגג בין במזיד יעקור מפני מה אמרו הנוטע בשבת בשוגג יקיים במזיד יעקור ובשביעית בין במזיד בין בשוגג יעקור מפני שמונין לשביעיות ואין מונין לשבתות דבר אחר נחשדו ישראל על השביעית ולא נחשדו על השבתות רבי יהודה אומר חלוף הדברים בשבת בין בשוגג בין במזיד יעקור בשביעית בשוגג יקיים במזיד יעקור רבן שמעון בן גמליאל אומר מגלגלין בצים על גבי של סיד רותח ואין מגלגלין בוצים על גבי עפר רותח.

פרק רביעי

א לא תמלא אשה קדרה עססיות ותורמוסין ותתן לתוך התנור בערב שבת עם חשכה אם נתנה למוצאי שבת אסורין עד כדי שיעשו. לא ימלא נחתום חבית מים ויתן לתוך התנור בערב שבת עם חשכה ואם נתן למוצאי שבת אסורין עד כדי שיחמו מרחץ שסתמו נקבין שלו מערב שבת למוצאי שבת רוחץ בו מיד סתמו נקבין שלו מערב יום טוב נכנס ביום טוב ומזיע ויוצא ומשתטף בצונן אמר רבי יהודה מעשה במרחץ של בני ברק שסתמו נקבין שלו מערב יום טוב והיה רבי עקיבא ורבי אלעזר בן עזריה נכנסין ומזיעין בתוכו ויוצאין ורוחצין בצונן אלא שהיו חמין שלו מחופין בנסרים משרבו עוברי עבירה חזרו לאסור.

ב האמבטאות שבכרכים מטילין בהן

in Sabbatho, poterit comedere post exitum Sabbathi, si per contumaciam, non comedet.

IV. Fructus, quos collegerit in Sabbatho, si per errorem, poterit comedere post exitum Sabbathi, si per contumaciam, non comedet: Si separet, & decimet in Sabbatho sive per errorem, sive per contumaciam, ejus decisunt decimæ: Qui immergit vasa in Sabbatho, sive per errorem sive per contumaciam, eorum immersio inservit: Qui plantat per errorem in Sabbatho, poterit conservare; si per contumaciam, eradicabit; si in anno septimo, sive per errorem, sive per contumaciam, eradicabit; Cur dixerunt: Qui plantat per errorem in Sabbatho, poterit conservare, si per contumaciam eradicabit, & anno septimo sive per errorem sive per contumaciam eradicabit? Quia numerant ab annis Sabbathicis, at non numerant a Sabbathis: Alia expositio: Suspecti sunt Israelitæ de anno Sabbathico, at non sunt suspecti de Sabbathis. R. Jehuda dicit: Muta verba: In Sabbatho sive per errorem sive per contumaciam eradicabit; in anno Sabbathico, si per errorem, poterit conservare, si per contumaciam, eradicabit: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Possunt convolui ova super calce ferventi, at non possunt convolui ova super cinere ferventi.

CAPUT IV.

I. NON implebit mulier ollam cæpis, & lupinis, ut reponat in furno, in vespera Sabbathi prope tenebras; si posuerit, post exitum Sabbathi sunt interdicti, quandiu perfici possint. Non implebit pistor dolium aquis, ut reponat in furno in vespera Sabbathi prope tenebras, si autem ponat, interdictæ sunt, quandiu calefieri possint: In balneo, cujus foramina obturata essent a vespera Sabbathi, in exitu Sabbathi, poterit statim lavare: Si fuerint obturata ejus foramina a vespera diei festi, poterit in illud ingredi in die festo, & sudare, & egredi, & lavare aqua frigida. Dicit Rabi Jehuda: Narratur de balneo incolarum Berak, cujus foramina obturata fuerunt a vespera diei festi, & R. Akiba, & R. Eliezer ben Azarias ingressi in illud sudarunt, & inde egressi se lavarunt aqua frigida; At ejus aquæ calidæ tectæ erant tabulis: At postquam multiplicati sunt transgressores, iterum prohibuerunt.

II. Labris, quæ sunt in civitatibus; li-

בשבת . אין משתתפין לא בחמין ולא בצונן דברי רבי מאיר ורבי שמעון מתיר רבי יהודה אומר בצונן אבל לא בחמין אמר רבי יהודה מעשה בביתות בן זינין שהיו ממלאין לו כלי של צונן מערע שבת ונותנין עליו בשבת כדי שייקר . ממלא אדם חבית של מים ונותנה כנגד המדורה לא שיחמו אלא כדי שתפוג צינתו ממלא אדם צלוחית שמן ונתנה כנגד המדורה לא שתחם אלא שתפוג צינתו רבן שמעון בן גמליאל אומר האשה מריחה ידה בשמן וממחמתה כנגד הנר וסכה את בנה סך אדם את עצמו שמן ומתחמם כנגד המדורה ואינו חושש. סכין כל מיני סיכות אבל אין משחין את המעין ואין הונקין בשבת . מיחם אדם אלונתית ונותן על מעין ולא יתן עדשה מלאה חמין על מעיו ממלא אדם כוס של יין ונותנו על פי מיחם לא שיחם אלא כדי שתפוג צינתו ממלא כוס מים ונותן לתוך הספל בין להחים לו את הצונן בין לצנן לו את החמין המערה ממיחם למיחם מאלפס לאלפס ומקדרה לקדרה מותר לשני ואסור ליתן לראשון.

ג חבית של טבל שנשברה מביא כלי ונותן תחתיה נתמלא אסור לטלטלו עביט של ענבים ומעטן של זתים שמשכו אין מסתפקין מהן ביום טוב ואין צריך לומר בשבת חביה שנשברה בראש הגג מביא כלי ומניח תחתיה ולא יהא מביא כלי אחר וקולט כלי אחר ומסלק אם יש שם אורחים מביא כלי אחר וקולט כלי אחר ומסלק . נותן אדם כלי תחת הדלף בשבת נתמלא שופך ושונה ואינו חושש . גרף של רעי ושל מימי רגלים נוטלו ושופכו ונותן לתוכו מים ומחזירו למקומו.

ד מטלטלין נר חדה אבל לא ישן דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר כל הנרות מטלטלין חוץ מן הנר שהדליקו בו באותה שבת רבי שמעון אומר כל

licet lavare in Sabbatho. Non licet miſcere cum aquis calidis, neque cum frigidis. Verba R. Meir: At R. Simeon permittit. R. Jehuda dicit: Cum frigidis, non autem cum calidis. Dicit Rabi Jehuda: Narratur hiſtoria de Baitos ben Zanin, quod ei impleverint vas aquis frigidis a veſpera Sabbathi, eaſque ſupra indiderint, ut calida frigeſcerent. Licet implere dolium aquis & collocare coram igne, non ut caleſcant, ſed ut miteſcat ejus frigus: Licet implere ampullam oleo, & collocare coram igne, non ut caleſcat, ſed ut miteſcat ejus frigus: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Mulier poterit madefacere manum oleo, & calefacere contra lucernam, ut ungat filium ſuum. Poterit homo ſe ungere oleo, & calefieri coram igne, & non erit ſolicitus: Licet ſe ungere omni unctionum genere, at non licet ungere viſcera, & non licet ſe vincire in Sabbatho. Licebit calefacere faſciam, ut imponat viſceribus at non licebit imponere vas æneum plenum aquis calidis ſuper viſcera: Licebit implere calicem vino, & imponere cucumæ, non ut calefiat, ſed ut miteſcat frigus: Poterit implere calicem aquis, & imponere ſimpulo ſive ut calefiat frigus, ſive ut frigeſcat calor: Qui evacuat de cucuma in cucumam, & de patina in patinam, de olla in ollam, licet evacuare in ſecundam, at in primam interdictum eſt.

III. Si Dolium in decimati fractum fuerit, poterit adducere vaſa, ut ei ſupponat, poſtquam fuerit impletum, vetitum eſt transferre: Cupam uvarum, & cupam olivarum, quam extraxerint, non licet uti in die feſto, neque neceſſe eſt, ut dicatur in Sabbatho: Si dolium fractum fuerit in ſummitate tecti, poterit adducere vas, ut ei ſupponat, at non poterit adducere alterum vas, ut recipiat, & vas alterum, ut removeat primum; Si ſibi fuerint hoſpites, poterit adducere vas, ut recipiat, & vas alterum, ut removeat primum. Licet ſupponere vas ſtillicidio in Sabbatho; ſi impleatur, effundet, atque iterabit; & non erit ſolicitus: Vas ſtercoris, & urinæ poterit accipere, & effundere, & in illud immittere aquas, & reſtituere in locum ſuum.

IV. Licet transferre lucernam novam, non autem veterem. Verba R. Jehuda: R. Meir dicit: Omnes lucernæ transferri poſſunt, excepta lucerna, quæ accenditur in eodem Sabbatho. Rabi Simeon dicit: Omnes lucernæ transferri poſ-

הנרות מטלטלין חוץ מן הנר הדלוק
בשבת כבה מותר לטלטלו אבל כוס
וקערה ועששית שכבו לא יזיזם ממקומן
רבי אלעזר ברבי שמעון אומר מסתפקין
מנר הכבה ומנר המנטף נר שעל גבי
הטבלא מטה את הטבלא והנר נופל
ומחזיר את הטבלא למקומה . אין
מטלטלין את המנורה בשבת רבי אלעזר
ברבי שמעון מתיר אין מגרדין לא מנעלים
ישנים ולא סנדלין ישנין אבל סכין
ומקנחין אותן אין סכין לא מנעלין חדשים
ולא סנדלין חדשים ולא יסוך את רגלו
והוא בתוך המנעל ולא יסוך את רגלו
והוא בתוך הסנדל אבל סך הוא את
רגלו ונותנה למנעל סך את רגלו ונותנה
לסנדל סך אדם עצמו שמן ומתעגל
על גבי טבלא חדשה ואינו חושש סכין
ומדיחין ומפרכסין באדם אבל לא בבהמה
זה חומר בבהמה שאין באדם מפספסין
את הכפין ובלבד שלא יתלוש גזי צמר
שבהפתיל אין מטלטלין אותן אם התקינן
בעל הבית להיות משתמש בהן מטלטלין
אותן.

ה אין טומנין את החמין בתחלה
בשבת אבל מוסיפין עליהן כלים רבן
שמעון בן גמליאל אומר נוטל את הסדין
ונותן את הגלופקרין נוטל את הגלופקרין
ונותן את הסדין וכן היה רבן שמעון בן
גמליאל אומר לא אסרו להטמין אלא
מיחם שחמו בו מערב שבת אבל מפנה
הוא לתוך מיחם אחר או לתוך קיתון
אחר ומטמין . הטמין וכסה בדבר הניטל
בשבת או שהטמין בדבר שאין ניטל
בשבת וכסה בדבר הניטל בשבת הרי
זה נוטל ומחזיר הטמין וכסה בדבר
שאין ניטל בשבת או שהטמין בדבר
הניטל בשבת וכסה בדבר שאין ניטל
בשבת אם מגולה מקצתו נוטל
ואם לאו אין נוטל רבי יהודה
אומר נעורת של פשתן דקה הרי הן
כזבל טומנין מיחם על גבי מיחם וקדרה
על גבי קדרה ומיחם על גבי קדרה
וקדרה על גבי מיחם וטח פיהם בבצק
לא שיחמו אלא שיהו שמורין וכשם

poſſunt, excepta lucerna, quæ fuerit accenſa in Sabbatho; Si vero extinguatur, poteſt transferri. At calix, & ſcutella, & lucerna ſi extincta fuerit, non movebantur a locis ſuis. R. Elieſer bar R. Simeonis dicit: Licet uti lucerna, quæ fuerit extincta, & lucerna, quæ diſtillat: Si lucerna fuerit poſita ſuper tabula, poterit inclinare tabulam, & lucerna cadente, poterit reſtituere tabulam in locum ſuum: Non licet transferre candelabrum in Sabbatho: Rabi Elieſer bar R. Simeonis permittit. Non licet abradere calceos veteres, neque ſandalia vetera, at poſſunt illa ungi, & mundari; Non poſſunt ungi calcei novi, neque ſandalia nova; neque poteſt ungere pedem, quando ſit in calceo, neque poteſt ungere pedem, quando ſit in ſandalio. At poterit ungere pedem, ut indat in calceum, & poterit ungere pedem, ut indat in ſandalium. Poterit ſe ungere oleo, & ſe convoluere ſuper tabula nova; & non erit ſolicitus: Ungunt, & lavant, & fricant hominem, non autem jumentum: *Hoc gravius eſt in jumento, quam in homine*; licet diſcerpere ſummitates manipulorum, dummodo ne evellat vellera lanæ. Quæ ſunt in ellynchio non licet transferre, ſi vero præparaverit paterfamilias, ut iis utatur, licet transferre.

V. Non licet recondere calida in principio Sabbathi, at licet addere vaſa: Raban Simeon ben Gamaliel dicit. Tollet ſindonem, & imponet ſtragulam, tollet ſtragulam, & imponet ſindonem; Et ſic dicebat Raban Simeon ben Gamaliel: Non prohibuerunt recondere niſi calefactorium, in quo calefecerint a veſpera Sabbathi; at licet evacuare in aliud calefactorium, aut in alium urceum & recondere. Si recondat re, quæ ſolet transferre in Sabbatho, aut recondat re, quæ non ſoleat transferri in Sabbatho, ſi tegat re, quæ ſolet transferri in Sabbatho, ecce poterit transferre, & reponere: Si recondat & tegat re, quæ non ſolet transferri in Sabbatho, aut recondat re, quæ ſolet transferri in Sabbatho, & tegat re, quæ non ſolet transferri in Sabbatho, ſi ejus partem detegat, poterit tollere, ſi minus, non transferet. R. Jehuda dicit: Stupa lini tenuis ecce erit ſicut fimus: Poſſunt recondere calefactorium ſuper calefactorio, & ollam ſuper olla, & calefactorium ſuper olla, & ollam ſuper calefactorio; & oblinet eorum ora paſta; non ut calefiant, ſed ut conſerventur: Et ſicut non recondunt aquas calidas

שאין טומנין החמין בתחלה בשבת כך אין טומנין לא את השלג ולא את הצונן אין מרסקין את השלג שיזובו מימיו אבל מרסק הוא לתוך הכוס או לתוך הקערה ואינו חושש.

פרק חמישי

א רבי ישמעאל בר יוסי אמר משום אביי הסוס והפרד והלרובקס והגמל נמשכין באפסר רחילות יוצאות כבונות למילת שחוזות שיעלה עליהן זכר כבולות שלא יעלה עליהן זכר. לא יצא חמור באוכף שלו אף על פי שקשור בו רבן גמליאל אומר יוצא חמור באוכף שלו בזמן שקשור לו לחממו ובלבד שלא יקשור בה את המסרו ויפשיל את הרצועה לתחת זנבו. לא יצא גמל במטולטלת התלויה בחטרתו שלא יכנס בו הרוח אבל יוצא הוא הקשורה בחטרתו שתכנס בו הרוח שלא יכוף ידו אחת ורגלו אחת ויקשור רגלו אחת רגול שלא יכוף שתי ידיו זו לזו שתי רגליו זו לזו ויקשרנו הסוס יוצא בשיר וכל בעלי השיר יוצאין בשיר ונמשכים בשיר ומזין עליהן וטובלין במקומן ובלבד שיהו מחולחלים ומכניס אפילו עשרה חבלים לתוך ידו ובלבד שלא יכרוך על גבי ידו ולא ישלשל חבלים מידו יותר מטפח. לא יצא הסוס בזנב שועל ולא בזהורית שבין עיניו לא תצא פרה בחוסם שלה ולא סייחין בקרסטולין שלהם ולא עזים בכיסין של דדיהן לא תצא בהמה בסנדל ולא בקמיע אף על פי שמומחה זה חומר בבהמה שאין באדם אבל יוצאה היא באגד שעל גבי מכה ובקשישין שעל גבי שבר ובשליה המדולדלת ופוקקין לה זוג ומטיילת בו בחצר.

ב לא תצא אשה בעיר של זהב ואם יצאת חייבת חטאת דברי רבי מאיר וחכמים אומרים לא תצא ואם יצאת פטורה רבי אליעזר אומר יוצאה אשה בעיר של זהב בטוטפת ובסרביטין

lidas in principio in Sabbatho, ita pariter non recondunt nivem, neque aquas frigidas: Non licet confringere nivem, ut ejus aquæ fluant, at licet confringere in calice, aut in ſcutella; & non erit ſolicitus.

CAPUT V.

I. Rabi Iſmael bar Joſe dicit nomine patris ſui: Equus, & mulus, & aſinus Lydius, & camelus attrahuntur freno. Oves egrediuntur circumligatæ, ligatæ ad dorſum, ut ſuper eas adſcendat maſculus, ligatæ deorſum, ne ſuper eos adſcendat maſculus: Non exibit aſinus cum ſuo ephippio, vel ſi ei fuerit alligatum. Raban Gamaliel dicit: Exibit aſinus cum ephippio ſuo, quando ei fuerit alligatum, ut eum calefaciat, dummodo non alliget cum eo capiſtrum, & ſuſpendat corrigiam ſub ejus cauda. Non exibit camelus cum panno ejus gibbo appenſo, ne in illum ingrediatur ventus, at poterit egredi cum panno ejus gibbo alligato, ut poſſit introire ventus; Neque incurvabit alteram ejus manum, aut pedem alterum ut alliget, neque incurvabit ambas ejus manus, alteram prope alteram, ambos ejus pedes, alterum prope alterum, ut alliget: Exibit equus cum catena, & omnes, qui ſolent vinciri catena, exibunt cum catena, & attrahentur cum catena, & abſtergunt ſuper eas, & lavant eas in loco ſuo dummodo non moveantur; & poterit introducere, vel decem funes in manum ſuam, dummodo ne convolvat ſuper manum ſuam, neque demittat a manu ſua plus palmo. Non egredietur equus cum cauda vulpis, neque cum coccino inter oculos ſuos. Non egredietur vacca cum capiſtro ſuo, at non deprimunt cum caniſtris ſuis. Capræ non egredientur cum marſupio mammarum ſuarum: Non egredietur jumentum cum ſolea, neque cum pittacio, vel ſi fuerit probatum: Hoc gravius eſt in jumento quam in homine: At poterit exire cum panniculo ſuper vulnere, & ſtipulis ſuper fractura, & ſecundina appenſa, eique obſtruunt tintinnabulum, & cum eo facit deambulare in atrio.

II. Non egredietur mulier cum civitate aurea, ſi autem egrediatur, tenetur ſacrificio pro peccato; Verba Rabi Meir; At ſapientes dicunt: Non egredietur, ſi vero egrediatur, abſolvitur; R. Elieſer dicit; Poteſt egredi mulier cum civitate aurea, & cum tiara,

& ge-

TAB. Secunda duplicem quoque refert figuram, ea quæ ad dextram conspicitur, juxta mentem R. Josis facta est, cujus hæc sunt verba in Misna quinta capitis secundi in tractatu Erubin, רבי יוסי אומר אפילו ארכה פי שנים ברחבה מטלטלין בתוכה *Rabi Jose dicit, etiamsi longitudo ejus latitudinis gemina fuerit; tamen transferunt in eo*, (scil. horto.) Longitudo igitur hujus horti sepimento decem palmorum circumdati centum continet ulnas, latitudo autem quinquaginta; diametri longitudo centum & duodecim propemodum ulnas continet, atque adeo hoc Diametri spatium latitudine plus duplo majus est. In hujusmodi spatio est quod juxta sententiam R. Josis res quasdam ex uno loco in alium transferre liceat die Sabbathi. Sed juxta R. Elieserem non licet in horto licet sepimento cincto quicquam transferri die Sabbathi, si longitudo plus duplo major fuerit latitudine; idcirco ad sinistram juxta R. Elieserem depinximus figuram nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis (male Smidius, tribus novenis) continentem in longitudine, & quinquaginta & tres

ulnas cum tribus quadrantibus in latitudine; diametri longitudo in latitudine duplex eſt, nimirum centum & decem ulnarum cum dimidio ulnæ. Huc pertinent ea quæ Maimonides adfert e Toſaphta, exponitur R. Elieſerem exiſtimare, quod, ſi longitudo illius latitudinem ultra duplum exceſſerit, non licet in eo quicquam transferre, nimirum, ſi exempli gratia, juxta R. Joſen, locus comprehenderit ſpatium duorum Satorum, cujus menſura eſt quinque millia ulnarum, etſi longitudo illius bis tanta fuerit, quanta latitudo illius, ita ut longitudo ejus ſit centum ulnarum, latitudo quinquaginta, inſtar ſpatii Tabernaculi, licet in eo transferre res in Sabbatho, quamvis in longitudine diametri circiter centum & duodecim contineantur ulnæ, quod duplici latitudine plus eſt. Verum R. Elieſer putat, quod longitudo non debeat excedere latitudinem, niſi quatenus diameter conficere poſſit duplicem ſpatii latitudinem, & ſuperficiei longitudo nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis, latitudo vero quinquaginta tres ulnas cum triente; at diameter centum & ſeptem ulnas cum dimidio ulnæ. Sed hi numeri omnes præter propter accipiendi ſunt, & non accurate educendi, quia omnes ſunt indeterminati. Itaque ſecundum R. Elieſeris mentem nunquam in longitudine loci duorum Satorum ultra nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis erit; at ſecundum Rabi Joſis mentem longitudo erit centum cubitorum, ſicuti ex ipſa tabula videre licet. Summa omnium R. Elieſeris verborum eo redit, quod, ſi longitudo diametri latitudine magis quam bis exceſſerit, licet unicam ulnam, non licet tali in loco die Sabbathi quicquam transferre.

TAB. Tertia, hæc quoque ad eandem ad quam ſuperior pertinet Miſnam, & in ordine Miſnæ quidem has præcedit, eſt enim depicta juxta opinionem R. Jehudæ fil. Babæ, cujus hæc ſunt Miſnæ verba הגינה והקרפף שהן שבעים אמה ושיריים על שבעים אמה ושיריים מוקפת גדר גבוה עשרה טפחים מטלטלין בתוכה ובלבד שיהא בה שומירה או בית דירה או שתהא סמוכה לעיר רבי יהודה אומר אפילו אין בה אלא בור ושיח ומערה מטלטלין בתוכה *Hortus aut Karpeph* (*locus macerie circumdatus*) *ſi ſeptuaginta ulnas & Schiraim* (*id eſt duplicem ulnæ trientem*) *in quadrum habuerit, macerieque cinctus decem palmos alta, transferunt in eo,* (*die Sabbathi*) *dummodo in eo domus habitationis fuerit, aut locus prope urbem ſitus fuerit; Rabi Jehuda dicit, etſi in eo tantum puteus fuerit, ciſterna, aut ſpelunca, transferunt in eo.* Cæterum R. Akiba putat, quod, etſi nihil horum omnium in eo fuerit, tamen transferant in eo, ſi modo in eo fuerint ſeptuaginta ulnæ, & Schiraim in quadratum. R. Elieſer putat, quod, ſi longitudo illius latitudine major fuerit, vel unica ulna, non transferant in eo. R. Joſe ſtatuit, quod, etſi longitudo duplo major fuerit latitudine, nihilominus in eo transferunt. Rabi Jehuda filius Babæ & R. Akiba conveniunt de ſpatio loci accurate ſeptuaginta ulnas & Schiraim continente, non plus, quod in eo tum transferre licet in Sabbatho, modo ſepimento decem palmos alto cinctum ſit; (hoc enim in omnibus eductionis caſibus tenendum eſt, quod die Sabbathi non licet quicquam portare vel transferre niſi in loco circumdato quodam ſepimento.) Præterea R. Akiba in eadem ſententia eſt cum doctore Miſnico primo, cui de ſpatio inter aſſeres & ipſum puteum quærenti, & duo ſata ſtatuenti, ſapientes dixerunt, duorum ſatorum ſpatium de horto & Karpeph tantum intelligendum eſſe; at ſi in eo ſit caula, ſtabulum, ſpatium deſtinatum, aut veſtibulum, uſque ad decem Coros ampliare licet, & ulterius. Sed quando ſpatium non fuerit circumdatum in domum habitationis, duo tantum ſata continere debet ad transferendum in eo, non plus. Controverſia itaque inter doctores in Gemara בדבר מועט *de re admodum exigua* ſtatuitur, nempe, quatenus duorum ſatorum ſpatium majus eſt ſeptuaginta ulnis & Schiraim quadratis. Nam doctor primus ſive R. Jehuda in Miſna tertia permiſit ſpatium duorum ſatorum plenorum, quod paulo plus eſt ſeptuaginta ulnis & Schiraim quadratis. Sed R. Akiba vult quod ſeptuaginta tantum ulnæ eſſe debent & Schiraim in quadrum, quod paulo minus eſt. Quantum autem duo ſata conficiunt ſpatium, elicitur e Tabernaculo ſancto, de quo ſcriptum eſt Exod. 27. 5. אורך החצר מאה באמה ורוחב חמישים בחמישים *longitudo atrii centum in ulna, & latitudo quinquaginta in quinquaginta.* Quærunt doctores quid ſibi velint *quinquaginta in quinquaginta?* & reſpondent, quinquaginta ſubtrahi debere quibus longitudo excedit latitudinem, & quinquaginta reſiduas ſeponendas eſſe pro menſura Sabbathi in rebus transferendis, ut ſint illis ſeptuaginta ulnæ & quatuor digiti in quadrum, hoc modo; conficiantur

ex

ex illis quinque lora, quorum singulorum latitudo decem ulnarum est, longitudo autem quinquaginta, & unum ponatur ad latus quadrati orientale, alterum vero ad occidentale, tum in latitudine habebis septuaginta ulnas, & quinquaginta in longitudine. Porro unum lorum ponatur ad latus meridionale, & alterum ad septentrionale, tum habebis septuaginta in quadrum; sed anguli incisi sunt, & deficiunt unicuique decem ulnæ in quadrum, propter additamentum quod accessit. Præterea sumantur quatuor frusta (decem ulnarum singula) de loro quinto, & apponantur illa quatuor angulis, ut impleantur. Sumantur quoque decem ulnæ quadratæ reliquæ, quæ sunt septuaginta palmi, & fiant ex illis lora duorum palmorum, quomodo habebis triginta lora, quorum singulorum longitudo erit decem ulnarum, quæ sunt trecentæ ulnæ, & ponantur septuaginta ad quodlibet latus, habebis septuaginta ulnas & duos palmos, nisi quod angulis deficiunt bini palmi in quadrum, & remanebunt viginti ulnæ; (male Smidius, duæ ulnæ) sumito de illis octo palmos, & apponito illos cornibus ut impleantur. Tandem restabunt octodecim ulnæ, & quatuor palmi in longitudine, cum latitudine duorum; & hæc est illa דבר מועט *res exigua* de qua inter doctores controversia est. Nam si quis eas ulnas dividere velit, & circumducere, non perveniet additamentum illud ad duarum tertiarum digiti latitudinem; quia requiritur ut inde fiat lorum ducentarum octoginta trium ulnarum in longitudine, ad quatuor latera circumdanda. Hæc ita secundum Bartenoræ sententiam, quæ clarius a nobis demonstrantur in sequenti Tabula, quacum ea quæ hic de quinquaginta ulnis & Schiraim diximus, conferenda sunt.

TAB. Quarta repræsentat ad sinistram spatium agri quinquaginta ulnarum in quadrum, sic etiam ad dextram conspicitur ejusdem mensuræ ager, quem in quinque lora dissecamus, unumquodque lorum in longitudine conficiens quinquaginta ulnas, & decem in latitudine, quæ lora quatuor posuimus ad quatuor latera in figura quadrata, quomodo ager iste septuaginta ad ulnas in longitudine atque in latitudine extenditur; remanent quatuor anguli vacui, quorum unusquisque decem ulnas continet in quadrum, qui ut impleantur, sumamus quintum lorum adhuc residuum, ipsumque secemus in quinque partes, quarum unaquæque in quadrum decem ulnas comprehendit, & quatuor harum apponamus quatuor angulis vacuis. Jam una adhuc restat pars quinque ulnarum in quadrum conficiens sexaginta palmos in quadrum, quam secamus in triginta lora, quarum unumquodque decem ulnas longum & duos palmos latum est. Hæc triginta lora si conjungamus in longitudine, faciunt trecentas ulnas, & duos palmos in latitudine; & si de hisce trecentis ulnis sumamus quater septuaginta, in quadrum, agri spatium fit septuaginta ulnarum & quatuor palmorum in quadrum. Sed cuilibet angulo desunt duo palmi in quadrum, idcirco de viginti ulnis residuis e trecentis sumendi octo palmi in longitudine, quibus in quatuor partes divisis, quælibet pars habebit duos palmos in quadrum; hæ quatuor partes apponendæ sunt quatuor agri angulis, tum ager septuaginta ulnas & quatuor palmos habebit in quadro perfecto. Tandem restant octodecim ulnæ cum quatuor palmis in longitudine, & duo palmi in latitudine, quæ dicuntur *res exigua*, de qua doctores dissentiunt. Nam si quis eas dividere velit in lora ad hunc agrum iis circumdandum, ut supra, additamentum hoc tantum ne quidem tertiam digiti partem in latitudine conficeret, quia ex illis octodecim ulnis & quatuor palmis paranda sunt lora quæ in longitudine efficiunt ducentas & octoginta tres ulnas ad quatuor agri latera cingenda. Hoc modo propositionem hanc geometricam difficillimam clarissime demonstrasse putamus.

TAB. Quinta in medio refert virum in agro considentem qui propter obortas ipsi illico tenebras Sabbathicas in itinere non poterat pervenire eo quo Sabbathisationem suam agere constituerat, & propterea mixturam Sabbathicam facit in loco ipsius ubi consistebat, dicens: *Sedes mea Sabbathica esto in loco meo:* tum acquirit sibi a loco suo bis mille ulnas versus quamcunque plagam rotundas, juxta sententiam Rabi Chaninæ filii Antigoni; verum juxta sapientum opinionem, etiam quadratas ulnas acquirit, ut angulos lucrifaciat. Sed hoc ab eo tantum fiat qui Constitutionis Sabbathicæ imperitus est, nempe, qui nesciverit, quod hoc ipsi prosit, si dixerit: *Sedes mea Sabbathica esto in loco N.* Et propterea dixerit, *sedes Sabbathica esto mihi in loco meo*, quæ insolita est nuncupandæ Sabbathisationis formula. Deinde etiam talis considerandus est casus, si nec arborem nec lo-

cum pariete instructum cognosceret, hic enim Misnæ octavæ capitis quarti sensus est, quum dicit, אם אינו מכיר או שאינו בקי בהלכה ואמר שביתתי במקומי זכה לו מקומו אלפים אמה לכל רוח עגולות דברי רבי חנינא בן אנטיגנוס וחכמים אומרים מרובעות כטבלה מרובעת כדי שיהא נשאר לזויות Atque talis mixtura est de qua sequenti Misna dicitur, העני מערב ברגליו *pauper miscet per suos pedes*, quia in itinere ipsi non est panis, ita ut instar pauperis sit.

TAB. Sexta urbium mixturam continet, nimirum, si quis constituerit iter aliquod suscipere extra urbem in Sabbatho, & signare voluerit bis mille ulnas, quæ iter Sabbathicum conficiunt, tum, ut spatium illud eo longius extendatur, incipere poterit a circulo illo quadrato urbem undiquaque ambiente, & inde metiri bis mille ulnas usque ad locum illum quo Sabbathismum suum agere voluerit; & hæc universalis doctorum sententia est, sicuti constat e Misna prima capitis quinti. Sed in sequenti Misna inter R. Meyrum & Sapientes controversia est de spatio quodam urbi addendo quod Karpeph appellantur, quod duo continet sata sive septuaginta ulnas & duplicem ulnæ trientem, uti expositum est ad capitis secundi Misnam quintam. R. Meyr putat quod hujusmodi Karpheph sive margo urbi addi possit, & inde fieri dimensio, quia Num 35. 4. de urbibus ad asyla definitis dicitur מקיר העיר וחוצה *a muro urbis & extrorsum*, & per חוצה *extrorsum* intelligit spatium Karpeph a quo ulterior dimensio fieri possit. Sapientes hoc non concedunt nisi duæ pluresve fuerint urbes vicinæ, quæ hoc modo conjunguntur perinde ac si una tantum essent urbs, ut, si quis ex una se conferre velit in alteram, metiantur ei bis mille ulnas extra hanc alteram, quia ope Karpephorum sive marginum in unam urbem conjunguntur, quemadmodum comparatum est cum tribus pagis in triangulo sitis, de quibus in tabula sequenti agendum erit. Jam tibi constabit de sensu verborum Misnæ secundæ נותנין קרפף לעיר דברי רבי מאיר והכמים אומרים לא אמרו קרפף אלא בין שתי עיירות אם יש לזו שבעים אמה ושירים עושה קרפף את שתיהן להיות אחד.

TAB. Septima quoque ad urbium mixturam referenda est, de qua auctor quærit in Misna prima capitis quinti כיצד מעברין את הערים בית נכנס ובית יוצא פגום נכנס ופגום יוצא היו שם גדודיות גבוהות עשרה טפחים וגשרים ונפשות שיש בהן בית דירה מוציאין את המדה כנגדן ועושין אותן כמין טבלא מרובעת כדי שיהא נשכר את הזויות: *Quomodo miscent* [extendunt] *urbes? si domus aliqua introrsum recedat, & alia extrorsum; aut ruptura introrsum vel extrorsum recedat; aut rudera quædam sint decem palmos alta; & pontes, ac tumuli, in quibus est domus habitationis, tum e regione eorum extendunt mensuram, & describunt illam mensuram in formam tabulæ quadratæ, ut angulos lucrifaciat*. Misnæ sensus hic est, si quis iter Sabbathicum dimetiri velit ab urbe ipsius ad locum quo tendit, & urbs illa non accurate rotunda sit, sed ædificia quædam circa murum introrsum recedant, vel extrorsum promineant, vel prope urbem sint rudera quædam decem palmos alta, pontes, & cœmeteria domicilio instructa, tum urbs talis linea quadrata cingenda est, intra quam hujusmodi res continentur, quæ urbi adjunguntur, sicuti fœtus ventri mulieris imprægnatæ, idcirco auctor in principio Misnæ dicit כיצד מעברין *quomodo impregnant?* id est, extendunt. Et tum ab hac linea quadrata & deinceps dimetiendus est terminus Sabbathicus, qui est bis mille ulnarum versus unamquamque plagam, quomodo omnes istius urbis cives additamenta illi lucrari possunt, quæ forma quadrata circulari addidit. Imo quamvis, exempli gratia, ad urbis plagam orientalem septentrionalem tantum fuerit ejusmodi prominentia, & ad plagam orientalem meridionalem ei oppositam nihil fuerit, nihilominus tamen rem considerant perinde ac si ibidem prominentia quædam esset, ut terminus Sabbathicus ubique æqualis sit.

TAB. Octava comprehendit tres pagos in triangulo confines. Inter duos exteriores centum quadraginta & una ulna sunt cum triente; & adjungitur iis tertius pagus qui censetur intermedius, atque hoc modo hi tres omnes fiunt unus pagus. Sic enim Misnæ tertiæ capitis quinti sensus est, quando dicit, וכן שלשה כפרים המשולשים אם יש בין שנים חיצונים מאה וארבעים ואחד ושליש עשה אמצעי את שלשתן להיות אחד *Et sic etiam cum tribus pagis in triangulo sitis comparatum est, si inter duos exteriores centum quadraginta & una sint ulnæ cum tertia parte, tum intermedius facit, ut omnes tres unus sint*. Misna hæc cum superiori cohæret, in qua R. Meyr statuebat urbi licet uni in dimensione termini Sabbathici largiendum esse Karpeph, [marginem 70. ulnarum & duorum trientum] & deinde mensuran-

randum esse. Sapientes autem statuebant hoc spatium tantum concedi inter duas urbes finitimas, ut unaquæque accipiat Karpeph. Propterea auctor pergit dicendo, quod sicuti cum duabus urbibus comparatum est, ita quoque cum pagis in triangulari sitis comparatum sit, ut, exempli gratia, civis ex uno pago possit ire in alterum, & ex altero in tertium, & tum demum ex illo metiri terminum Sabbathicum, sive bis mille ulnas. Hac tamen conditione, ne pagi plus quam bis mille ulnæ a se invicem distent, cæteroquin enim non censentur unus. Notes etiam, quod cum Misna dicit כפרים המשולשין *pagi in triangulo siti*, non intelligit pagos accurate in triangulo sitos, sed quod tertius situs sit e regione distantiæ quæ est inter exteriores, ita ut, si mensuretur medii pagi spatium inter duos, inter unam atque alteram non sit plus quam centum quadraginta & una ulna cum triente.

TAB. Nona ut & tres sequentes omnes ad octavam Misnam octavi capitis pertinent, in quibus de variis domiciliorum Podiis, & per illa in Sabbatho hauriendis aquis sermo sit. Verba Misnæ hæc sunt; גזוזטרא שהיא למעלה מן המים אין ממלאין הימנה בשבת אלא אם כן עשה לה מחיצה גבוה עשרה טפחים בין מלמעלה בין מלמטה וכן שתי גזוזטראות זו למעלה מזו עשו לעליונה ולא עשו לתחתונה שתיהן אסורות עד שיערבו: *Si podium super aquis* (id est puteo) fuerit, *non hauriunt per illud in Sabbatho* (male Smidius, non hauriunt ex ea scil. trabe; nam e puteo per podia hauritur aqua, & non e podiis:) *nisi ei parietem fecerint decem palmos altum, sive superius, sive inferius. Et sic si duo podia fuerint, unum supra alterum, & superiori fecerint parietem, at non inferiori, tum utrumque prohibitum est, donec mixturam fecerint*. גזוזטרא *sive podium* constat ex asseribus quibusdam e pariete loci privati egrediens super locum publicum; & ex illo podio aliquid exire & descendere potest super fontes aquarum & fluvios, sicuti arborum rami super res quasdam prominere solent. Et quia podia illa perforare solent, ut per illa e fonte aut flumine hauriant, idcirco auctor Misnicus dicit, quod per ejusmodi foramen non licet inferius, nisi donec infra foramen parietem fecerint qui deorsum descendit, & decem palmos altus est, instar alvearii, vocaturque גדר אחית מחיצתה *paries qui descendere facit maceriem suam*; quia alveus ille censetur putei vel fluminis aquas inferius tangere. Vel etiam maceriem circum puteum facere solebant, sicuti conspicitur in tabula duodecima, & talis paries vocatur גדר אסיק מחיצתה *paries qui ascendere facit maceriem suam*; & tum maceries illa censetur attingere usque ad ipsum foramen quod superius est in podio, per quod aquas hauriunt, ita ut haustio quasi intra maceriem fieri censeatur. Si itaque contingat ut in uno atrio vel domicilio duæ sint contignationes, una super alteram, & ex unaquaque contignatione egressum sit podium cum foraminibus, quorum unum foramen respondet alteri, ita quidem, ut si e contignatione superiori homines demittant situlam ad hauriendum, ea ingrediatur per foramen podii inferioris contignationis, & dehinc porro ad aquas perveniat, tum diversa sunt jura quæ hic recensenda sunt, ex quorum numero est, si duo fuerint podia se invicem intra decem palmos attingentia, tum eorum unum prohibet alterum, si maxime circumdederint illa pariete, ita ut neutri licitum sit haurire per podia, nisi prius inter se mixturam fecerint. Verum si duo podia se non attingant in spatio decem palmorum, sed major sit distantia, tum rursus oboritur difficultas; nam si superioris contignationis incolæ circum podium suum fecerint parietem, & inferioris contignationis incolæ non fecerint circum suum, tum superioris contignationis incolæ aquam die Sabbathi haurire possunt, at non inferioris. Id autem quod auctor Misnicus dicit שתיהן אסורות utrumque prohibitum est, sub hac conditione accipiendum est, quando inferior conditionem iniverit cum superiori ad faciendum inter se parietem, propterea auctor prohibet haustionem donec mixturam Sabbathicam inter se fecerint utriusque contignationis incolæ. Si vero inferioris contignationis incolæ parietem fecerint, & superioris contignationis incolæ non fecerint, similiter utriusque aquæ haustio prohibita est, eo quod superioris contignationis incolæ participant cum inferioris incolis respectu aquæ; at si uterque fecerit parietem, utrique etiam licitum est haurire aquam. Et sic omnes circa Podia difficultates luculenter explicuimus.

TAB. Decima tertia refert puteum inter duo atria, super quem murus extenditur decem palmos altus, de quo hoc sensu inter doctores controvertitur in Misna sexta capitis octavi בור שבין שני חצרות אין ממלאין ממנו בשבת אלא אם כן עשו לו מחיצה גבוה עשרה טפחים בין מלמטה בין מתוך אוגנו רשב״ג אומר

ביה

בית שמאי אומרים מלמטה ובית הלל אומרים מלמעלה אמר רבי יהודה לא תהא מחיצה גדולה מן הכותל שביניהם, *Si puteus sit inter duo atria, non hauriunt ex eo in Sabbatho, nisi fecerint ei parietem decem palmos altum, sive infra sive intra circuitum illius. Raban Simeon filius Gamalielis dicit: Schammæani ajunt, infra; Hillelæi dicunt, supra. R. Jehuda dixit, ne sit paries major muro intermedio*. Observandum est quod puteus ille media ex parte sit in atrio uno, & media ex parte in altero, ut paries distinguat inter duo atria. E tali puteo haurire non licet die Sabbathi, quia incolæ unius atrii haurirent ex eo quod est in potestate alterius, quod prohibitum est, nisi inter se atria miscuerint. Et hic putei paries juxta Schammæanos debet esse infra, nimirum, ut novem palmi aquis immersi sint, unus autem superius conspiciatur. Hillelæi statuunt supra, ut novem parietis palmi supra aquas sint, unus vero in aquis. מתוך אוגנו *intra circuitum ejus*, sensus est, quod paries decem palmos altus sufficit, etsi ille non attigerit aquas.

TAB. Decima quarta comprehendit duo atria contigua, unum magnum, alterum parvum, magnum vero in pariete suo perruptum est versus parvum. Jam de hoc casu quæritur in Misna secunda capitis noni, an in illa die Sabbathi educere liceat e domiciliis? & respondetur quod in magno hoc quidem permissum sit, at non in parvo, eo quod ruptura parietis sit quasi porta magni, ita enim se habent illa Misnæ verba חצר גדולה שנפרצה לקטנה גדולה מותרת וקטנה אסורה מפני שהיא כפתחה של גדולה Nam atrium magnum quatuor habet parietes, & ruptura ei est pro porta, modo ruptura non sit major decem palmis; sed parvum tres tantum habet, & quartus totus censetur perruptus. Verum hoc ea conditione intelligndum est, si ante Sabbathum ruptura facta sit; at si in ipso Sabbatho, etiam in parvum educere licet vasa, juxta illam regulam, quicquid in parte Sabbathi licitum est, id totum Sabbathum licitum est.

TAB. Decima quinta duorum atriorum figuram comprehendit, quorum ad dextram depictum refert atrium versus locum publicum disruptum ultra decem ulnarum spatium; ex hoc siquis die Sabbathi quicquam educat in locum privatum, aut contra, tenetur juxta sententiam R. Elieseris. Sapientes vero putant, quod si quis e medio ejus quicquam in locum publicum exportaverit, aut contra, liber sit, quia est *Karmelith*, (qui non est locus privatus, nec publicus, cujus descriptionem vide apud Maimonidem ad Misnam primam capitis primi tractatus Schabbath.) Jam confer secundæ Misnæ noni capitis verba in fine, חצר שנפרצה לרשות הרבים המכניס מתוכה לרשות היחיד לתוכה מרשות היחיד לתוכה חייב דברי ר' אליעזר וחכמים אומרים מתוכה לרשות הרבים או מרשות הרבים לתוכה פטור מפני שהיא ככרמלית: Verum ad sinistram conspicitur atrium a duabus plagis perruptum versus locum publicum, de quo hoc sensu in Misna sequenti, חצר שנפרצה לרשות הרבים משתי רוחותיה *atrium quod perruptum est ad duas plagas illius versus locum publicum*. Verum quamvis hic unica videatur ruptura in uno loco, nihilominus tamen duplex est & ad duas plagas perrupta, quæ in angulo perrupta est in duo latera excurrente. Requiritur etiam ut ruptura hæc habeat decem ulnas (male Smidius, palmos) vel minus, quæ sunt instar portæ, nisi quod illæ sint in cornu anguli, at in cornu anguli non est moris erigere portam, ideoque hic ruptura illa non habetur pro porta.

TAB. Decima sexta refert domum ab utroque latere perruptam, sicuti in superiori Misna tertia sequitur, quæ בית שנפרץ משתי רוחותיו dicitur, hoc sensu intelligenda, quod domus perrupta sit in cornu anguli, ita ut ab utroque pariete ceciderit pars quædam, & nulla trabs extensa fuerit super locum perruptum. Verum si trabs super locum perruptum extensa fuerit, tum ruptura domum non reddit prohibitam respectu vasorum in Sabbatho educendorum, quia trabs illa censetur descendere & rupturam obstruere. Tectum superius constat e tignis in triangulo positis juxta sententiam Jomtobi, ita ut domicilii tectum ab una parte ad alteram disruptum sit, & ab omni tigno vacuum, qua figura mentem Maimonidis explanasse putat, in eo quod dicitur, וזה הבית שאמרנו שנפרץ מב' רוחותיו הוא שנפגם סדרם ונהרס זוית מזויותיו ונפל קצת מזה הכותל ולא תהיה קורה פרושה על מקום אלא אשר יהיה מושב הקורות בקירותיו על זאת הצורה *Cum ista autem domo quæ perrupta est a duobus lateribus illius, ita se res habet, quando destructus est tignorum ordo, & unus ex angulis illius perruptus est, atque ceciderit pars de hoc pariete, neque tignum extensum est super locum rupturæ, sed tigna alia reposita sunt super ipsam contignationem; juxta hanc figuram*. Et propterea usus istius domicilii interdictus est.

CA-

פרק שני

א שיירה ששרתה בבקעה והקיפוה בגמלים ובעביטין ובאביפות ובסקין ובקנין ובקשין ובקילחות אפילו שלשה חבלים זה למעלה מזה מטלטלין בתוכה ובלבד שלא יהיה בין גמל לגמל כמלא גמל ובין עביט לעביט כמלא עביט ובין איכוף לאיכוף כמלא איכוף ובין קנה לחברו שלשה טפחים כדי שיכנס הגדי כל שהו שלשה טפחים ומשלשה עד ארבעה צריך שלא יהא בינו לחברו שלשה טפחים כדי שיכנס הגדי כל שהוא ארבעה מארבעה ולמעלה צריך שלא יהא בינו לחברו כמלואו אלא אם רצה מביא יתדות שהן גבוהות עשר טפחים ומשקען בארץ ומביא שלשה חבלים שעביין יתר על טפח או ארבעה אף על פי שלא היה עביין יתר על טפח ומקיפה להן בחוץ אף על פי שיש שם פרצות אינו כלום ובלבד שלא תהא פרצה יתרה על עשר אמות. שיירה ששרתה בתל גבוה עשר טפחים ובנקע עמוק עשרה טפחים ובגנה מוקפת גדר גבוה עשרה טפחים מטלטלין בתוכה ובלבד שימלאו את כולה ולא שיירו בה בית סאתים אם אין בכולה בית סאתים מטלטלין לתוכה אף על פי שלא ימלאו את כולה היה גבוהה משלש רוחותיה ונמוכה מרוח אחת רואין את הנמוך כאלו היה פתח ובלבד שלא יהא נמוך יתר על הגבוה היתה נמוכה משלש רוחותיה וגבוה מרוח אחת אין צריך לעשות מחיצה אלא לגבוה בלבד.

ב אחד שיירה ואחד יחיד עושין להן מחיצה רבי יהודה אומר לא ירבה ליחיד יתר מבית סאתים ואין שיירה פחותה משלשה אחד שיירה ואחד מחנה מה בין שיירה למחנה אלא אוהלים שבשיירה חייבין בערוב שבמחנה פטורין מן הערוב ושאר שאין להם אוהלים הרי הן כשרויין בחצר מחנה היוצא למלחמת הרשות מותרין לגזול עצים יבשים רבי יהודה בן תימא אומר שורין בכל מקום ומקום

CAPUT II.

I. Si turma quieverit in valle, & eam circumdederit camelis, & cupis, & ephippiis, & saccis, & cannis, & stipulis, & caulibus, vel tribus funibus, altero super altero, intra illam transferri licet; dummodo non sit spatium inter camelum & camelum plenitudinis cameli, & inter cupam & cupam spatium plenitudinis cupæ, & inter ephippium & ephippium spatium plenitudinis ephippii, & inter cannam & cannam spatium trium palmorum, ut possit ingredi hœdus. In spatio trium palmorum, & a tribus usque ad quatuor, necesse est ut non sint inter alterum & alterum tres palmo, ut possit hœdus: In spatio quatuor palmorum, & a quatuor & ulterius; necesse est ut non sit inter alterum & alterum spatium suæ plenitudinis: Si voluerit poterit afferre paxillos, qui emineant tres palmos, & infigere in terra; & poterit afferre tres funes, quorum crassities superet palmum, aut quatuor, licet non fuerint palmo crassiores, & eos circumducunt extrinsecus, licet fuerint ibi rupturæ, nihil interest, dummodo ruptura non sit amplior decem cubitis. Si turma quieverit in tumulo alto decem palmis, aut in fovea, quæ sit profunda decem palmis, aut in horto circumdato sepe, quæ sit alta decem palmis, in his potest transferri, dummodo totum impleant, & non relinquatur spatium duarum searum; si in toto non fuerit spatium duarum searum, poterit intra illud transferri, licet totum non impleverint. Si fuerit altus a tribus lateribus, & ab uno latere humilis, consideratur humilis sicut porta, dummodo pars humilis non superet altam. Si fuerit humilis a tribus lateribus, & ab uno latere altus, non erit faciendum sepimentum nisi lateri alto duntaxat.

II. Tam pro turma, quam pro privato faciunt sepimentum. R. Jehuda dicit: Non ampliabit privato plus spatio duarum searum; & turma non constabit minus tribus viris. Tam turma, quam castra: Quodnam est discrimen inter turmam, & castra? Nisi quod tabernacula, quæ sunt in turma, obligantur ad commixtionem, quæ sunt in castris, absolvuntur a commixtione; Si non fuerint tabernacula, considerantur sicut atrium. Si castra egrediantur ad bellum arbitrarium, permissum est rapere ligna, & stipulas. R. Jehuda ben Thema dicit: Possunt ubique habitare, & ubi

שנהרגין שם נקברין . רבי אלעזר אומר הגנה והקרפיף שהיא שבעים ושירים על שבעים ושירים מוקפת גדר גבוה עשרה טפחים אם היה ארכה כשנים ברחבה מטלטלין לתוכה בשבת יתר אמה אחת אין מטלטלין בתוכה בשבת וכן היה רבי אליעזר אומר קרפיף הסמוך לעיר ויש בארכו שבעים ושירים אין מטלטלין בתוכו בשבת רבי שמעון אומר אפילו עשרה קרפיפות זה לפנים מזה והיה אחד מהם בית דירה או שהיה אחד מהם סמוך לעיר מטלטלין בכולן.

ג בורגנין שבשדה בית סאתים מותר יתר על בית סאתים אסור אבל דיר או סהר או מוקצה או חצר אפילו בית סאתים מותר אפילו בית עשרה כורין מותר כלל אמר רבי שמעון בן אלעזר כל אויר שהוא תשמיש לבית דירה כגון דיר או סהר או חצר או מוקצה אפילו בית חמשת כורין ואפילו בית עשרה כורין מותר וכל בית דירח שהוא תשמיש לאויר כגון בורגנין שבשדה בית סאתים מותר יתר על בית סאתים אסור.

ד מערבין במעשר שני בירושלם אבל לא בגבולין. הנדר מן הפת מערבין לו בה אימתי בזמן שנדר שלא לטעמה ואם הקדישה הרי זה אסור שאין מערבין בהקדש אמר רבי מאיר לא נמנעו בנות ישראל מלשלח עירוביהן ביד בניהן וביד בנותיהן הקטנים כדי לחנכן במצות אמר לו רבי יהודה משם ראיה באומרת לחברתה קבלי הימני נתנו לקוף והוליכו נתנו על גבי בהמה והוליכתו עירובו ערוב נתנו על גבי קורה שהוא גבוהה עשרה טפחים עירובו עירוב רבי יהודה אומר אם היתה ארבעה ערובו עירוב ואם לאו אין ערובו ערוב . נתנו באילן למעלה מעשרה טפחים אין ערובו ערוב

ubi occiduntur, ibi ſepeliuntur. R. Elieſer dicit: ſi hortus, & Karpeph (ſc. locus circumdatus macerie ad repoſitorium lignorum) patuerit quaquaverſum ſeptuaginta cubitos, & Scherajim (ſc. duas tertias partes cubiti) & cinctus fuerit ſepe alta decem palmos, ſi duplo patuerit ejus longitudo præ ejus latitudine, poterit in eo transferri in Sabbatho. Et ſic dicebat R. Elieſer. Si Karpaph fuerit proximus urbi, & fuerit in ejus longitudine ſpatium ſeptuaginta cubitorum, & Scherajim, non transferunt in eo in Sabbatho, ſi fuiſſet uno cubito amplior, in eo non transferunt: R. Simeon dicit: Vel ſi fuiſſent decem Karphaphoth, alter altero interior, & in eorum uno fuiſſet domus habitationis, aut fuiſſet unus ex his proximus civitati, in cunctis transferunt.

III. Tuguria, quæ ſunt in agro, ſi pateant ſpatium duarum ſearum, ſunt licita, ſi pateant plus ſpatio duarum ſearum, ſunt interdicta; At caula, aut carcer, aut locus deſtinatus, aut atrium ſi pateant plus ſpatio duarum ſearum, ſunt permiſſa vel ſpatium decem Cororum eſt permiſſum. Regulam generalem dixit R. Simeon ben Elieſer; Aer qui inſerviat domui habitationis, e. g. caula, aut carcer, aut atrium aut locus deſtinatus: Vel ſi pateant ſpatium quinque, vel decem Colorum, permiſſa ſunt: At locus omnis habitationis qui inſerviat aeri, e. g. tuguria, ſi pateant ſpatium duarum ſearum, permiſſa ſunt, ſi plus, ſunt interdicta.

IV. Miſcent per decimam ſecundam Hieroſolymis, non autem in terminis: Qui voverit a pane, per eum illi miſcent: Quando? Quando voverit non guſtare illum, ſi vero ſanctificaverit, erit interdictus, quia non miſcent ſancto. Dicit R. Meir: Sed non cohibuerunt ſe filiæ Iſrael, quominus mitterent commixtiones ſuas per filios ſuos, & per filias ſuas parvulas, ut initiarentur in præceptis: Dixit ei Rabi Jehuda: Hinc eſt probatio, quod poſſit dicere ſociæ: Accipe a me. Si impoſuerit ſimiæ, & abierit, ſi impoſuerit jumento, & abierit: ejus mixtura eſt mixtura; Si impoſuerit trabi, quæ ſit alta decem palmos, ejus mixtura eſt mixtura; R. Jehuda dicit: Si quatuor, ejus mixtura eſt mixtura, ſi minus, ejus mixtura non eſt mixtura. Si impoſuerit arbori, quæ fuerit altior decem palmis, ejus mixtura non eſt mixtura, infra decem palmos, ejus mixtura eſt mixtu-

tu-

למטה מעשרה טפחים עירובו ערוב ואסור ליטלו בתוך שלשה מותר ליטלו נתנו בכלכלה ותלאה באילן למעלה מעשרה טפחים אין ערובו ערוב למטה מעשרה טפחים עירובו ערוב ואסור ליטלו דברי רבי וחכמים אומרים כל שאסור ליטלו אין עירובו עירוב אחד הערוב ואחד כל הכלים . שרשי אילן שהן גבוהים מן הארץ שלשה טפחים או שיש חלל תחתיהם שלשה טפחים אף על פי שהן שוין לארץ מרוח אחת לא ידרוס ויעבר עליהן ממקום למקום ולא ישב עליהם ולא יסמוך עליהם לפי שאין עולים ואין נתלין באילן ואין נסמכין על האילן לא יעלה לאילן מבעוד יום כדי שתחשך וישב שם כל אותו היום אחד אילן ואחד כל הבהמה אבל שיח בור ומערה וגדר מטפיס ועולה מטפיס ויורד אפילו מאה אמה.

ה נתנו במגדל נפל בפניו ואבד המפתח הרי זה ערוב רבי אלעזר אומר אם בעיר אבד ערובו ערוב אם בשדה אבד אין ערובו ערוב מודין חכמים לרבי אלעזר בבני חצר ובני מרפסת שנכו את עירוביהן ונתנוהו בבית אף על פי שבידוע שאין המפתח במקומו ערובו עירוב אמר רבי יוסי אבטולס העיד משום חמשה זקנים שפסק הערוב כשר . איזהו ספק הערוב שהיא כשר ערב בתרומה ספק מבעוד יום נטמא ספק משחשיכה נטמא עירב בפירוש ספק מבעוד יום נתקנו ספק משחשכה נתקנו עירובו עירוב אבל עירב בתרומה ספק טמאה ספק טהורה עירב בפירוש ספק מתוקנין ספק אין מתוקנין אין ערובו ערוב.

פרק שלישי

א רבי יהודה אומר אין אדם מתנה על עירובו אלא בשני דברים אומרים בא חכם למזרח עירובו למזרח בא למערב עירובו למערב בא לכאן ולכאן הריני כבני עירי רבי יהודה אומר אלו

tura; & non licet transferre, intra tres licet transferre: Si imposuerit canistro, & appenderit arbori supra decem palmos, ejus mixtura non est mixtura; infra decem palmos, ejus mixtura est mixtura, & non licet transferre. Verba Rabi: At sapientes dicunt: Quod non licet transferri, ejus mixtura non est mixtura, tam ipsa mixtura, quam omnia vasa. Si radices arboris emineant a terra tres palmos, aut fuerit sub iis spatium vacuum trium palmorum, licet fuerint paralelli terræ ab uno latere, non poterit calcare, & transire super eas de loco ad locum, neque quiescere super illis, neque illis inniti, quia non licet adscendere, neque appendere, neque inniti arbori; non licet adscendere arborem dum adhuc est dies, ut post obortas tenebras ibi quiescat toto ipso die: Sive fuerit arbor, sive jumentum; At si fuerit fossa, cisterna, & specus, & sepes, poterit salire, & adscendere, salire & descendere vel centum cubitos.

V. Si dederit in arca, & inclusisset ejus ostium, & amisisset clavem, hæc erit mixtura. R. Eliefer dicit: Si in civitate amiserit, ejus mixtura est mixtura; si in agro amiserit, ejus mixtura non est mixtura: Assentiuntur sapientes R. Elieseri de incolis atrii, & porticus, qui conjunxerint mixturas suas, & dederint in domo; licet notum sit, quod clavis non sit in loco suo, mixtura est mixtura. Dicit R. Jose: Abtolemos contestatus est nomine quinque seniorum, quod dubia mixtura esset legitima. Quænam est dubia mixtura? Si miscuisset per separationem, & si dubium fuerit, utrum, dum adhuc esset dies, an post obortas tenebras polluta fuerit, & miscuerit fructibus: Si dubium fuerit, utrum, dum adhuc esset dies, an post obortas tenebras præparaverint, mixtura est mixtura: At si miscuerit per separationem, & dubium fuerit, utrum fuerit polluta, an fuerit munda, & miscuerit fructibus; si dubium fuerit, utrum præparaverint necne, mixtura, non est mixtura.

CAPUT III.

I. RAbi Jehuda dicit: Nemo potest pacisci pro sua mixtura, nisi duabus rebus: Dicunt; Si veniat sapiens ad orientem, mixtura erit ad orientem, si veniat ad occidentem, mixtura erit ad occidentem: Si veniat hinc, & inde versus locum, quo abire voluerit; si non veniat hinc & inde;

היה אחד מהן רבו ילך אצל רבו שניהן רבותיו ילך אצל מי הרגיל אצלו אם היה רגיל אצל שניהם ילך אצל אי זה מהם שירצה מתנה אדם על עירובו ואומר עירובו לשבת זו ולא לשבת אחרת לשבת אחרת ולא לשבת זו עירובו לשבתות ולא לימים טובים לימים טובים ולא לשבתות ולשבת ולא ליום הכפורים ליום הכפורים ולא לשבת. האומר לחברו ערב לי בתמרים וערב עליו בגרוגרות בגרוגרות וערב עליו בתמרים במגדל וערב עליו בשובך בשובך וערב עליו במגדל בבית וערב עליו בעלייה בעלייה ועירב עליו בבית עירוב אבל אמר לו סתם ערב לי וערב עליו בין בתמרים בין בגרוגרות בין במגדל בין בשובך בין בעלייה בין בבית עירובו עירוב.

ב עירובי זה לצפון וזה לדרום זה מהלך לצפון עירובו של זה בדרום ובדרום בעירובו של זה בצפון אם מיצעו את התחום אל יזוזו ממקומן עירב לצפון וחזר ועירוב לדרום ביטל האחרון את הראשון טעה ועירב לשתי רוחות כמדומה שמותר בשתיהן מהלך בעירובו של זה בדרום ובדרום בעירובו של זה בצפון אם מיצע את התחום אל יזוז ממקומו. גוים שבאו על עיירות ישראל יוצאין עליהן בזיין ומחללין עליהן את השבת אימתי בזמן שבאו על עסקי נפשות לא באו על עסקי נפשות אין יוצאין עליהן בזיין ואין מחללין עליהן את השבת באו לעיירות הסמוכות לספר אפילו ליטול את התבן ואפילו ליטול את הקש יוצאין עליהן בזיין ומחללין עליהן את השבת בראשונה היו מניחין זיינן בבית הסמוך לחומה פעם אחת חזרו עליהן והיו נדחקין ליטול את זיינן והרגו זה בזה התקינו שיהא כל אחד ואחד מחזיר לביתו.

Ecce ero ſicut cives urbis meæ. Rabi Jehuda dicit: Si aliquis ex iis fuerit ejus præceptor, ſe conferet prope præceptorem ſuum; Si ambo fuerint ejus præceptores, ſe conferet prope illum, ad quem conſueverit ſe conferre, ſi conſueverit ſe conferre ad ambos, ſe conferet ad eum, qui ſibi magis placuerit: Poterit homo paciſci de ſua mixtura, & dicere. Mixtura ſit pro hoc Sabbatho, non autem pro alio Sabbatho, pro alio Sabbatho, non autem pro hoc Sabbatho; Mixtura ſit pro Sabbathis, non autem pro diebus feſtis, pro diebus feſtis non autem pro Sabbathis; pro Sabbatho, non autem pro die expiationum, pro die expiationum, non autem pro Sabbatho: Siquis dicat ſocio ſuo: Miſce mihi dactylis: Et ille ei miſceat caricis; ſi caricis, & ille miſceat dactylis: Si in arca, & ille miſcuerit in columbario, ſi in columbario, & ille miſcuerit in arca: Si in domo, & ille miſcuerit in cœnaculo, ſi in cœnaculo, & ille miſcuerit in domo; ejus mixtura non eſt mixtura. At ſi ei dixerit ſimpliciter: Miſce mihi; & ille ei miſcuerit ſive dactylis, ſive caricis, ſive in arca, ſive in columbario, ſive in cœnaculo, ſive in domo, ejus mixtura erit mixtura.

II. Hæc mea mixtura ad aquilonem, & iſta ad auſtrum; Incedet ad aquilonem illa mixtura, quæ eſt in auſtro, & ad auſtrum, ea mixtura quæ eſt in aquilone. Si diviſiſſent terminum, non poſſunt ſe movere de locis ſuis. Si miſceat ad aquilonem, atque iterum miſceat ad auſtrum, abolet poſtrema primam. Si errans miſcuiſſet in duobus lateribus, putans ſibi licere per ambo incedere, incedet in aquilone hac mixtura, quæ eſt in auſtro, & in auſtro ea mixtura, quæ eſt in aquilone; Si diviſiſſet terminum, non poterit ſe movere de loco ſuo. Si gentiles veniant contra urbes Iſrael, licet egredi cum armis contra illos, & prophanare Sabbathum. Quando? Quando veniant animarum cauſa; ſi non veniant propter animas, non licet egredi contra illos cum armis, neque prophanare Sabbathum. Si veniant contra urbes proximas termino, vel ad auferendam paleam, vel ad auferendam ſtipulam, licet egredi contra illos cum armis, & prophanare Sabbathum: In principio deponebant arma ſua in domo proxima muro; Aliquando reverſi ſunt contra illos, & ſe impulerunt in accipiendis armis, & mutuo ſe occiderunt: Statuerunt, ut quiſque reportaret arma ſua in domum ſuam.

III. Si

ג מחנה היוצאה למלחמת הרשות אין צרין על עיר של גוים פחות משלשה ימים קודם שבת ואם התחילו אפילו בשבת אין מפסיקין וכן היה שמאי הזקן דורש עד רדתה ואפילו בשבת. עיר שהקיפוה גוים או נהר וכן ספינה המטרפת בים וכן יחיד שהיה נרדף מפני גוים ומפני לסטים ומפני רוח רעה הרי אלו מחללין את השבת ומצילין את עצמן.

ד הרועים והקייצין והבורגנין ושומרי פירות בזמן שדרכן ללון בעיר אף על פי שחשיכו חוץ לתחום הרי אלו כאנשי העיר ויש להם אלפים אמה לכל רוח ובזמן שדרכן ללון בשדה אין להם אלא אלפים אמה בלבד. מי שיצא לילך לעיר שמערבין בה והחזירו חבירו ובין זו לזו כארבעה אלפים אמה חסר אחת הואיל והחזיק בדרך מותר לילך דברי רבי יהודה יתר על כן אמר רבי יהודה אפילו החזירו חברו מן הדרך ללון בעיר משכים והולך לתוך ביתו החזירו מן העיר הרי הוא כאנשי העיר.

ה רשות שבת כך הוא עומד אדם במקומו ואומר שביתתו במקומו שנאמר שבו איש תחתיו כמה תחתיו מלא קומתו ופשוט ידיו הרי ארבע אמות רבי יהודה אומר גופו שלש אמות כדי שיהא נוטל חבית מראשותיו ונותן למרגלותיו ממרגלותיו ונותן למראשותיו חוץ לארבע אמות יש לו אלפים אמה לכל רוח מרובעות לא עגולות רבי חנניה בן אנטיגנוס אומר עגולות ולא מרובעות. השובת בתל גבוה עשרה טפחים ובנקע עמוק עשרה טפחים ובגנה מוקפת גדר גבוה עשרה טפחים מהלך את כולה וחוצה לה אלפים אמה לכל רוח השובת בעיר אפילו גדולה כאנטוכיא מהלך את כולה וחוצה לה אלפים אמה על גנה אין לו אלא ארבע אמות בלבד.

ו הנותן את עירובו בעיבורה של עיר לא עשה כלום נתנו חוץ לתחום אמה

III. Si castra egrediantur ad bellum arbitrarium, non licet obsidere urbem gentilium minus triduo ante Sabbathum; si autem inceperint, vel in Sabbatho non cessabunt. Et sic exponebat senior Sciamai: *Usque ad subigendam eam. Deut.* xx. 20. Vel in Sabbatho. Si urbem obsederint gentiles, aut flumen, & similiter si navem quatiat mare; pariterque si privatus fugiat a conspectu gentilium, & a conspectu latronum, & a conspectu spiritus mali, licet pro his prophanari Sabbathum, & salvare seipsos.

IV. Pastores, & colligentes fructus spinarum, & custodes tuguriorum, & custodes fructuum, quando solent pernoctare in urbe, licet pernoctassent extra terminum, ecce sunt sicut incolæ civitatis, eisque sunt duo millia cubitorum ad singula latera. Quando vero solent pernoctare in agro, non erunt eis nisi duo millia cubitorum duntaxat. Si quis egrederetur, ut iret ad urbem, in qua miscent, & reducat eum ejus socius; inter hunc & illum erit spatium bis mille cubitorum minus uno. Quoniam suscepit iter, licet ei incedere: Verba R. Jehuda. Et amplius dicit R. Jehuda. Vel si eum reducat ejus socius a via, ut pernoctet in civitate, poterit surgere summo mane, & ire in domum suam: Si eum reducat socius, erit sicut civis urbis.

V. Potestas Sabbathi sic erit: Stat homo in loco suo, & dicit: Quies sua in loco suo: Dictum est enim *Exod.* XVI. 30. *Manete quisque in loco suo*. Quantus est ejus locus? Quantum comprehendit ejus statura, & extensio manuum suarum: Ecce quatuor cubiti. R. Jehuda dicit: Ejus corpus patet tres cubitos, ut possit capere vas ex capite suo, & deponere ad pedes suos, & ex pedibus suis imponere capiti; Præter quinque cubitos sunt ei duo millia cubitorum ad singula latera in quadratum, non in rotundum. R. Chananjah ben Antigoni dicit: In rotundum, non in quadratum. Si Sabbathum agat in tumulo alto decem palmos, & in fossa profunda decem palmos, & in horto, qui sit circundatus sepe alta decem palmos, poterit incedere per totum, & extra illum, duo millia cubitorum ad singula latera; Si Sabbathum agat in civitate magna, ut est Antiochia, poterit incedere per totam, & extra illam duo millia cubitorum. In horto non sunt ei nisi quatuor cubiti duntaxat.

VI. Si ponat mixturam in confinio civitatis, nihil facit. Si ponat in loco qui

אחרת משתכר באותה אמה ומפסיד את
כל העיר מפני שמרת העיר עולה למרת
התחום . האומר שביתתי על גבי אילן
על גבי הגנה בתל גבוה עשרה טפחים
לא יתר מבית סאתים פחות מעשרה
טפחים לא יתר מארבע אמות ובנקע
עמוק מעשרה לא יתר מבית סאתים
פחות מעשרה טפחים לא יתר מארבע
אמות ובגנה מוקפת גדר גבוה עשרה
טפחים לא יתר מבית סאתים פחות
מעשרה טפחים לא יתר מארבע אמות
ומודד עד שמגיע לאותו מקום בא לאותו
מקום מהלך את כולה וחוצה לו אלפים
אמה אימתי בזמן שהיה בתוך אלפים אמה
שלו לא היה בתוך אלפים אמה שלו
אין לו אלא ארבע אמות בלבד , האומר
שביתתי בצד אילן בצד חרוב בצד גנה
לא אמר כלום עד שיקנה לצפונו או
לדרומו ארבע אמות קנה לצפון או לדרום
ארבע אמות ונעקר האילן נעקר החרוב
נעקר הגנה אם מכיר את מקומו הרי
זה מותר ואם לאו הרי זה אסור . רבי
יוסי אומר היו שנים אחד מכור ואחד
שאינו מכור הואיל ואחד מהן מכיר
שניהם מותרין . האומר שביתתי במקום
פלוני בשדה במקום פלוני במקום שאזכה
בו משתחשך לא אמר כלום שאין
מערבין משתחשך זה הוא שאמרו העני
מערב ברגליו אחד עני ואחד עשיר ובלבד
שלא יצא מן העיר ויאמר שביתתי
במקומי שלא התירו אלא למהלך בדרך
דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר אחד
עני ואחד עשיר היוצא מן העיר ואמר
שביתתי במקומו זה הוא עיקרו של עירוב
אבל התירו לבעל הבית לשלח את
ערובו ביד בנו ביד עבדו ביד שלוחו בשביל
להקל עליו אמר רבי יהודה מעשה בבית
הלל ובבית נוריון ברומא שהיו מחלקין
גרוגרות לעניים שהיו שני בצרות והיו
עניי שיחין יוצאין ומערבין ברגליהם
ונכנסין ואוכלין משחשיכה.

qui sit extra terminum in spatio unius cubiti, acquirit hunc cubitum, & amittit totam urbem, quia mensura urbis adscendit in mensuram termini. Si dicat: Sedes mea Sabbathica sit super arbore, super horto, super tumulo alto decem palmos, ei non erit spatium amplius duabus sehis, si minus decem palmis, non erit ei spatium amplius quatuor cubitis; & in horto circundato sepe alta decem palmos, non erit ei spatium amplius duabus sehis, si minus decem palmis, non erit ei spatium amplius quatuor cubitis; & metietur donec perveniat ad ipsum locum, quando pervenit ad eum locum, potest incedere per totum, & extra illum duo millia cubitorum. Quando? Quando fuerit intra sua duo millia cubitorum; si non fuerit intra sua duo millia cubitorum, non erunt ei nisi quatuor cubiti duntaxat. Si dicat: Sedes mea Sabbathica sit in latere arboris, in latere siliquæ, in latere horti; nihil dicit, donec acquirat ad suum aquilonem, & ad suum austrum quatuor cubitos: Si acquirat ad aquilonem, aut ad austrum quatuor cubitos, & eradicaretur arbor, & eradicaretur siliqua, & eradicaretur hortus, si noscat locum suum, licet, si minus, est interdictum. R. Jose dicit: Si fuerint duo: Alter noscit, & alter non cognoscit, quoniam alter ex iis cognoscit, ambobus permittitur. Si dicat: Sedes mea Sabbathica sit in loco N. N. in agro N. N. in loco quem acquiram postquam obortæ fuerint tenebræ; nihil dicit: Quia non miscent, postquam obortæ fuerint tenebræ. Hoc est, quod dixerunt: Pauper miscet pedibus suis; tam pauper quam dives; dummodo non egrediatur de civitate, & dicat: Sedes mea Sabbathica sit in loco meo. Etenim non permiserunt nisi iter facienti. Verba R. Meir. R. Jehuda dicit: Tam pauper quam dives si egrediatur de civitate, & dicat: Sedes mea Sabbathica sit in hoc loco. Hoc est essentiale mixturæ: At permiserunt patrifamilias, ut mitteret mixturam per filium suum, & servum suum, & legatum suum ad allevandum: Dicit R. Jehuda. Narratur de familia Mamal, & de familia Gorion Romæ, quæ dividebant caricas pauperibus in annis caritatis; & pauperes Sichin egredientes miscebant pedibus suis, & ingredientes edebant post obortas tenebras.

פרק רביעי

א רבי אליעזר אומר יום טוב סמוך לשבת בין מלפניו בין מלאחריו מערב אדם יום אחד לצפון ויום אחד לדרום יום אחד לצפון ויום אחד כאנשי אותה העיר מודה רבי אליעזר שאין מערבין חצי היום לצפון וחצי היום לדרום שאין חולקין יום אחד וחכמים אומרים כשם שאין חולקין יום אחד כך אין חולקין שני ימים אמר להם רבי אליעזר אי אתם מודים במערב ברגליו ביום ראשון שצריך לערב ברגליו ביום השני נאבל עירובו עד שלא חשכה אין יוצא עליו ביום השני אמרו לו אבל אמר להם הללו שני ימים הם אמרו לי אי אתה מודה שאין מערבין מיום טוב לחברו אמר להם אבל אמר לו הללו יום אחד הוא. עירב ברגליו ביום הראשון צריך ליערב ברגליו ביום השני נאבל ערובו עד שלא חשכה אין יוצא עליו ביום השני דברי רבי יהודה אומר הרי זה חמר גמל רבן שמעון בן גמליאל ורבי ישמעאל ברבי יוחנן בן ברוקה אומר ערב ברגליו ביום הראשון אין צריך לערב ברגליו ביום השני נאכל ערובו עד שלא חשכה יוצא עליו ביום השני מודים חכמים לרבי אליעזר בשני ימים טובים של ראש השנה שמערב אדם יום אחד לצפון ויום אחד לדרום יום אחד לצפון ויום אחד כאנשי אותה העיר ורבי יוסי אומר שקרושת שניהם אחת היא אמר להם רבי יוסי אי אתם מודים שאם באו עדים מן המנחה ולמעלה שנוהגין אותו היום קודש ולמחר קדש.

ב הרי שהיתה בידו כלכלה של פירות וצריך לתקנו היום הוא אומר אם יום טוב הוא אין בדברי כלום ואם לאו קורא שם לתרומה ומעשרות. שבה ואוכלה ורבי יוסי אוסר מודה רבי יוסי בשני ימים טובים של גליות.

ג כיצד מערבין את הערים ארוכה כמות שהיא עגולה עושין לה זויות

CAPUT IV.

I. Rabi Eliefer dicit: Dies festus si fuerit vicinus Sabbatho, sive ante illud, sive post illud, miscebit homo die uno ad aquilonem, & die altero ad austrum; die uno ad aquilonem, & die altero sicut cives ipsius civitatis: Assentitur R. Eliefer, quod non possit miscere dimidio die ad aquilonem, & dimidio die ad austrum; quia non dividunt unum diem; At sapientes dicunt: Sicut non dividunt diem unum, ita pariter non dividunt duos dies: Respondit illis R. Eliefer: Nonne vos fatemini, siquis misceat pedibus suis in die primo, quod debeat miscere pedibus suis in die secundo? Si concedatur ejus mixtura, priusquam oboriantur tenebræ non satisfacit cum ea in die secundo. Dixerunt ei: Utique: At eis dixit: Isti sunt duo dies: Illi responderunt: Nonne tu fateris, quod non debeant miscere ab die festo ad alterum? Respondit eis: Utique: Dixerunt ei: Isti sunt dies unus. Si misceat pedibus suis in die primo, debet miscere pedibus suis in die secundo: Si comedatur ejus mixtura, priusquam oboriantur tenebræ, non satisfacit cum ea debito suo in die secundo. Verba Rabi: R. Jehuda dicit: Ecce hic erit asinarius camelarius. Raban Simeon ben Gamaliel, & R. Ismael bar R. Jochanan ben Beroka dicit: Si misceat pedibus suis in die primo, non est necesse, ut misceat pedibus suis in die secundo. Si comedatur ejus mixtura, priusquam oboriantur tenebræ, satisfacit cum ea debito suo in die secundo. Assentiuntur sapientes Rabi Elieseri in duobus diebus principii anni, quod homo possit miscere die uno ad aquilonem, & die altero ad austrum, die uno ad aquilonem, & die altero sicut incolæ ipsius civitatis. At R. Jose dicit, quod amborum sanctitas una sit. Dixit eis R. Jose: Nonne vos fatemini, si veniant testes a vespera & ultra, quod consideretur dies hodiernus sanctus, & crastinus sanctus?

II. Si fuerit in ejus manu canistrum fructuum, & opus habeat eos præparare eo ipso die, dicet: si dies hodiernus est festus, nihil inserviant mea verba; si minus, vocabit nomine separationem, & decimas, & comedet; At Rabi Jose prohibet: Assentitur R. Jose in diebus festis captivitatis.

III. Quomodo miscent civitates? Si civitas esset longa, sicut est; si rotunda, faciunt ei angulos, si quadrata, non fa-

מרובעורת אין עושין לה זוירת . היתה עשויה כמים קשת כמים גם רואים אותה כאלו היא שוה היתה רחבה מראשה אחד וצרה מראש אחד רואין ארת מקום הצר כאלו מלא בתים וחצרות מכניס לאמצע מרבים כנגדו ומודד הימנו להלן אלפים אמה. היה בירת אחד יוצא הימנה כמין פינם לרוח אחד רואין כנגדו כאלו מלא בתים וחצרורת מרבוע כנגדו ומודד הימנו ולהלן אלפים היו שני בתים יוצאין הימנו כמן שני פיגמין לשתי רוחות רואין כנגדן כאלו הן מלאין בתים וחצרות מרביע כנגדן ומודד מהן אלפים אמה : מרבעה מרבוע עולם נותן צפונה לצפון עולם ודרומה לדרום עולם אמר רבי יוסי אם אין יכול לרבעה כמן עולם ירבענה כמן התקופה מקום שחמה יוצאה ביום קצר ושוקעה ביום קצר זה הוא פני דרום ביום ארוך ושוקעת ביום ארוך זה הוא פני צפון תקופת ניסן תקופת תשרי חמה יוצאה בחצי מזרח ושוקעת בחצי מערב שנאמר הולך אל דרום וסובב אל צפון הולך אל דרום ביום וסובב אל צפון בלילה סובב הולך הרוח ועל סביבותיו שב הרות זה הוא מזרח ומערב.

ד אלו שמתעברין עמה נפש שהוא ארבע על ארבע אמות רבי יהודה אומר כתלים וזיזה מתעברין עמה הגשר והקבר שיש בהן בית דירה בית עבודה זרה שיש בו בית דירה לכומרין . האוריות והאוצרות שבשדה שיש בהן בית דירה בור שית ומערה ונשר ובורגנין שבתוכה ובית שבים הרי אלו מתעברין עמה . ואלו שאין מתעברין עמה שנפרצה משתי רוחותיה אילך ואילך הגשר והקבר שאין בהן בירת דירה אין אלו מתעברין עמה שובך שבתוכה ובית שבספינה אין אלו מתעברין עמה כמה יהיו קרובות לעיר ויהיו מתעברין עמה שבעים ושירים על שבעים ושירים

ב משלשל אדם קדרה של בשר ונותנה על גבי הזיז שרוחב ארבעה טפחים היתה חלון באמצע שהיא ארבעה על ארבעה טפחים אסור שאין משלשלין מרשות לרשות דרך רשות. צנור המקלח לרשות הרבים אחד יין ואחד שמן קולט בין ביד בכלי ומכניס לתוך ביתו היה עומד ברשות היחיד ופשט ידו לרשות הרבים והיה מלאה אוכלין ומשקין מכניסה אצלו היה עומד ברשות הרבים ופשט ידו לרשות היחיד והיא מלאה אוכלין ומשקין מוציאה אצלו גמל שראשו ורובו בפנים אובסין אותו בפנים בחוץ אובסין אותו בחוץ אותן כלים שפותחין ונועלין בהם. שבקרקעות אסורין אחרים אומרים אף שבקרקעות פותחין ונועלין בהן. הכוהה ברשות הרבים וכל מי שנתלש רוקו בפיו לא יהלך ארבע אמות עד שירוק.

ג שתי טהרות זו על גב זו נוטל את הפקק מבנתים ומשיקן ומחזיר את הפקק למקומו רבי שמעון בן מנסיא אומר שתי בריכות אחת של חמין ואחת של צונן נוטל את הפקק מבנתים כדי שירדו חמין לתוך הצונן וצונן לתוך החמין ובלבד שלא יחזיר הפקק למקומו ולא עוד אלא שנוטל את הפקק כדי שיצאו מים וילכו להם ואם בשביל שתיגנב אסור פוקקין את הביב בסודרין ובכל דבר המטלטל כדי שלא יציפו המים את האוכלין ואת הכלים אין פוקקין את הביב כדי שירדו המים לבור רבי מנחם איש גליא אומר צנור שעלו בו קוצים וקישושיות דורסן ברגל בנערה כדי שיצאו המים וילכו להם. חבילה של

fuerit e regione alterius in loco publico, & inter utrumque fuerit ſpatium quatuor palmorum, duabus, non una miſcebunt; ſi ſpatium fuerit hoc minus, una non duabus miſcebunt: ſi tria fuerint tabulata, alterum altero ſuperius, & alterum altero ſuperius, & ſuperius & inferius eſſet alterius, & alterius medium, non poterit demittere de ſuperiori in inferius per medium, quia non transferunt de poteſtate ad poteſtatem per poteſtatem; at poterit demittere de ſuperiori in inferius, quando non demittat per medium.

II. Poteſt homo demittere ollam carnis, & imponere tigno prominenti ex muro, cujus latitudo ſit quatuor palmorum; ſi fuerit feneſtra intermedia, pateatque quaquaverſum quatuor cubitos, interdicitur, quia non transferunt de poteſtate in poteſtatem per poteſtatem. Si canalis fluat in locum publicum, tam vinum quam oleum poteſt colligere ſive manu ſive vaſe, & introducere in domum ſuam: Si ſtet in loco privato, & extendat manum ſuam in locum publicum, plenam cibis & liquoribus, poterit ad ſe reducere: Si ſtet in loco publico, & extendat manum ſuam in locum privatum, plenam cibis & liquoribus, poterit ad ſe reducere: ſi cameli caput, & major ejus pars fuerit intus, poſſunt in ejus os indere intus, ſi foris, poſſunt in ejus os indere foris: Vaſa, quibus aperiunt, & claudunt, ſi fuerint in ſolo, ſunt interdicta. Alii dicunt: Vel ſi fuerint in ſolo, aperiunt, & claudunt in loco privato: & ille, quum jam deſcendet ſputum ejus ab ore ejus, non incedet quatuor cubitos, priuſquam expuat.

III. Si duo fuerint aquiculi, alter ſuper altero, poterit tollere obturamentum inter medium, & lavare, & reſtituere obturamentum in locum ſuum. R. Simeon ben Menaſia dicit: ſi fuerint duæ piſcinæ altera ex aquis calidis, & altera ex frigidis, poterit tollere obturamentum intermedium, ut calidæ deſcendant in frigidas, & frigidæ in calidas, dummodo ne reſtituat obturamentum in locum ſuum: Et præterea poterit tollere obturamentum, ut exeant aquæ & fluant; ſi vero hoc faciat, ut exſiccetur, eſt interdictum. Poſſunt obturare foſſam linteis, & rebus omnibus, quæ transferri poſſunt, ne effluant aquæ; cibis & vaſis non poſſunt obturare fontem, ut deſcendant aquæ in puteum. R. Menachem vir Galliæ dicit: Si ſuper canali creviſſent ſpinæ, & quiſquiliæ poterit eas conculcare pede, ut exeant aquæ, & effluant. Faſciculus li-

עצים וסוכה של קוצים שעשאן דלת לפרצה ולחצר אם היו קשורות ותלויות פותחין ונועלין בהן ואם לאו אין פותחין ונועלין בהן אחרים אומרים היתה כבושה באבנים מראשה אחת אין רשאי ליגע בהן נתלו בה קוצין ודופקנין מפשר בידו בצנעה ובלבד שלא יקרע ושל בהמה דורס ברגליו מחצלות פרוסות על פתחים חנויות ברשות הרבים אם היו קשורות ותלויות פותחין ונועלין בהן ואם לאו אין פותחין ונועלין עשה להם ציר של קנים ושל שבלין ושל כל דבר פותחין ונועלין בהן בשבת ואין צריך לומר ביום טוב דלת שיש לה ציר פותחין ונועלין בשבת ואין צריך לומר ביום טוב נשברו ציריה אין פותחין ונועלין בה ביום טוב ואין צריך לומר בשבת. דלת הנגררת ומחצלת הנגררת וקנקלין פותחין ונועלין בהן בשבת ואין צריך לומר ביום טוב.

ד היה יושב וקורא בספר על האסקופה ונתגלגל ספר מידו לפנים ולחוץ גוללו מכאן ומכאן ומניחו בבית הגוף אבל מפתח אינו כן אלא בזמן שבית מנעולה מעשרה טפחים נוטל את המפתח מן האסקופה ונותנו למנעול ופותח ונוטל כלי בתוך הבית ומחזירו למנעולה ונועל ונוטלו ומניחו בחלון שעל גב שקוף אם יש בפי חלון ארבעה על ארבעה טפחים אסור שאין מטלטלין מרשות לרשות. מלבן של ספקלריא וטריסין של חלונות פותחין ונועלין בהן אם היו נשמטין אסורין נגר נשמט אסור נקמז מותר רבי יהודה אומר נקמז אף על פי שאין נשמים נגר נגרר אם היו קשור ותלוי פותחין ונועלין בו רבי יהודה אומר קשור אף על פי שאינו תלוי איזהו נגר כל שקשור ותלוי וראשו אחד מונח בארץ מותר במקדש ואסור במדינה רבי יהודה אומר אף במדינה מותר איזה

lignorum , & tabernaculum ſpinarum , cui effeciſſent portam ad rupturam, & ad atrium , ſi fuerint colligata , & ſuſpenſa poſſunt in iis aperire , & claudere; ſi minus , non poterunt aperire , neque claudere: Alii dicunt; ſi eſſet tectum lapidibus ab una extremitate, non licet attingere ; ſi illi ſuſpenſæ eſſent ſpinæ, & ſpini , poterit clam ſibi dilatare manu ſua , dummodo ne perrumpat ; & ſi fuerit jumenti , poterit conculcare pedibus : Si ſtoreæ extenſæ fuerint ſuper porta officinæ in loco publico , ſi fuerint alligatæ , & appenſæ poterunt aperire , & claudere , ſi minus , non aperient , neque claudent . Si feciſſet cardinem cannarum , & ſpicarum , & cujuſcunque rei, poſſunt iis aperire , & claudere in Sabbatho , & non eſt neceſſe ut dicatur , in die feſto; Si valvæ fuerit cardo, poſſunt aperire, & claudere in Sabbatho , & non eſt neceſſe ut dicatur, in die feſto: ſi fracti eſſent ejus cardines , non poſſunt aperire , & claudere in die feſto , & non eſt neceſſe ut dicatur in Sabbatho. Valvam, quæ trahitur, & ſtoream, quæ trahitur, & cancellos aperiunt , & claudunt in Sabbatho , & non eſt neceſſe ut dicatur in die feſto.

IV. Siquis ſedens legeret librum ſuper limine, evolutuſque fuerit liber de manu ſua , intrinſecus , & extrinſecus convolvet ab utraque parte , & deponſa , ubi eſt corpus . At clavis non ita ſe habet, niſi quando locus ſeræ ſit infra decem palmos , tum ſumere poteſt clavem ex limine, & indere in ſeram , & aperire; & poterit ſumere vas, quod ſit intra domum, & reſtituere in ſeram, & claudere, & ſumere , & deponere in feneſtra , quæ eſt in ſuperliminari : Si fuerit in vacuo feneſtræ ſpatium quatuor palmorum quaquaverſum , eſt interdictum , quia non poſſunt transferre de poteſtate in poteſtatem : Ornatus ſpeculorum , & poſtes feneſtrarum poſſunt aperiri, & claudi, ſi exiliant , interdicitur. Vectis , ſi exiliat interdicitur, ſi ſtatuatur, permittitur. R. Jehuda dicit; ſi ſtatuatur, licet non ſit tractabilis . Vecte , qui trahitur , ſi fuerit alligatus, & appenſus, aperiunt & claudunt ; ſi minus , non aperiunt , neque claudunt. R. Jehuda dicit : ſi fuerit alligatus , quamvis non fuerit appenſus . Quinam eſt iſte vectis? Qui fuerit alligatus , & appenſus , & una extremitas collocata fuerit in terra, permittitur in ſanctuario & interdicitur in provincia: R. Jehuda dicit : Vel in provincia permittitur; Quinam eſt interdictus in provin-

הוא במדינה אסור פרי שאינו לא קשור ולא תלוי נוטלו ומניחו בזוית.

ה המוצא תפילין מכניסן זוג זוג רבי יהודה אומר שנים שנים אחד האיש ואחד האשה אחד חדשות ואחד ישנות רבי יהודה אוסר בחדשות ומתיר בישנות המוצא ספר בשדה יושב ומשמרו ומחשיך עליו ונוטלו ובא לו ובסכנה מניחו והולך לו אם היו גשמים יורדין הרי זה מתעטף בעור וחוזר ומכסה אותו. מי שיצא לרשות הרבים ונזכר שיש תפלין בראשו מכסה את ראשו עד שמגיע לביתו אם היה בית המדרש נוטלן ומניחן במקום המוצנע מחזירין ציר התחתון של דלת שידה תיבה ומגדל ואין מחזירין ציר העליון של בור של יציע ושל דות הרי זה לא יהזיר ואם החזיר חייב חטאת נימת כנור שנפסקה קושרין אותה קשרה ונפסק אין קושרין אמר רבי שמעון בן אלעזר והלא אם קושרין אותה אין לה קול אלא משלשל מלמעלה ועונב מלמטה.

ו כהן שעלתה לו יבלת במתניו חברו חותכה לו בשניו במקדש אבל לא במדינה אם בכלי כאן וכאן אסור אין ממלאים בערשה בשבת אם כחס על חבל ועל משיחה הרי זה מותר. אין ממלאין מבאר הקר בגלגל ביום טוב וכשעלו בני הגולה וחנו עליה התירו להם נביאים שביניהן להיות ממלאין מבור הקר בגלגל ביום טוב ולא כל בור ודות הקר התירו אלא אותה בור שחנו עליה בלבד. הלכות שבת חגיגות ומעילה כהררין תלוין בשערה מקרא מועט והלכות מרובות ואין להן על מה שיסמכו. מכאן אמר רבי יהושע צבתא בצבתא מתעבדה צבתא דקמיתא מה הוית הא לאיי בריה הות הדינין והעבודות הטהרות והטמאות והעריות ומוסף עליהן ערכין וחרמים והקדשות ומעשר שני מקרא מרובה מדרש והלכות מרובות ויש להן על מי שיסמכו אבא יוסי בן חנן אומר אלו שמנה מקצועי תורה גופי הלכות.

vincia? Qui non fuerit alligatus, neque appensus, auferet, & deponet in angulo.

V. Si quis exportaverit Thephilin, introducet par par: R. Jehuda dicit: bina bina, tam vir quam fœmina, tam novos, quam veteres: R. Jehuda prohibet novos, & permittit veteres: Si inveniat librum legis in agro, custodit, donec tenebræ oboriantur, eumque sumet, & abibit; In tempore periculi deponet, & abibit; Si pluviæ descendant, pelle teget, atque iterum teget; siquis egrediatur in locum publicum, & recordetur, quod sint Thephilin in ejus capite, teget caput suum, donec perveniat ad domum suam; si fuerit in academia, sumet & reponet in loco occulto: Restituunt cardinem inferiorem valvæ, capsæ, & arcæ, at non restituunt cardinem superiorem putei, conclavis, & cisternæ, non erit restituendus, & si restituat, tenetur sacrificio pro peccato. Chordam cytharæ, quæ discissa fuerit, ligant, si alligata esset, & discinderetur, non ligant. Dicit Rabi Simeon ben Eliefer: Atqui si ligarent eam, non esset illi amplius sonitus; sed connectet a superiori parte, & ab inferiori consuet.

VI. Si sacerdoti crevisset verruca in suis lumbis, ejus socius poterit incidere dentibus suis in sanctuario; non autem in provincia; si instrumento, utrobique est interdictum: Non licet haurire statera in Sabbatho, si vero id faciat, ut curam habeat funis, & funiculi, permittitur. Non licet haurire ex puteo scaturiginis per rotam in die festo; at quando adscenderunt filii captivitatis, & super habitarunt, permiserunt eis prophetæ, qui erant inter eos, ut haurirent ex puteo scaturiginis per rotam in die festo: non autem omnes puteos, & cisternas scaturiginis permiserunt, sed illum tantum puteum, in quo habitarunt. Constitutiones Sabbathi, & solemnitatum, & prævaricationis sunt quasi montes suspensi filo; pauci textus, & constitutiones multæ, & nihil est iis, ubi innitantur. Hinc dicebat R. Jehosua: Forfex fit altera forfice; forfex prima quomodo facta fuit? Fuit igitur creata; ita pariter judicia, & ministeria, & puritates, & immundities, & scortationes, & his adduntur æstimationes, & anathemata, & res sanctificatæ, & decima secunda; in quibus sunt multi textus, expositiones, & constitutiones multæ, & in iis deprehenditur, ubi possint inniti. Aba Jose ben Chanen dicit: Istæ octo partes legis sunt essentiale lectionum.

JOH. GERHARDI OUTHOVII
DISSERTATIO
DE SABBATHO SECUNDO-PRIMO.

§. I. PErgo jam ad alterum Locum, nempe *Luc.* VI. I. ubi dicitur ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σποερίμων, &c. *factum est autem ut Sabbatho secundo-primo transiret per sata*, nempe Christus cum suis discipulis, qui, cum spicas vellebant, ac edebant, confricantes manibus, a Pharisæis, qui muscas capiebant & crabrones dimittebant, traducebantur, quasi Sabbatho facerent, quod non liceret, quodque grande piaculum ac morte piandum esset. Licet Pharisæi domi frangerent panem, absque peccato, tamen Christi discipulis vitio vertitur, quod idem fere in agro faciebant: Licet David cum suis comitibus ausus fuerit in famis discrimine vesci panibus propositionis, quibus alias solis sacerdotibus vesci fas erat: tamen hi Pharisæi traducebant comites nostri veri Davidis, seu discipulos Christi, quod ad propellendam famem spicas evulserint, granaque ex illis in cibum confricaverint, & hoc quidem Sabbatho, ut Matthæus *cap.* XII. I. & Marcus *cap.* II. 23. annotant, vel σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, *Sabbatho secundo primo*, uti Lucas hic jam habet.

Quæritur igitur quid Lucas hoc nomine *Sabbathi secundo primi* intelligi voluerit. Judicat Vir. Cel. *Verbrugge*, in diss. de hoc Sabbatho edita & defensa a. 1718. (cujus tamen prior tantum pars prodiit, alteram enim, in qua sententiam suam aperire & confirmare promisit Vir Cl. adhuc exspectamus,) quid isto nomine veniat, illis temporibus cuivis Judæo sine dubio cognitum fuisse: *Sed deinceps*, ait, *cum ea vox hoc uno Lucæ in loco tantum, non vero apud alios scriptores reperiatur, vel ab eruditissimis fere ignoratum est*. Hoc tamen semper vel ita generaliter non sequitur, quoniam plura sunt, quæ tantum semel occurrunt, vel uno in loco reperiuntur, de quibus tamen dici non licet, aut debet quod idcirco ab eruditissimis ignorentur.

§. II. Et si doctorum tam veterum quam novorum pervolvamus scripta, inveniemus de hoc *Sabbatho secundo-primo* quot capita, tot fere sensus: quare tempus non teram in recensendis ac exscribendis virorum doctorum sententiis, neque anxie quæram aut sollicitus ero, an Sabbathum δευτερόπρωτον recte intellexerint inter priscos Ecclesiæ doctores Epiphanius, Theophylactus & alii, neque recentiorum sententias discrepantes, licet mihi non placeant, virgula censoria feriam. Tantummodo Scaligeri allegabo sententiam, meamque non multum, ab ipsius mente differentem opinionem Lectori benevolo ac æquo proponam.

Cui interim libitum sit, scire quoque aliorum virorum sententias, legat Epiphanium *Hæres.* 30. & 51. Theophylactum *enarrat. in Luc.* VI. I. Aretium *in comment. ad Luc.* VI. I. ubi quoque variorum adfert explicationes. VValæum *in comment. ad Luc.* VI. I. ubi Cloppenburgii & Capelli leguntur sententiæ. Sic porro Bezam, Drusium, Coccejum *in suis commentariis ad Luc.* VI. I. & *ad Matt.* XII. I. Sigonium de rep. Hebræor. *lib.* 3. *cap.* 13. Joh. Ligtfootum *in horis hebr. ad Matth.* XII. I. & *ad Luc.* VI. I. *Oper. tom.* 2. *pag.* 319. & 513. & *in Chron. tempor. pag.* 19. Dietericum *in Antiq. Bibl. ad Exod.* XXIII. 14. 15. *pag.* 181. Othonem *in Lexico Rabbinico philologico pag.* 531. Relandum *in Antiq. Hebr. part.* 4. *c.* 8. §. 5. Et Joh. *Frischmuthi de Sabbatho* δευτεροπρώτῳ dissertat. (*a*) Ubi videbit haud exigua de hoc Sabbatho secundo-primo Doctorum sententiarum divortia.

§. III. Quod ad Scaligeri sententiam attinet, eam optime intelliget Lector ex ipsissimis Viri illustris verbis: a Cel. Verbrugge sic quoque ex *lib.* 6. *de Emendat. temp. p.* 522. allegatis, Σάββατον δευτερόπρωτον *illud est, quod proxime post solenne Paschatis sequitur. Nam* ממחרת הפסח *h. e.* ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα *Lex jubet septem hebdomadas putare. Itaque hebdomadas omnes & Sabba-*

tha

(*a*) Adde his, quos magno numero exhibet Cel. J. A. FABRICIUS in Bibl. Ant. C. X. §. 4. & diss. singularem de hoc argumento Cl. Hermanni WITSII. T. d. H.

tha omnia a Paschate ad Pentecosten sumunt appellationem suam ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος. *Intervallum autem illud omne dierum, quod Græci* πεντηκοστὴν *vocant, Judæis dicitur* ספירת העמר ἀριθμὸς τοῦ δράγματος *numerus manipuli, quia* ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος *Omer seu dragma primitivorum offerebatur. Prima igitur hebdomas, quæ putatur ab oblatione Omer dicitur* ἑβδομὰς δευτερόπρωτος, *& sic deinceps, ut habes in hoc indiculo.*

Indiculus Sabbathorum Pentecostes.

Δευτερόπρωτον	XIX. *Nisan*.	XXXI. *Martii*.
Δευτεροδεύτερον	XXVI. *Nisan*.	VII. *Aprilis*.
Δευτερότριτον	III. *Ijar*.	XIV. *Aprilis*.
Δευτεροτέταρτον	X. *Ijar*.	XXI. *Aprilis*.
Δευτερόπεμπτον	XVII. *Ijar*.	XXVIII. *Aprilis*.
Δευτερόεκτον	XXIV. *Ijar*.	V. *Maii*.
Δευτεροέβδομον	II. *Sivan*.	XII. *Maii*.

Intellige autem τὴν πεντηκόστην *intervallum a Paschate ad Solemne Pentecostes, non autem ipsum solemne Pentecostes. Eodem modo* μία δευτερόπρωτος *est feria solis prima, post festum Paschatis. Quare & Sabbathum* δευτερόπρωτον *est primum Sabbathum, quod proxime* τὴν δευτέραν τοῦ πάσχα *secutum est. Hebraice ergo* σάββατον δευτερόπρωτον שבת ראשון ממחרת *hoc enim perinde est ac* σάββατον ἀπὸ τῆς δευτέρας πρῶτον, ἀπὸ τῆς δευτέρας δεύτερον.

§. IV. Hanc Scaligeri sententiam non plane rejicio, aut approbo, neque ab ea in omnibus discedo, intelligo enim quoque per σάββατον δευτερόπρωτον illud Sabbathum, quod proxime post solenne Paschatis sequutum est, uti statim clarius patescet. Sed intelligo per Sabbathum illud simul secundum diem primæ hebdomadis, qui tunc, cum Christus per sata transiret, quoque sabbathum seu dies Sabbathi erat, per consequens σάββατον δευτερόπρωτον, id est Sabbathum incidens secundo die primæ hebomadis, post oblationem manipuli.

§. V. Notandum enim est, quomodo vox hebræa שבת *Schabbat*, alias *dies septimus*, per Synechdochen membri vel partis apud Judæos non raro notat totam hebdomadem, uti clarissime patet ex *Levit.* 23. 15. ubi dicitur, *numerabitis vobis a crastino Sabbathi, a die quo offeretis* עמר התנופה *manipulum elevationis septem* שבתות תמימות *Sabbatha consummata erunt*. id est septem septimanæ plenæ, uti & οἱ ό dicunt: ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους, id est *septem septimanas integras*. Sic Rabbini loquuntur *in Gem. Schabbath*. 156. 1. חד בשבתא, & *in Gem. Maccoth* 5. 1. חד בשבא, *primus Sabbathi*, id est *primus dies hebdomadis*, notante Relando *in antiq. Hebræor. part.* 4. *cap.* 8. §. 3. Sic in תרגום, seu Paraphraste Chaldæo, ad מגלת אסתר, *librum Estheris, cap.* 2. 6. legitur *& placuit puella*, nempe Esther, *in oculis ejus* &c. *& jussit accelerari unguentum dignitatis ejus, & septem puellas ad ministrandum illi* שבע יומי בשבתא *septem diebus Sabbathi* id est hebdomadis, *Cholta ministrabat primo prima feria, Rokeita secunda feria, Genunitha tertia feria, Nehoritha quarta feria, Rochashita quinta feria, Churphita sexta feria, Regoitha die Sabbathi*.

§. VI. Sic in Novo Test. vox σάββατον, *Sabbathum*, ab hebræo שבתון dictum, quodque in singulari secundæ, in plurali tertiæ declinationis est, non tantum in singulari & in plurali numero per eandem Synechdochen partis usurpatur pro tota hebdomade: uti patet ex *Luc.* 18. 12. ubi Pharisæus dicit, νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, *jejuno bis in Sabbatho*, id est *jejuno bis hebdomade*.

§. VII. Et hinc primus dies septimanæ, qui Græcorum consuetudine *dies Solis* dicitur, vocatur *primus Sabbathi*, uti *Marc.* 16. 9. ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ (ἡμέρᾳ) σαββάτου, *quum autem resurrexisset* (Jesus) *primo* (die) *Sabbathi*, id est *septimanæ*. De Ellipsi enim vocis ἡμέρᾳ quæ subaudienda est in πρώτῃ &c. prolixe agit Lamb. Bos *de Ellips. pag.* 57. 58. Sic εἰς μίαν σαββάτων pro εἰς πρώτην ἡμέραν σαββάτων, *in primum diem Sabbathi*, vel *Septimanæ*. Ubi porro notandum, quod cardinalis μίαν ponitur pro ordinali πρώτην, fortean per hebraismum, ut quidam judicant, quia *Genes.* 1. 5. dicitur יום אחד, *dies unus*, uti & Græci interpretes ibi habent, ἡμέρα μία pro πρώτη, *dies primus*. Verum an idcirco dicendum sit, textum græcum N. Test. hic hebraizare, seu no pure Græcum esse, uti *Vorstius* de Hebraismis N. T. *p. I. p.* 35. *&c.* & Joh. Leusden quoque *in Phil. Gr. dissert.* 12. *pag.* 99. aliique dixere, audacter nego; quia disertissimi Græcorum ita quoque loquuntur, sic apud Polybium *pag.* 1401. legitur ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ *in uno, i. e. in primo, & vicesimo libro*. Ubi μιᾷ cum ordinali εἰκοστῇ conjungitur, ergo usurpatur pro πρώτῃ; *vigesimus primus* enim vulgo numeratur εἰκοστὸς πρῶτος. Sic etiam cardinale neutrum ἕν, *unum*, ab Herodiano pro ordinali usurpatur *lib.* 4. *cap.* 11. §. 8. Ubi

ait,

ait, ὑφ' ἓν σημεῖον, *quum primum datum esset signum*. Sic porro apud Homerum legitur Iliad. π. *vs.* 173.

Τῆς μιᾶς μὲν ςιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,

Quæ verba vulgo vertuntur:

Unius quidem ordinis duxerat Menesthius vario thorace ornatus.

Quoniam ἶος, ἴα, ἶον, vulgo notat *unus*, *unum*: at vero hoc loco Homerus ἴης sumit pro ordinali πρώτης, & ἴης ςιχὸς, vel, ut Scholiastes Græcus, qui Didymus creditur, habet, μιᾶς τάξεως, verti debet *primi ordinis*, vel *primæ classis*; recenset enim Poeta hic ordines exercitus, & uti

Menesthius erat dux ἴης ςιχὸς, *primi ordinis*.

Sic Eudorus erat dux τῆς ἑτέρης ςιχὸς, *secundi ordinis*.

Pisandrus dux τῆς τρίτης ςιχὸς *tertii ordinis*.

Pisandrus dux τῆς τετάρτης ςιχὸς, *quarti ordinis*.

Alcimedon dux τῆς πέμπτης ςιχὸς, *quinti ordinis*.

uti *vs.* 179. 193. 196. 197. videre est. Et omnes has ςίχες, vel τάξεις, *classes*, ab Achille ἐκείνας, *bene ordinatas* dicit *vs.* 199. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

§. VIII. Sic porro σάββατον in plurali usurpatur pro *septimana*, 1. *Cor.* XVI. 2. ubi dicitur, κατὰ μίαν σαββάτων, *primo quoque die Sabbathi*, i. e. *Septimanæ*. Hinc Chrysostomus *homil.* 85. *in Job. ad cap.* XX. 1. Τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, τουτέστι, τῇ κυριακῇ, *primo die hebdomadis, id est, Dominico*. Et Theophylactus ad Marc XVI. 2. scribit, μιᾶς τῶν σαββάτων, τουτέστι, τῆς πρώτης τῶν τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν, σάββατα γὰρ τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας ὠνόμαζον, μίαν δὲ, τὴν πρώτην: i. e. *unius Sabbathorum, hoc est primæ ex diebus hebdomadis. Sabbatha enim dies hebdomadæ nominabant, unam, aut primam*. Vide plura ad hanc rem allegata, tam ex Theophylacto, quam ex Theodoreto, Chrysostomo, Oecumenio, ac Justino apud Suicerum *in Thesauro Ecclesiast. tom.* 2. *col.* 916. 917. Et sic Eusebius Pamphili quoque dicebat in illud, ὀψὲ σαββάτων. Ἔθος γὰρ ἦν τὴν ὅλην ἑβδομάδα Σάββατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας σάββατον ὀνομάζειν, *consuetudo erat totam septimanam Sabbathum vocare, & omnes dies Sabbathum appellare*, uti sic hæc verba allegata leguntur in Glossario, ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis, Caroli du Fresne, *col. m.* 1314. *Edit. Lugd.* 1688 & in appendice ad Glossarium mediæ Latinitatis *col.* 204.

Huic jam fundamento nitens, verba Lucæ *cap.* VI. 1. sic accipio, ut σάββατον, *Sabbathum*, ibi sit tota hebdomas.

§. IX. Sed notandum jam porro est, Legislatorem dixisse *Levit.* XXIII. 15. 16. ut Israelitæ a die oblationis manipuli numerarent septem Sabbatha, seu septem integras septimanas, vel quinquaginta dies usque ad crastinum septimi Sabbathi, cum festum erat Pentecostes, vel Hebdomadum, quo novum munus Domino offerrent de messe. Manipulus primitialis offerri debuit ad supplicandum Deo, ut benediceret novis frugibus, & ut venia impetraretur ad falcem in segetes immittendam: at post peractam messem hordeaceam, post numeratas septem ab illa die oblationis manipuli hebdomadas, die quinquagesima, gr. πεντηκοστή, Hebr. יום חמשים in gratiarum actionem offerebantur panes primitiales, *Lev.* XXIII. 16. 17.

Ad computationem ergo illarum hebdomadum, & temporis interlabentis, inter oblationem manipuli, & oblationem panum, non alio calculo utebantur, nisi ut per Sabbatha numerarent, vel per septimanas, uti & per dies, ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν ἀζύμων, dicit Flavius Josephus, qui diem decimumsextum Nisan sic nuncupat, quo manipulus offerebatur, *Antiq. Jud. lib.* 3. *cap.* 10. *pag. m.* 93. ubi ait, τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη, τῶν καρπῶν οὓς ἐθέρισαν, οὐ γὰρ ἥψαντο πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι, i. e. *secunda azymorum die, quæ est mensis hujus decima sexta, frugibus demessis, & hactenus intactis, incipiunt frui*. Addens deinde, *post Paschale sacrum elapsis septem septimanis, hoc est, quadraginta novem diebus, quinquagesima, quam a numero ἀσαρθὰ, Hebræi vocant, offerunt Deo panem e farinæ triticeæ duobus assaronibus cum fermento confectum, mactantque agnos duos*. De voce ἀσαρθὰ, seu עצרתא i. e. *Clausula*, vide Relandi *Antiq. Hebræor. part.* 4. *cap.* 4. §. 2. Et de computatione illius temporis per dies mentio fit apud Rabbinos, ut in Libro *Juchasin fol.* 36 1. *mortui sunt plurimi sapientum discipuli quindecim diebus ante Pentecosten, hoc est, triginta tribus a manipulo*. Sic sub finem *Midrasch Samuelis* concluditur, *finitum est hoc opus die tricesimo tertio a manipulo*, notante *Othone* in Lex. Rabb. p. 532. Habebant præterea formulas numerandi, dictas סדרי הספירה פסח, quibus singulis diebus in precibus vespertinis utebantur, numerantes ita diem illum, qui incipit,

verbi cauſa, diem quadrageſimum, שבועות ארבעים יום שהם חמשה וחמשה ימים בעומר, *dies 40. ſunt, ita ut 5. hebdomades & 5. dies elapſi ſint poſt oblationem manipuli*. Uti Reland. annotat. *in Antiq. Hebr. part. 4. cap. 4. §. 3.* Et uti computationem ſeptimanarum & dierum a veſpera incipiebant, ita ante computationem hanc gratiarum actionem efferebant, *benedictus eſto tu o Domine Deus noſter, qui nos ſanctificaſti præceptis tuis, & præcepiſti nobis dies numerare ab oblatione τȣ̃ Homer primitiarum*, docente Maimonide *de Sacrif. jug. cap. 7. §. 22. 25.*

§. X. Cum igitur iſtas ſeptimanas vocabant Sabbatha, & omnes illos dies, uti modo ex Euſebio notavi, quoque Sabbatha appellabant, ego per σάββατον δευτερόπρωτον, apud Lucam, intelligerem *ſecundum diem primi Sabbathi*, id eſt, *primæ ſeptimanæ*, quam a die oblationis manipuli incipiebant numerare, qui dies cum *ſecundus* eſſet *primi Sabbathi*, vel *ſeptimanæ*, recte dicitur *dies ſecundo-primus*, vel *Sabbathum ſecundo-primum*. Maxime quoniam dies ille tunc, cum Chriſtus per ſata tranſiret, ipſiſſimus quoque *dies Sabbathi*, vel ordinarium Sabbathum hebdomadale erat, quod Sabbathum tunc quoque dici poterat primum Sabbathum poſt ſecundum diem, ſeu poſt δευτέραν τῶν ἀζύμων, & per conſequens etiam σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. primum Sabbathum poſt ſecundam diem azymorum.

Et quod iſte dies, cum Chriſtus per ſata ambularet, tunc Sabbathum ordinarium erat, docent nos Matthæus *cap.* XII. 1. & Marcus *cap.* II. 23. dicentes, Jeſum per ſata iviſſe τοῖς σάββασι, *Sabbathis*, vel ἐν τοῖς σάββασι, *in Sabbathis*; ubi, per enallagen numeri, pluralis ponitur pro ſingulari, σαββάτῳ, *Sabbatho*, uti *Matth.* XII. 2. habetur, confer etiam *Marc.* II. 27. 28. Hinc Cel. Hombergius *in Parerg. Sacr.* ad *Marc.* II. 23. dicit, *σάββατον & σάββατα promiſcue dicitur de Sabbatho, id eſt, die ſeptimo*. Qualis enallage ſæpius occurrit in Sacra Scriptura, & non infrequens eſt ſcriptoribus profanis. Sic *Luc.* IV. 16. *venit Jeſus* ἐν ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, *die Sabbathorum*, pro τȣ̃ σαββάτȣ, *Sabbathi*. Sic *Act.* XIII. 14. & XVI. 13. Huc pertinet *Marc.* V. 30. ubi ἱμάτια, *veſtimenta* pro ἱμάτιον, *veſtimentum*, uti verſ. 27. videatur Glaſſius de hac re in Philolog. Sacr. lib. 3. tr. 1. Can. 26. Et exemplum pluralis pro ſingulari vide quoque apud Callimachum, *Hymno in Jovem verſ.* 15. Hinc & Horatius *lib. 1. Sat. 9. verſ. 69.* τὴν τριακάδα ſive ἱερομηνίαν vocat *triceſima Sabbata*, uti Suicerus notat *in Theſauro Eccleſ. tom. 2. col. 916.* Videatur quoque Lambinus ad hunc locum Horatii.

§. XI. Sed ut clarius pateat quod de hoc σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ dixi, lubet hoc ſequens ſchema computationis hic Lectori ante oculos delineare, & ſeptem plena Sabbatha ſeu ſeptimanas integras ita computare, præſupponens, quod

Tunc temporis *Paſcha*, (Hebr. פסח, Chald. פסחא, Gr. διαβατήρια vel ὑπερβάσια, ſemper ex inſtituto Dei incidens in diem decimumquartum menſis ניסן Niſan, *Levit.* XXIII. 5. & *Num.* XXVIII. 16.) erat *die Mercurii*, quo Paſchalis mactabatur agnus.

Die ſequenti Jovis, decimoquinto Niſan, erat חג המצות, ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, vel ἀζυμοφαγιῶν, *feſtum azymorum*, vel dies, quando cum agno paſchali, priori die inter duas veſperas mactato, panes azymos ſeu infermentatos, comedere incipiebant, qui dies κατ' ἐξοχὴν quoque חג *feſtum* appellatur, *Levit.* XXIII. 6. *Exod.* XII. 18. & *Num.* XXVIII. 17. ubi dicitur, *& quintadecima die erit* חג, *feſtum*, vel *ſolennitas*, *ſeptem diebus veſcentur azymis*. Ergo erat πρώτη τῶν ἀζύμων.

Die Veneris, decimoſexto Niſan, ſeu δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων, *ſecunda die azymorum*, erat πανήγυρις ἐπὶ τῷ δράγματι, ut cum Philone loquimur, hebr. יום חנף, *dies agitationis* ſcil. *manipuli*, ſeu *dies oblationis*, τȣ̃ *Homer primitiarum*, etiam יום קציר *dies meſſis* nempe השערים *hordeorum*; quando עומר manipulum hordei, ſeu ראשית קציר *primitias meſſis*, hordeaceæ ad ſacerdotem afferebant, qui agitabat manipulum iſtum coram Domino. *Levit.* XXIII. 9. 10. 11. Ab hoc die incipiebant jam numerationem ſeptem Sabbathorum vel ſeptimanarum; ergo hic dies erat πρωτοπρῶτος, *primo-primus*, i. e. *primus dies* πρώτȣ σαββάτȣ, *primi Sabbathi*, ſeu *primæ ſeptimanæ*.

Die Saturni, ſeu *Sabbathi* decimoſeptimo Niſan, ibat Chriſtus cum ſuis diſcipulis per ſata, qui dies erat τρίτη τῶν ἀζύμων, & ſimul dies δευτερόπρωτος, *ſecundo-primus*, i. e. ſecundus dies primæ ſeptimanæ: imo etiam erat σάββατον δευτερόπρωτον, non tantum quia omnes ſeptem dies ſeptimanæ nomine σαββάτȣ, *Sabbathi*, exprimuntur; verum etiam quia hic dies jam σάββατον, *Sabbathum ordinarium* erat, ergo σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. Sabbathum incidens ſecundo die primæ ſeptimanæ, & pri-

primum quoque Sabbathum hebdomadale post δευτέραν τῶν ἀζύμων.

§. XII. Et hoc die Christus per sata transiens traducebatur a Pharisæis, quod discipuli ejus eo die spicas vellerent, quod illicitum judicabant, quia, ut Ligtfootus *ex Talmud. Scabb. par.* 7. *& Maimon. Schabb. par.* 7. 8. ostendit, per constitutionem Rabbinorum Sabbatho prohibitum erat, vellere spicas; ita enim dicebant: *qui Sabbatho frumentum metit, ad quantitatem ficus, reus est. Qui vellit & qui metit, perinde rei sunt: qui quicquam evellit, quod nascitur, reus est perinde ac si meteret. Ligtfooti ordo textuum Sect.* 25. *oper. tom.* 2. *pag.* 19. Judicabant Rabbini spicarum avulsionem ejusdem rationis cum messione, idcirco quia metere Sabbatho illicitum erat, ita etiam spicas vellere; quia, ut Maimon dicit *Schabbat cap.* 8. *Metens Sabbatho vel tantillum reus est,* ותולש תולדות קיצר *& vellere species messionis*, notante Othone *in Lexico Rabbinico pag.* 525. imo ne folium quidem aut fructum decerpere ab arbore fas erat die Sabbathi, dicit Philo Judæus *de vita Mosis lib.* 2. *pag. m.* 896. οὐ γὰρ ἔρνος ἐ κλάδον, ἀλλ' ἐδὲ πέταλον ἐφεῖται τεμεῖν ἢ καρπὸν ὁντινα ἐν διέψασθαι, i. e. *nec ramum enim nec frondem nec folium demere fas est, nec ullum quidem decerpere fructum*. Ex hac ergo superstitiosa constitutione carpebant Pharisæi Christi discipulos vellentes spicas Sabbatho. At si Sabbathum hoc ante diem decimumsextum Nisan seu ante diem oblationis τῦ Homer primitiarum fuisset, Pharisæi non dixissent, *discipuli tui faciunt, quod non licet* ἐν τοῖς σάββασι, *Sabbatho*, uti *Matth.* XII. 1. & *Marc.* II. 23. legitur; sed dixissent, *faciunt, quod omnino non licet*, sive Sabbatho sive alio die, uti Relandus quoque recte observat *Antiq. Hebr. par.* 4. *c.* 8. §. 4. quia die decimosexto Nisan offerri solebat manipulus, ante quod tempus metere, aut evellere spicas, quod species messis erat, omnino illicitum erat secundum Judæorum Judicium, quoniam lege divina prohibitum erat ante oblationem manipuli *edere* ולחם וקלי וכרמל *panem, vel tostum vel spicas virentes*, belgice *groene ayren*, *Levit.* XXIII. 14. imo ante manipuli agitationem & oblationem solennem, quam Relandus describit, falx in segetem quinque rerum tritici, hordei, speltæ, avenæ & secalis immitti non debebat, dicunt Judæorum חכמים, & qui vel ad quantitatem olivæ de his aliquid edebat, flagellari dignus erat. Videantur, Seldenus *de Synedr. lib.* 2. *pag.* 340. Maimon. *de Sacrif. Jug. cap.* 7. §. 13. 17. & Reland *Antiq. Hebr. part.* 4. *cap.* 3. §. 8.

Ergo contra hanc legem non peccabant discipuli Christi, quoniam die decimoseptimo evellebant ac comedebant spicas, per consequens post oblationem manipuli, quæ præcedente die decimosexto jam peracta erat. Tantummodo ergo ex judicio Pharisæorum peccabant, quod die Sabbathi, qui tunc incidebat, spicas evellebant, fricabant ac comedebant, quod factum Christus idcirco contra Pharisæorum glossas ex ipsa lege naturæ, factoque Davidis defendit, quoniam esurienti etiam Sabbatho edere licet, multo magis quam Judæis licitum est Sabbatho idulgere genio, uti Relandus ostendit, *Antiq. Hebr. part.* 4. *cap.* 8. §. 10.

§. XIII. Sed videamus jam, quomodo hæc septem Sabbatha plena, seu septimanæ integræ, uti & dies 49. numerandi erant.

Primum Sabbathum.

Primus dies, seu dies manipuli decimosexto Nisan, unde computatio fiebat, erat dies πρωτόπρωτος, i. e. primus dies primi Sabbati, seu primæ septimanæ.

2dus dies δευτερόπρωτος, secundo-primus i. e. dies secundus primæ septimanæ, qui jam Sabbathum erat, ergo σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. *Sabbathum secundo die primæ septimanæ*, decimoseptimo Nisan.

3tius dies, τριτόπρωτος, tertio primus, i. e. tertius dies primæ septimanæ: decimoctavo Nisan.

4tus dies, τεταρτόπρωτος, quarto-primus, i. e. quartus dies primæ septimanæ, decimonono Nisan.

5tus dies, πεμπτόπρωτος, quinto-primus, i. e. quintus dies primæ septimanæ, vigesimo Nisan.

6tus dies ἑκτόπρωτος, sexto-primus, i. e. sextus dies primæ septimanæ, vigesimo Nisan.

7mus dies, ἑβδομόπρωτος, septimo-primus, i. e. septimus dies primæ septimanæ, vigesimosecundo Nisan.

Secundum Sabbathum.

8vus dies, πρωτοδεύτερος, primo-secundus, i. e. primus dies secundæ septimanæ, vigesimo tertio Nisan.

9nus dies σάββατον δευτεροδεύτερον, i. e. *Sabbathum secundo die secundæ septimanæ*, vigesimoquarto Nisan.

10mus dies, *τριτοδεύτερος*, tertio-ſecundus, vigeſimoquinto Niſan.
11mus dies, *τετυρτοδεύτερος*, quarto ſecundus, vigeſimoſexto Niſan.
12mus dies, *πεμπτοδεύτερος*, quinto-ſecundus, vigeſimoſeptimo Niſan.
13tius dies, *ἑκτοδεύτερος*, ſexto-ſecundus, vigeſimoctavo Niſan.
14tus dies, *ἑβδομοδεύτερος*, ſeptimo-ſecundus, vigeſimonono Niſan.

Tertium Sabbathum.

15tus dies, *πρωτότριτος*, primo-tertius, i. e. primus dies tertiæ ſeptimanæ, 30. Niſan.
16tus dies, *σάββατον δευτερότριτον*, *Sabbathum ſecundo die tertiæ ſeptimanæ*. primo Ijar.
17mus dies, *τριτότριτος*, tertio-tertius, ſecundo Ijar.
18vus dies, *τετυρτότριτος*, quarto-tertius, tertio Ijar.
19nus dies, *πεμπτότριτος*, quinto-tertius, quarto Ijar.
20mus dies, *ἑκτότριτος*, ſexto-tertius, quinto Ijar.
21mus dies, *ἑβδομότριτος*, ſeptimo-tertius, ſexto Ijar.

Quartum Sabbathum.

22dus dies, *πρωτοτέταρτος*, primo-quartus, i. e. primus dies quartæ ſeptimanæ, ſeptimo Ijar.
23tius dies, *σάββατον δευτεροτέταρτον*, *Sabbathum ſecundo die quartæ ſeptimanæ*, octavo Ijar.
24tus dies, *τριτοτέταρτος*, tertio-quartus, nono Ijar.
25tus dies, *τεταρτοτέταρτος*, quinto-quartus, decimo Ijar.
26tus dies, *πεμπτοτέταρτος*, quinto-quartus, undecimo Ijar.
27mus dies, *ἑκτοτέταρτος*, ſexto-quartus, 12. Ijar.
28vus dies, *ἑβδομοτέταρτος*, ſeptimo-quartus, 13. Ijar.

Quintum Sabbathum.

29nus dies, *πρωτόπεμπτος*, primo-quintus, i. e. primus dies quintæ ſeptimanæ, 14. Ijar.
30mus dies, *σάββατον δευτερόπεμπτον*, *Sabbatum ſecundo die quintæ ſeptimanæ*, 15. Ijar.
31mus dies, *τριτόπεμπτος*, tertio-quintus, 16. Ijar.
32dus dies, *τεταρτόπεμπτος*, quarto-quintus, 17. Ijar.
33tius dies, *πεμπτόπεμπτος*, quinto-quintus, 18. Ijar.
34tus dies, *ἑκτόπεμπτος*, ſexto-quintus, 19. Ijar.
35tus dies, *ἑβδομοπεμπτος*, ſeptimo-quintus, 20. Ijar.

Sextum Sabbathum, ſeu ſexta ſeptimana.

36tus dies, *πρωτόεκτος*, primo-ſextus, i. e. primus dies ſextæ ſeptimanæ, 21. Ijar.
37mus dies, *σάββατον δευτερόεκτον*, *Sabbathum ſecundo die ſextæ ſeptimanæ*, 22. Ijar.
38vus dies, *τριτόεκτος*, tertio-ſextus, 23. Ijar.
39nus dies, *τεταρτόεκτος*, quarto-ſextus, 24. Ijar.
40mus dies, *πεμπτόεκτος*, quinto-ſextus, 25. Ijar.
41mus dies, *ἑκτόεκτος*, ſexto-ſextus, 26. Ijar.
42dus dies, *ἑβδομόεκτος*, ſeptimo-ſextus, 27. Ijar.

Septimum Sabbathum, ſeu ſeptima ſeptimana.

43tius dies, *πρωτοέβδομος*, primo-ſeptimus, i. e. primus dies ſeptimæ ſeptimanæ, 28. Ijar.
44tus dies, *σάββατον δευτεροέβδομον*, *Sabbathum ſecundo die ſeptimæ ſeptimanæ*, 29. Ijar.
45tus dies, *τριτοέβδομος*, tertio-ſeptimus, 1. Sivan.
46tus dies, *τεταρτοέβδομος*, quarto-ſeptimus, 2. Sivan.
47mus dies, *πεμπτοέβδομος*, quinto-ſeptimus, 3. Sivan.
48vus dies, *ἑκτοέβδομος*, ſexto-ſeptimus, 4. Sivan.
49nus dies, *ἑβδομοέβδομος*, ſeptimo-ſeptimus, 5. Sivan.

Hinc jam ſequitur dies 50. *ἡμέρα πεντηκοστή*, Hebr. יום חמשים, dies quinquageſimus, incidens ſexto Sivan & quidem eodem die ſeptimanæ, quo manipulus ſeu homer primitiarum meſſis hordeaceæ offerebatur, i. e. die Veneris. At jam offerebantur ex novo proventu tritici illius anni duo panes תנופה elevationis fermentati, *Levit.* XXIII. 16. 17. Belgice vocatur *Pinxter*, vel *Pinxterdag*. Hebraice חג השבועות *feſtum hebdomadum*, *Deut.* XVI. 10. etiam הקציר *feſtum meſſis*, nempe triticariæ, quæ ſerior erat meſſe hordearia. Tandem dicebatur quoque ab Hebræis, dicit Joſephus *ἀσαρθά*, Chald. עצרתא, vel hebr. עצרת, i. e. *Clauſula*, quia claudebat vel obſignabat unitate numerum dierum 49. qui ab oblatione manipuli effluxerunt, uti *Philo* Judæus libro de feſtis docet, & *Relandus* ex ipſo obſervat, *Ant. Hebr. part.* 4. *cap.* 4. §. 2.

JOH.

JOH. JACOBI SYRBII DISSERTATIO DE SABBATHO GENTILI.

CONSPECTUS.

Multa in gentilium scriptis occurrere, quæ de veritate divina testari possint. An in his reperiatur Sabbathum, disputari §. I. Sabbathi etymologia ignominiosa a Moeragene ap. Plutarch. itemque alia hujus generis ab Apione ap. Josephum indicata. Patribus ecclesiæ a numero septenario vocem derivantibus, ignoscendum. Vera origo, quæ? Cur eadem vox per septenarium subinde exprimatur. Ἑβδόμη. Septimum festum & septima sacra. Sabbathum pro septimana, it. pro festis §. II. Sabbathum quo sensu observarint Gentiles. Quiete etiam eos usos esse ex Strabone & Xenophonte. Mortis reum non potuisse interfici die festo. εὐφημεῖν, σιγᾷν. blasphemiæ exsecrabiles. Romanis etiam a litibus, jurgiis, operibus & laboribus abstinuisse, idque publica auctoritate interdictum. Quænam licuerint in festis. Opera religionis, necessitatis, recreationis, reverentiæ ap. paganos. §. III. An etiam septimum diem celebrarint Gentiles. Quid statuat Seldenus: item, quomodo septimum diem observarint pagani §. IV. Cyclum hebdomadicum gentilibus fuisse notum & receptum. Dies a planetis denominati. Cujus rei antiquitas §. V. Septimum diem gentilibus atrum fuisse. Id inventum astrologorum fuisse, atros dies multis de causis dictos esse; modo a tristi omine, publice, modo a malo privatim observato & adnotato, modo ex principiis astrologicis: hos Ægyptiacos adpellatos esse, itemque religiosos. quid ea de re tradiderint Astrologi. Saturnus cur adpelletur maleficus & inimicus. §. VI. Atris diebus a faciendis operibus seriis abstinuisse veteres. Loca, quæ de Sabbatho agunt, & primo quidem patrum ecclesiæ, Clementis Alexandrini ex Hesiodo, Homero & Callimacho, Tertuliani, Theophili Antiocheni. Loca Judæorum, Josephi Philonis, quid ea de re Rebbini, speciatim locus R. Gedaliæ. Loca Gentilium, Ovidii, Suetonii, Luciani, Vulcatii Gallicani, Censorini, Lampridii, Senecæ. §. VII. Sabbatho Gentili, peculiariter sic dicto, non solum allata non favere loca, sed ei opponi posse silentium eorum, qui de sacris ex instituto egerint, itemque fastorum & Kalendariorum, & testimonia contraria. Locus Juliani. De recentiorum paganorum Sabbatho. §. VIII. An gentiles Sabbathum observare potuerint ex lumine naturæ. §. IX. Rationes, quæ probare videntur, Sabbathum esse juris naturæ. §. X. Ad eas responsio. §. XI.

INfelices pagani, etsi fastidiose nimis Israelitarum quondam mores ac instituta neglexerunt plerumque & adspernati sunt: non pauca tamen in eorum monumentis occurrunt, quæ vel invito & ringente Satana, perpetua Divinam veritatem testificatione commendant. Equidem naturaliter multa apud eos manifesta fuerunt, veluti τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, quod insinuat gentium Doctor, (1) & si quæ de moribus vitaque civili egregie ab iis tradita accepimus. (2) Quæ si contuemur, non possumus non indignari cum eodem Divino Apostolo, vecordiam illorum & ignaviam plane exitiosam, qua, prudentes cetera & sagaces, non indagarunt, ceu par erat, veritatis æternæ propriæque salutis tramitem, nec DEO gloriam debitam gratiamque tribuerunt, sed potius naturalem, quam habebant notitiam putidissimis deliramentis obscurarunt ac deturparunt. Sed præterea consideratione inprimis dignum est, quando mysteriorum etiam, in quæ se nunquam penetrare intellectus humanus potest, deprehenduntur indicia. Ita de Sacrosancta Trinitate Ægyptiorum Sarapin, [3] apud Romanos vero Apollinem de Salvatore recens nato [4] responsa dedisse memoriæ proditum est. De angelis item, (5) duratione mundi, & futura conflagratione, (9) immo etiam de resurrectione carnis [7] varia veterum extant loca. (8) Quod si hæc partim in dubium voces, partim in vulgus nun-

nunquam emanasse contendas, nonne universam superstitiosi cultus cærimoniarumque pompam Israelitarum religionem æmulatam fuisse, fatebimur? Quod de Diis suis tradiderunt, quod in altaribus eorum victimarunt & longe plura, in fabulis obvia, ex alio fonte vix defluxerunt quam κακοζηλία Diaboli, desertoris nequissimi & archimimi ac impostoris versutissimi. (9) De *Sabbathi lege*, quam tanta severitate sciscere DEO O. M. placuit, non ignobilis inter eruditos concertatio est: *utrum scilicet inter Gentiles etiam observata illa fuerit?* itemque, *an naturaliter innotuerit*, *an vero ex traditione*, *vel cacozelia*, *quam dixi*, *fuerit adsumta?* Quam, dum in præsenti pro ingenii modulo explicare adgredior, operam dabo, ut modeste, perspicue, & quantum potest, breviter id fiat. Adspiret summum Numen cœptis & me deducat in omnem veritatem!

II. Quum autem ipsum Sabbathi nomen aliqua suggerere queat, quorum in processu usus erit, id, quantum satis, enucleare non prætermittam. Ubi tamen non morabor multis illepidam istam Moeragenis apud Plutarchum (10) cavillationem, qui a Sabbo, hoc est Baccho, id nominis deducit, quippe ea pertinet ad quæstionem de cultu Bacchi apud Judæos. (11) Ejusdem farinæ est Apionis Gramatici φλυαρία, (12) quasi a voce Ægyptiaca σαββώ, τὸ βουβῶνος ἄλγος *inguinum ulcus* denotante, Sabbathum formatum fuerit, quam graviter proinde & merito reprehendit Josephus: Sed quod veterum aliqui ecclesiæ Doctorum (13) a numero Sabbathum accepisse nomen scripserunt, condonandum est sæculo, quo paucis in penitiorem linguæ Hebrææ notitiam venire dabatur, quum præsertim majorem ista sententia speciem præ se ferat, neque ad obtrectationem sit proclivis. Hodie vocis origo fere in vulgus nota est, nimirum שבת *quiescere*, *cessare*, quo significatu apud cognatas etiam linguas, Chaldæam veluti Syriacam & Arabicam, idem verbum obvium est. Inde Sabbathum nihil aliud notat proprie, quam *quietem*. Ceterum, quando interpretes, Græci imprimis & orientales alii, eandem hanc vocem per septenarium numerum subinde expresserunt, [14] semper requiem septimo vel die, vel anno, Divinitus præceptam, in animo habuerunt, & supposuerunt. Hinc notemus, τὴν ἑβδόμην haud raro pro Sabbatho usurpari, sicut etiam *septimum festum* & *septima sacra* ab Ovidio vocari constat, partim que videbimus deinceps: Sed præterquam, quod *septimus semper hebdomadis dies* voce ista indigitatur: per synecdochen partis *integram* etiam ea notat *septimanam*. Quo pertinet inprimis Pharisaicum illud singularis sanctitatis λάκισμα [15] νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, diebus Lunæ scilicet & Jovis, quorum alterutro Moses montem adscendisse credebatur. [16] Porro *septimum annum* Sabbathum aliquando adpellari, ex Scripturis Divinis itidem notissimum est [17] Propius vero huc spectat, quod *& aliæ feriæ seu festa Hebræorum* eandem nominationem sint consequuta. Unde *dies expiationum* יום הכפרים expressis a DEO ipso verbis vocatur שבת שבתון [18] & observatum est a Josepho Scaligero, (19) ideo nunquam Judæos mensem תשרי sive איתנים partim septembri, partim octobri nostro respondentem, (20) inchoare a feria *prima*, *quarta* vel *sexta*, *ne duo Sabbatha continuentur*. Nempe decimo hujus mensis celebrandus erat expiationum dies, qui in diem Veneris incidisset, si a quarta: in diem solis vero si a sexta feria incepisset תשרי. primus autem ejusdem mensis buccinarum festo destinatus erat dies. [21] Sed de his viderit ipse Scaliger. Alias festorum, quæ per plures dies agitabantur, *primus* saltim & *ultimus* dies κατ' ἐξοχὴν Sabbatha cluent. Sed & ipsos Gentiles festo Judæorum quælibet Sabbatha vocasse, compertum est. Ita Juvenalis. [22]

..adamas notissimus & Berenices
In digito factus pretiosior, hunc dedit olim
Barbarus incestu, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi Festa mero pede Sabbatha Reges. (23)

Horatius vero τὴν τριακάδα sive ἱερομηνίαν Judæorum innuens:

Certe nescio, inquit, *quid secreto velle loqui te*
Ajebas, *mecum*. *Memini bene*: *sed meliori*
Tempore dicam, *hodie tricesima Sabbatha. Vin tu*
Curtis Judæis oppedere?

Atque hæc de nomine ejusque qualicunque ἀμφιβολία sufficiant, Nam ut de Sabbathi distinctione dicam, qua modo in Sabbathum *creationis*, *redemptionis*, modo in *externum*, *internum*, *æternum* dispescitur, caussam omnino habeo nullam. Neque enim volupe nunc est θεολογεῖν. Sed ut certi tandem designemus quid, *diem* mihi notat Sabba-

bathum, *quieti*, *propter cultum religiosum*, *seu*, ubi de paganis sermo est, *superstitiosum potius*, *datum*. Et quum hoc tam de festis quibusvis, quam præcise de septimo cujusvis hebdomadis die intelligi queat: satis distincte & perspicue rem explicabo in sequentibus. Quamvis vero de hebdomadum observatione non dicturus sim nihil, adeoque tropicus ille significatus, quo septimanam Sabbathum annorum tamen sive terræ (24) ab instituto hoc plane removeo.

III. Quod si nunc quæras in genere utrum Sabbatha observarint Gentiles, id est, utrum certis diebus religiosa, si ita loqui licet, vacatione fuerint usi? id certe negari haudquaquam potest. Ut taceam, quæ de Ægyptiis refert Herodotus: [25] quotusquisque tam rudis est & literarum, tam græcarum quam romanarum, plane expers, ut de Romanorum sacris epulis, ludis, feriis, Græcorum νεμλωίαις, καβειείοις, Olympiis, Dyonisiacis, Κορέοις, Κρονίοις, Eleusiniis, multisque aliis nihil inaudiverit unquam? Non immerito dubitaveris, an multi ex Christianis, tot festa agitent, quot gentibus istis fuerunt celebria. Certe in multis rebuspublicis adeo successu temporis excrevisse festorum numerum constat, ut plures aliquando voluptatibus dicati, quam negotiosi & juridici reperti fuerint anni dies. Unde etiam factum ut Romanorum Imperatorum quidam multos subinde rebus agendis litibusque disceptandis restituerent [26]. Nomina numerum & rationem singulorum festorum tum in Kalendariis, passim obviis, tum integris doctorum operibus reperies [27] Atque certa quiete transiisse festa sua paganos, auctores habeo profecto luculentos. Ita Strabo (28) testatur, diebus festis Græcis juxta & Barbaris, commune fuisse τὸ τὰς ἱεροποιίας μετὰ ἀνέσεως ἑορτασικῆς ποιεῖσθαι *sacra facere cum intermissione solemni*, seu festa: Et in specie de Plyntheriis, Atheniensium festo, commemorat Xenophon (29) neminem eodem ausum fuisse quidquam operari serio. Ἀθηναίων γὰρ οὐδεὶς ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐδενὸς σπουδαίου ἔργου τολμήσαι ἂν ἅψασθαι. Et ne putes, in uno alterove festo in locum habuisse tantum, en aliud ejusdem scriptoris testimonium (30) ἐν ταῖς ἑορταῖς ἧττόν τινα δυνατόν ἐστι διαπράττεσθαι τῶν τῆς πόλεως. *In festis minus possunt negotia civitatis curari*: quod quomodo intelligendum, paullo post declaratur: πρὸς δὲ τούτοις οἴεσθαι χρὴ καὶ ἑορτὰς ἄγειν χρῆναι Ἀθηναίους, ἐν αἷς οὐχ οἷόν τε δικάζειν. *Præterea existimandum est, festos quoque dies agendos esse Atheniensibus, in quibus judicia exercere nefas*. Unde neque mortis reus ac secundum leges damnatus festis interfici poterat ordinarie. Κἂν νόμῳ τις καταγνωσθῇ, ut idem rursus loquitur [31] οὐκ ἀποκτιννύουσιν ἐν ἑορτῇ. Ipse Aristoteles de ista laborum abstinentia testatur. (32) Αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδάς, οἷον ἀπαρχαί. μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. *Prisca sacrificia & conventus post fructuum collectionem fieri videntur, ut primitiæ. His enim temporibus maxime cessabant a labore*. Inter ipsa sacra, ne quid temere aut præpostere effutiretur, cautum erat, quod ex formulis istis εὐφημεῖτε, σιγᾶτε hinc inde onviis, satis est perspicuum. (33) Βλασφημῆσαι vero plane fuisse exsecrabile, Theophrastus docet [34] Neque minus Romanis hujusmodi abstinentiam in festis curæ fuisse, novimus. Quid enim aliud sibi volunt verba Tullii [35] *Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum in servis operum & laborum*. Quibus consentanea sunt ista Ovidii (36) de Kalendis Januariis, quibus Janual cum mola salsa, palma item, caria & mel offerebatur Jano:

> *Prospera lux oritur: linguis animisque favete:*
> *Nunc dicenda bono sunt bona verba die.*
> *Lite vacent aures insanaque protinus absint*
> *Jurgia: differ opus livida lingua tuum.*

& Tibulli, de agrorum lustratione: (37)

> *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,*
> *Et grave suspenso vomere cesset opus.*
> *Solvite vinca jugis: nnnc ad præsepia debent*
> *Plena coronato stare boves capite.*
> *Omnia sint operata Deo: non audeat ulla*
> *Lanificam pensis imposuisse manum.*

& Claudiani: [38]

> *Mandemusne noti flabris, quoscunque timores*
> *Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?*

Huc pertinent loca Livii, (39) Taciti, [40] Plinii, [41] Senecæ, [42] aliorum, quæ hanc rem vel tradunt uberius, vel exemplis insuper confirmant evidentibus. Horum tamen nuda nomina

na & loca adſciſcere contentus ſum in præſenti, ne, ſi & verba adſcribam, nimiæ prolixitatis incurram tædium. Hoc vero ſilentio haudquaquam involuendum, quod etiam publica auctoritate laborum intermiſſio indicta fuerit, ut teſtatur Macrobius, optimus harum rerum Interpres: (43) *Adfirmabant autem ſacerdotes, pollui ferias, ſi indictis conceptiſque opus aliquod fieret. Præterea regem Sacrorum flamineſque non licebat videre feriis opus fieri, & ideo per præconem denunciabatur, ne quid tale ageretur & præcepti negligens multabatur. Præter multam vero affirmabatur eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet, porco piaculum dare debere: prudentem expiare non poſſe, Scævola Pontifex adfirmabat*. Similia habet Feſtus: *Præclamitatores dicuntur, qui flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, ut homines abſtineant ſe opere, quia bis opus facientem videre, irreligioſum eſt*. Conſentit etiam Servius: (44) *Sunt aliqua*, inquiens, *quæ ſi feſtis diebus fiant, ferias polluunt. Quapropter & pontifices ſacrificaturi præmittere Kalatores ſuos ſolent, ut ſicubi viderent opifices adſidentes, opus fieri probibeant, ne pro negotio ſuo & ipſorum oculos & Deorum ferias contaminent*. Quænam vero ſint illa, quæ ferias polluant minime, ſed impune potius poſſint fieri, ipſe tradit Virgilius: [45]

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & jura ſinunt. Rivos deducere nulla
Religio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias avibus moliri, incendere vepres
Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque revertens
Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat.

& plenus Collumella, [49] qui ipſe quoque adduxit iſtos Virgilii verſus, ſequentia addens. *Quanquam Pontifices negent, ſegetem feriis ſepiri debere. Vetant quoque lanarum cauſa lavari oves, niſi propter medicinam. Virgilius, quod liceat feriis flumine abluere gregem, præcepit, & idcirco adjecit, fluvio* merſare ſalubri. *Sunt enim vitia, quorum cauſa pecus utile ſit lavare. Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare, vineam conductam colere, piſcinas, lacus, foſſas veteres tegere & purgare, prata ſitilire, ſtercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus oliveti conductos cogere, mala, pyra, ficus pandere, caſeum facere, arbores ſerendi cauſa, collo vel mulo clitellario adferre: ſed juncto advebere non permittitur, nec adportata ſerere, neque terram aperire, neque arborem collucare: ſed ne ſementem quidem adminiſtrare, niſi prius catulo feceris* [47] *nec fœnum ſecare, aut vincire, aut vebere, ac ne vindemiam quidem cogi per religiones Pontificum feriis licet: nec oves tondere, niſi prius catulo feceris. Defrutum quoque facere & defrutare vinum licet. Uvas itemque olivas conditui legere licet. Pellibus oves veſtiri non licet. In horto quidquid olerum cauſa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum ſepelire non licet. M. Portius Cato* [48] *mulis, equis, aſinis nullas eſſe ferias dixit. Idemque boves permittit conjungere lignorum & frumentorum advehendorum cauſa: Nos apud Pontifices legimus, feriis tantum denicalibus mulos jungere non licere, ceteris licere*. Præterea, quemadmodum Judæi ipſi magni faciunt opera religionis, neceſſitatis, recreationis & reverentiæ, ut diſtinguit Hottingerus, (49) ita iiſdem feſta honorare Gentiles nulli dubitarunt. Ac de operibus *religionis* & *neceſſitatis* Umbronis & Scævolæ ſententias Macobius refert: (50) *Umbro negat eum pollui, qui opus vel ad Deos pertinens ſacrorumque cauſa feciſſet, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem reſpiciens actitaſſet. Scævola denique conſultus, quid feriis agi liceret, reſpondit: quod prætermiſſum noceret. Si bos in ſpecum decidiſſet eumque paterfamilias adbibitis operis liberaſſet, non eſt viſus ferias polluiſſe: nec ille, qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminenti vindicavit ruina*. Id nempe dicit Scæuola Pontifex, quod & inter Judæorum Doctores venditabatur iiſque adeo obvertebatur a Salvatore noſtro (51) quum aliquando ad urgentem vitæ utilitatem reſpiciens ipſius opus improbarent malevolis & inſidioſis animis. Τίνος ἡμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; Porro inter opera *recreationis* a Judæis numerabantur convivia, lautiores cœnæ & opipari adparatus. Ita apud paganos feſtis inerant ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ, ut rurſus docet Macobrius, (52) qui ſacram celebritatem vocat, *quum vel ſacrificia Dis offeruntur, vel quum dies divinis epulationibus celebratur, vel quum ludi in honorem aguntur Deorum, vel quum feriæ obſervantur*, quæ erat feſtorum

rum

rum apud Romanos divisio. Et quis nescit, Babylonem eo festo captam esse a Cyro, quo πάντες Βαβυλώνιοι ὅλην τὴν νύκτα πίνουσι καὶ κωμάζουσι: (53) quod eadem occasione Syracusis quoque obtigisse, ex Livio constat. (54) Tandem *reverentiæ* opera Judæis inprimis censentur mutatio vestium & lucernarum splendor: paganis non minus. De vestimentis ita canit Ovidius: (55)

> *Vestibus intactis Tarpeias itur ad arces,*
> *Et populus festo concolor ipse suo est.*

itemque Flaccus: (56)

> *Ille ropotia, natales aliosque dierum*
> *Festos albatus celebret.*

De lucernis vero habemus Juvenalis locum, ubi de aliis simul ritibus huc spectantibus nos docet: (57).

> *Heic nostrum placabo Jovem laribusque paternis*
> *Thura dabo atque omnes violæ jactabo colores,*
> *Cuncta nitent, longos erexit janua ramos*
> *Et matutinis operitur festa lucernis.*

Eodem quoque Tertullianus videtur respicere: (58) *Cur die læto*, quærens, *non laureis postes adumbrantur, nec lucernis diem infringimus? Honesta res est, solennitate publica exigente, induere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris.* Possent utique longe plura de festorum ratione congeri, si operæ pretium foret. Ad præsens institutum nosse satis est, festa celebrasse paganos, iisque vacationes valuisse, quod ex hactenus dictis plus satis liquet.

IV. Sed altioris indaginis merito putatur ea quæstio, an & Gentiles septimum quemque diem festum habuerint, sive, an coluerint Sabbathum peculiariter sic dictum Judæis. Non ignota sunt, quæ hac de re in utramque partem commentati sunt eruditi viri. Nemo tamen majori cura majorique adparatu ad eam accessit Johanne Seldeno, (49) qui fere in unum diligenter conduxit, quidquid huic materiæ illustrandæ conquiri poterat, ut non frustra judicat vir undiquaque summus, Johannes Henricus Bœclerus. (60) Quod si vero consulas Seldenum, ille ita explicat loca veterum, quæ adfirmantem sententiam absolute videbantur juvare primo intuitu, ut quidvis aliud potius admittendum putet, quam septimi diei apud Gentiles cultum, festum nempe & qualem habuerunt Judæi. Equidem adquiescere poteram in plerisque, nisi adhuc titubare quosdam sentirem, quasi non admodum feliciter rem egisset Seldenus. At is in profliganda obsoleta illa opinione, quæ nescio quam publicam septimi diei celebritatem inter paganos conabatur nobis persuadere, & tantum non obtrudere, occupatus fuit. Veniam igitur, si non adsensum, fortassis merebor, si aliam paullo rationem ineam, &, quatenus admitti possit Sabbathum illud, investigem, quo & res ipsa pateat clare, & testimonia facile intelligantur & inter se concilientur. Ut vero, quæ mihi mens sit, tribus explicem verbis: septimum diem Gentilibus non festum aut publico cultu celebrem, sed atrum, sed Ægyptiacum fuisse, approbo: ut adeo nihil aliud de Sabbatho in eum conveniat, præterquam laborum intermissio & quies, quam tamen illi non ob Divinum cultum, sed vanum illum ac superstitiosum, quem incusserant Astrologi timorem, amplectabantur. Facile autem apparet, quæ mihi proinde probanda sint, primo nempe, cyclum hebdomadicum Gentilibus fuisse notum & receptum, hic enim fundamentum est: deinde septimum hebdomadis diem fuisse atrum adeoque Gentiles ab operibus in eo se fere abstinuisse: & huc denique quadrare loca veterum, quæ in hanc rem adducuntur & quoddam nobis paganorum Sabbathum videntur inculcare. De singulis seorsim, sed breviter.

V. Primum, quod probandum suscepi, ex eo luculentissime patet, quod ab antiquissimis temporibus diem a septem planetis, quos statuerunt veteres Astrologi, quamquam non publico semper instituto, communiter tamen, tenuerint. Audiamus Dionem Cassium: (61) τὸ δὲ δὴ ἐς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ τοὺς πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι ποτὲ, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀρξάμενον. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες οὐδαμῇ αὐτὸ, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, ἠπίσταντο· καὶ πάνυ νῦν τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, καὶ ἤδη καὶ τοῦτο σφίσι πάτριον τρόπον τινὰ ἐστί. *Quod vero septem stellis, quæ planetæ vocantur, dies adsignare receptum est, inventum quidem putatur Ægyptiorum. Sed in omnes tamen homines, aut ita pridem* (non olim aliquando) *ut sic dixerim, vulgari cœptum. Certe Græci veteres, quantum ego quidem scio, nullo prorsus eam rem pacto cognitam habuere. Et nunc ubique fere, apud omnes alios, etiam & ipsos Romanos, in usu est, & veluti mos ipsis patrius habetur.* Videri poterat, ac si ea de re tanquam nova plane, apud Græcos & Romanos, loqueretur Dio. Sed id ex verbis ejus firmiter

ter ſatis oſtendi nequit. Fallor enim valde, aut iſtud ὀυ πάλαι ποτὲ ita intelligi poteſt, quaſi non ſemper, ut forte quidam contendebant, iſtum obtinuiſſe morem, *ſed aliquando non fuiſſe antiquum* dicat. Præterea ipſe fluctuat quodammodo, & limitat, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, ac fatetur aperte, alios veluti patrium iſtum crediDiſſe morem. Unde non eſt, ut cum Beroaldo (62) eum nimis recentem ex hoc loco colligamus. Certes teſtes habemus antiquiores Dione, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Juſtinum Martyrem, Plutarchum, Tacitum, Tibullum, quorum loca, quia jam a Seldeno (63) adducta ſunt, partimque infra a me citabuntur, huc transferre ſuperſedeo. Sed & ipſius Herodoti, quem nihil tale commemoraſſe putat Beroaldus, huc pertinet locus: (64) καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισι ἐστὶ ἐξευρημένα· μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστὶ, καὶ τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος, ὁτέοισι ἐγκυρήσαι, καὶ ὅκως τελευτήσει, καὶ ὁκοῖός τις ἔσται. καὶ τούτοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρήσαντο. *Alia etiam ſunt ab Ægyptiis excogitata; quis menſis dieſve cujuſque deorum ſit* (i. e. planetarum) *& quo quis die genitus, quibus rebus potiturus, quomodo moriturus, & qualis futurus ſit? Quibus rebus ii, qui in poeſi verſabantur, uſi ſunt.* Ubi τὰς ἡμέρας τῶν θεῶν dies ſeptimanæ a ſeptem planetis denominatos interpretatur Marshamus, (65) plane ad mentem veterum. Quod ſi non ſatisfaciat Herodotus, en vetuſtiſſimum Apollinis oraculum: (66)

> Κλήϊζειν Ἑρμῆν, ἠδ' Ἥλιον, κατὰ ταῦτα
> Ἡμέρῃ Ἡελίου. μήνην, δ' ὅτε τῆς δε παρέῃ
> Ἡμέρη, ἠδὲ Κρόνον, ἠδ' ἑξείης Ἀφροδίτην
> Κλήσεσιν ἀφθέγκτοις, ἃς εὗρε Μάγων ὄχ' ἄριστος
> Τῆς ἑπταφθόγγου βασιλεὺς, ὃν πάντες ἴσασιν.
>
> *Mercurium ac Solem ſimul adpellare memento*
> *Luce ſacra ſoli: tum lunam, ubi venerit ejus*
> *Nota dies, Saturnum exim, natamque Dione*
> *Vocibus arcanis, quas maximus ille Magorum*
> *Septiſonæ Dominus reperit notiſſimus idem*
> *Omnibus.*

Hinc non miraberis, modo priſca quædam hæreſis nomina planetarum ab origine mundi divinitus impoſita fuiſſe, ſtatuerit, modo ſeptenariam iſtam dierum periodum ab Ada inceptam & in poſteros propagatam dixerit Judæus in libro Coſri (67). Antiquiſſimam fuiſſe denominationem iſtam & minimum ad Moſi confinia tempora referendam, ex eo patet, quod alii ſimpliciter ab Ægyptiis, quos primos mortalium habuiſſe veteres, ex Diodoro Siculo novimus (68), emanaſſe eam dicant, (69) alii Hermeti Ægyptio, [70] Zoroaſtri (71) alii, inventam adſcribant. Quidquid ſit de antiquitate, Flavii Joſephi ætate pervulgatum iſtum fuiſſe morem, ex his verbis ipſius (72) recte colligas: οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις ἑλλήνων οὐδηποτοῦν οὐδὲ βάρβαρος, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν. *Neque eſt civitas Græcorum uſquam, aut barbarorum nec ulla gens, & ad quam ſeptimanæ, in qua vacamus, conſuetudo minime pervenerit* &c.

VI. Jam porro oſtendendum, ſeptimum, ſive Saturni, diem *atrum* habitum fuiſſe. Non ignoro, aliquando ordinem dierum immutatum reperiri, ita, ut Saturnus non ſeptimum, ſed quartum locum teneat. Sed hanc diſpoſitionem ex Judæorum quorundam commento ridiculo & pluſquam anili, de ſolis & lunæ, die creationis quarto, nata controverſia, quam heic referre operæ pretium non eſt, originem duxiſſe, pulcre monſtrat Seldenus. (73) Nempe ſine iſta diſpoſitione explicari fabula non poterat, unde binos cuilibet diei planetas adſignari, duplicemque adeo diſpoſitionem fingi, conſultum videbatur. Majus dubium obverti conſuevit, quod nempe inter veteres de ſerie planetarum in cœlo ſeu de ἑπταζώνῳ, quam tamen denominationis dierum a planetis fundamentum eſſe dicunt aliqui, conſenſus non ſit perpetuus. Id argumento fuit Hoſpiniano, ut dies quondam non a planetis ut hodie, ſed a numero ſolum, quo ſe invicem in menſe ſequuntur, eſſe denominatos uſque ad tempora Ptolemæi demum, ſtatuerit. (74) Sed & hunc falſa niti hypotheſi, Seldenus oſtendit liquido, quaſi nimirum ordinem heptazoni vulgarem invenerit Ptolemæus demum, quem tamen longe vetuſtiorem eſſe, non ex aliorum ſolum, ſed & ipſius Ptolemæi teſtimoniis, haud obſcure pateat. Hæc inquam Seldenus perſequitur, ſimulque de ratione iſtius ordinis, antiquitate, uſu & origine, unde in homines defluxerit dierum denominatio a planetis, copioſe & eleganter diſſerit. Quod ſi omnino aliqua inter veteres deprehendatur diſcrepantia, illud utique tenendum eſt, omni ævo inter eruditos exiſtere,

ſtere, qui res ſuas ſibi habeant ſeorſim, & a receptis ſententiis diſcedant, idque etiam hac in re veniſſe uſu: quod tamen non poteſt obſtare, quo minus veterrimorum Aſtrologorum ſcita adprobata ſtatuamus pleriſque & propagata per ſæcula. Horum igitur inventum erat, non Magiſtratus publici, quod Saturni dies, quem ſeptimum in hebdomade fuiſſe, jam ſupponamus, ater, hoc eſt infauſtus & inauſpicatus credebatur: Nota eſt dierum apud veteres diſtributio in feſtos, profeſtos & atros, ſive Græcorum ſtilo in ἑορτασίμυς, ἐργασίμυς ϗ ἀποφράδες. Interciſos enim modo ad feſtos modo ad profeſtos referas. Atri vero ſeu ἀποφράδες non una de cauſa dicebantur. (75) Alii enim a triſti aliquo omine talem notam contraxerant publice, veluti poſtriduani Romanorum, quibus perſuaſum erat, ideo male aliquando per aliquot annos adflictam fuiſſe remp., quod Q. Suplicius quidam, militum tribunus, ad Alliam adverſus Gallos pugnaturus, rem Divinam dimicandi gratia feciſſet poſtridie idus Quinctiles: item, apud Cremeram multiſque aliis temporibus ac locis poſt ſacrificium die poſtero celebratum, male ceſſiſſe pugnas. Itaque poſtriduani omnes atri erant, ut eſt apud Macrobium [76] & noctium Atticarum conditorem. [77] Alii vero non publico quidem inſtituto, ſed privata præſumptione atri vocabantur & inauſpicati, iterumque ob duplicem ferme rationem. Vel enim inſigne aliquod malum, quod in iis contigiſſet, adnotaverant, vel ex aſtrologicis principiis periculorum portendebant metum. Atque poſterioris generis dies omnes Ægyptiaci, niſi me fallunt omnia, adpellati ſunt. Licet enim bini tantum a quibuſdam in quolibet menſe adſignentur ejuſmodi, nunquam tamen ea de re conſentiunt Scriptores. Unde credibile eſt, ab origine eos inveniſſe nomina, quia nempe Aſtrologi Ægyptii prima ita docuerant: antiquiores autem Scriptores eos tantum annotare voluiſſe, quos memoria tenere non adeo erat facile. Quidquid hujus ſit, dies atros etiam religioſos vocari, heic monendum eſt ex Gellio (78). *Religioſi dies dicuntur triſti omine infames impeditique, in quibus & res Divinas facere & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum prave & perperam neſaſtos adpellant*. Ceterum ut, quid ſibi tandem voluerint Aſtrologi priſci, cognoſcamus: illi quemlibet diem a planeta ſuo, qui & nomen dederat, poſſideri & adminiſtrari ſciſcebant. Et quamvis horæ quoque ſuos haberent planetas, dominium tamen per ſingulas horas totumque adeo diem obtinere dicebatur planeta πολεύων qui opponi ſolebat τῷ διέποντι. Huc ſpectat locus inſignis, quem ſæpius laudatus Seldenus [79], quamvis non eodem plane fine, ex celebri Mathematico, Petro Alexandrino, affert. Is agit de die Saturni quo, ajebant veteres, ὁ αὐτὸς ἀστὴρ κύριος τῆς ἡμέρας γίνεται ϗ πολεύει ὅλην τὴν ἡμέραν. τὴν α ὥραν αὐτὸς πολεύων ϗ διέπων, τὴν β παραδίδωσι τῷ ♃, καὶ λέγομεν, τὴν β ὥραν ♄ πολεύοντος ϗ ♃ διέποντος: *Ipſe*, Saturnus, *Dominus eſt diei & poſſidet integram diem. Quin & horam primam non ſolum ut Dominus poſſidet, verum etiam ſibi ipſi regiminis miniſteria præſtat. Secundam vero horam tradit Jovi. Et dicimus horam ſecundam poſſidente quidem ſeu dominante Saturno, ſed miniſterium præſtante aut procurante Jove*. Hiſce plane conſentanea ſunt, quæ R. Gedalia ben Jechai ex priſca illa & abſtruſa diſciplina Kabbaliſtica, quam ipſi Abrahamo aliquando attribuere non dubitant Judæi, affert. Verba videas apud Seldenum, unde patere arbitror, hanc doctrinam ſatis communem & antiquam fuiſſe, ab Ægyptiis nempe in varias gentes & regiones diſſeminatam. Nec vero dies ſolum ſed & horæ parteſque dierum ſuperſtitioſa iſta ac febriculoſa vanitate æſtimari ſueverunt. De horis ex jam dictis res videtur manifeſta: de partibus vero diei obſervat Joannes Georgius Grævius, [80] veriſſima Germanorum gloria, diis dicatam meridiem, heroibus autem tempus pomeridianum, ideoque inauſpicatum priſcis fuiſſe, auſpicatiſſimum vero creditum matutinum & veſpertinum. Jam de integris diebus ſermo eſt, quorum ſeptimo quum Saturnum tanquam gubernatorem & Dominum præfeciſſent Aſtrologi: non poterant non infauſtum & atrum ominari, qui ad minaces eorum voculas tremulo pavore marcebant. Licet enim Saturnus contemplationibus & meditationibus ſublimioribus crederetur favere, rebus agendis tamen ineptiſſimus habebatur. Inde malefici & inimici nomen paſſim gerit, non apud veteres ſolum, (81) ſed & recentiores quoſdam. (82) Ratio peti ſolet a tarditate curſus, quem in Zodiaco annis demum XXIX. diebus CLV. horis VII. abſolvere creditur. Natam hinc fabulam de vinculis a Jove Saturno injectis eleganter docet Lucianus [83]: ὐδὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐδησεν ὐδὲ ἐς τάρταρον ἔῤῥιψεν, ὐδὲ τὰ ἄλλα ἐμή-

ἐμήσατο, ὁκόσα ἄνθρωποι νομίζουσιν· ἀλλὰ φέρεται γὰρ ὁ Κρόνος τὴν ἐξωφορίην, πολλὸν ἀφ' ἡμέων, καὶ οἱ νωθρή τε ἡ κίνησις καὶ οὐ ῥηιδίη τοῖσι ἀνθρώποισι ὁράασθαι, διὸ δὴ μιν ἑστάναι λέγουσιν, ὅκως πεπεδημένον. τὸ δὲ βάθος τὸ πολλὸν τοῦ ἠέρος τάρταρος καλέεται. μάλιστα ἔκ τε Ὁμήρου τοῦ ποιητέω, καὶ τῶν Ἡσιόδου ἐπέων μάθοι ἄν τις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσι ὁμοφωνέοντα. *Nec Saturnum Jupiter conjecit in vincula, nec in tartara præcipitem dedit, neque cetera machinatus est, quæ putant homines: verum Saturnus extremus movetur proculque a nobis semotus est. Segnis illi motus neque facilis animadversus mortalibus: atque hanc ob caussam illum stare dicunt, ceu vinculis alligatum. Ceterum ingens aeris multitudo tartarus adpellatur. Sed potissimum ex Homeri poetæ Hesiodique carminibus liceat intelligere, priscorum fabulas cum Astrologia consentire &c.* Sed nondum satis expedita videtur fabulæ ratio, nisi addatur, quod Jovis salutare sidus inhibeat & retardet Saturninam malignitatem. Quomodo autem ex tarditate ista pleraque veteres collegerint omnia, quæcunque de Saturni sidere circumferebantur, Vossius docet. [84] Mihi reliqua non magnopere curæ sunt in præsenti, dum de malignitate solum, quæ atrum veteribus diem peperit, agere propositum est. De hac passim loquuntur etiam poetæ. Verissimum enim enim est, quod modo a Luciano accepimus, Poetarum fabulas cum Astrologia consentire. Ita Orpheus (85) Κρόνον ἀεὶ μελαίνας ἔχειν ἐπὶ τοῦ γενείου τρίχας. *Saturnum nigricantem semper habere barbam, voluit.* A Virgilio (86) vero frigida vocatur Saturni stella;

-- cœli menses & sidera serva,
Frigida Saturni sese quo stella receptet.

ubi Servius: *frigida stella, id est nocens, ut:*

Frigidus o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Propius multo huc spectant, quæ suppeditantur a pari Poetarum, nobili quidem & facundo, sed nimis interdum faceto, immo spurcidico, Ovidio nempe & Tibullo, quorum ille ad amasium, quem variis artibus instruit: (87)

Tunc licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latiis sanguinolenta fuit.
Quaque die redeunt REBUS MINUS APTA GERENDIS
Culta Palæstino septima festa viro.
Magna superstitio tibi sit natalis amicæ:
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.

Nihil evidentius pro sententia nostra afferri poterat, dum non solum illum diem, quem Judæis festum esse dicit, inter atros collocat, sed & expressim rebus gerendis minus aptum pronuntiat. Hic vero, Tibullus: (88)

Aut ego sum caussatus aves, aut omnia dira
Saturni, aut sacrum me tenuisse diem.

Ista communis est lectio, quam & probam ac germanam vocat Janus Dousa, (89) Josephus Scaliger (90) tamen melius ita legi contendit:

-- aut omnia dira
Saturni sacra me tenuisse die.

Quæcunque lectio placeat, Saturno dira & infausta multa tribui, adparet. Quamvis autem meditationibus non infaustum esse dixerint Saturnum, ex Platonicorum tamen disciplina observat Cœlius Rhodiginus [91], in ipsa secretiore nimisque adsidua contemplativæ mentis delectatione cavendum inprimis esse senem istum. Frequenter enim contingere, ut, quos sublimiorum contemplationum traxerit illecebris, agnosceret filios, &, quæ tetra ejus ferocitas est & immanitas, devoraret. Itaque certum omnino est, quod hebdomadis septimus dies, ob Saturni noxam, ater seu Ægyptiacus habitus fuerit priscis. Qua in re gaudeo, tum ab aliis doctissimis viris, tum inprimus a Johanne Marshamo, antiquitatum intimiorum peritissimo thesaurario (92) benignum mihi calculum mitti. Ita enim ille: *Saturni sidus, apud astrologos, triste est & malevolum: ideo dies septimus, ex eorum disciplina, ater habetur, & inauspicatus, & rebus agendis inidoneus. Ejusmodi superstitionem docuerunt Orpheus & Hesiodus. Quam & Tacitus (93) de Judæis agens respexisse videtur: Septimo die otium placuisse ferunt: quia is finem laborum tulerit. -- Alii honorem eum Saturno haberi: seu quod e septem sideribus, quibus mortales reguntur, altissimo orbe, & præcipua potentia, stella Saturni feratur: ac pleraque cœlestium vim suam & cursum septenos per numeros conficiant.* Ceterum non immerito mirari subeat, quid Rogerio Baconi, homini Christiano, in mentem venerit, quando septimum septimanæ diem postliminio quasi, Judæorum more, feriandum suadere ausus est, quod segne ac tardum Saturni sidus parum sit felix ac idoneum rebus agendis. [94]

VII. Ita vero sese habebat paganorum Sabbathum, quod non alio quam superstitiosæ istius ab operibus abstinen-

tiæ

tiæ respectu, licet vocare. Atris enim & infaustis diebus a faciendis operibus seriis temperatum esse antiquitus, satis, ut puto, in aprico est: ἰδὲ μεμαθήκας, inquit Lucianus (95) ἤδη οὐδὲ πάρεργον τί βέλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα. ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερυργῆται, μήθ᾽ ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται, αὕτη ἀποφρὰς ἡμέρα. *Ecce didicisti jam obiter quoque significationem Apophradis, & quis dies ater vocetur: quando videlicet neque Magistratus de rebus consultant publice, neque lites in foro disceptantur, neque sacrificia peraguntur, neque quidquam eorum, quæ more & auspicato solent, tractatur: is dies Apophras sive ater dicitur.* Sed hæc de iis potissimum diebus intelligenda videntur, quæ publico jussu atram acceperant maculam. De Ægyptiacis vero quomodo sentiendum, ex modo dictis patet. Et quorsum atros adpellassent rebusque agendis minus idoneos, absque illa superstitione si fuissent? Jam pergendum ad ipsa loca, quæ de Sabbatho paganorum agere visa sunt eruditis. (96) Primo autem merito Patres nominabo loco. Ita Clemens Alexandrinus: (97) ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν ὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι· καθ᾽ ἣν ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονεμένων καὶ φυομένων ἁπάντων. Ἡσίοδος μὲν ὕτως περὶ αὐτῆς λέγει·

πρῶτον ἕνη τετράς τε καὶ ἕβδομον ἱερὸν ἦμαρ.

Καὶ πάλιν· Ἑβδομάτη δ᾽ αὖθις λαμπρὸν φάος ἠελίοιο

Ὅμηρος δέ· Ἑβδομάτη δ᾽ ἤ πειτα κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ

Καί· Ἑβδόμη ἦν ἱερή.

Καὶ πάλιν. Ἕβδομον ἦμαρ ἔην καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Καὶ αὖθις· Ἑβδομάτη δ᾽ ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.

καὶ μὴν καὶ Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς, (Aristobulus & ex eo Eusebius Linum heic nominant pro Callimacho) γράφει.

Ἑβδομάτη δ᾽ ἠοῖ καὶ οἱ τετύχοντο ἅπαντα

Καὶ πάλιν· Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖσι καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.

Καί· Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη

Καί· Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν ὐρανῷ ἀστερόεντι

Ἐν κύκλοισι φανέντ᾽ ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.

Quinetiam septimum diem esse sacrum, non solum sciunt Hebræi, verum etiam Græci, per quem universus mundus circumagitur eorum, quæ viva gignuntur, & omnium, quæ producuntur a natura. Hesiodus quidem sic de eo dicit:

Primum luna nova, & quarta est & septima sacra.

Et rursus:

Septima erit rursus lux vel clarissima solis.

Homerus autem:

Sacra dies vero post hæc tum septima venit.

Et:

Septima sacra fuit.

Et rursus:

Septenusque dies fuit, in quo cuncta peracta.

Et rursus:

Luceque septena ex ripis Acherontis abimus.

Quin etiam Callimachus Poeta scribit:

Omnia septenaque die perfecta fuere.

Et rursus:

Septimus inque bonis natalis septimus illi est.

Et:

Septimus inprimis, perfectus septimus exstat.

Et:

Sidereo in cœlo septem perfecta fuere
Orbibus, omnia, quæ adparent voluentibus annis

Equidem locorum, qui ex poetis heic adducuntur, minimum aliqua non adeo stricte ad septimum diem hebdomadis attinere, omnino fatendum est. Sane Hesiodum de septimo mensis, qui Apollini sacer fuit, loqui, expressissimis ipse verbis innuit, (98) quin & pergit numerare octavam, nonam, decimam, & sic deinceps. Nemo autem dixerit duodecimam septimanæ diem. Sed Clemens Aristobulum forte sequutus est, quem non multo ante citaverat. Ipsius igitur mens & verba attendenda sunt potissimum, quæ, si quid judico, huc recidunt: Græcis non minus septimum septimanæ diem sacrum, non tamen festum, fuisse, quam Hebræis: rationem peti a septenarii numeri perfectione, quo cuncta gubernari credidissent. Quis autem non videt, septem planetas indigitari, quos κοσμοκράτορας nuncuparunt Astrologi veteres? Hanc ob caussam septimam diem ἱερὰν ait creditam, *sacram* seu *religiosam*, eo ferme sensu, quo A. Gellium eam vocem explicare vidimus. (99) Quod autem Seldenus heic contendit, per ἑβδόμην non tam diem, quam numerum septenarium in communi indigitari, id quidem satis mihi persuadere nequeo. Quo enim exem-

exemplo, aut qua ratione probabitur, per adjectivum, nam ita habendum est, in genere fœminino elliptice positum, rem designari, quæ aut masculinum postulabat, aut neutrum, indefinite sumendum. Ad hæc Aristobulus, quem sequi hæic Clemens videtur, clare Sabbathi mentionem facit. Δι᾽ ἑβδομάδων δὲ, inquit, καὶ πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων ἁπάντων· τῆς δὲ ΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ αὐτὴν προσαγορεύεσθαι, διερμηνεύεται ἀνάπαυσις οὖσα. *Hebdomadum enim orbe, ipsa quoque tam animantium, quam plantarum omnium universitas volvitur. Illum autem Sabbathum, hoc est requietem adpellamus.* Succedat nunc Tertullianus, cujus duo egregia loca in hanc rem exstant. Unus est in apologetico [100]: *plerique vestrum in adfectatione aliquando ut cœlestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. Æque si diem solis lætitiæ indulgemus, alia longe ratione, quam religione solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi a Judaico more, quem ignorant.* Alter vero in opere adversus nationes (101), a Jacobo Gottofredo primum edito, ubi: *Qui solem*, inquit, *& diem ejus nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem. Non longe a Saturno & Sabbathis vestris absumus.* Sabbathum tribuitur heic Judæis, tempus definitur, dies Saturni, &, quod notabile, celebratio ipsa describitur, quod otio & victui operam dederint, si hisce forte characteribus Sabbathi cultum metiri quis velit. Nemo tamen festivitatem quandam inde exsculpat. Nam & diebus atris tale quid sibi permittebant cultores isti. Pigris semper festum est. Sed neque Theophilus Antiochenus (102) adversatur mihi περὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας loquens, ἣν πάντες ἄνθρωποι ὀνομάζουσι, *de septima die, quam omnes homines celebrant*, ea nempe, quam dixi, ratione. Patribus istis adjungo Judæos & inter eos primo loco Flavium Josephum [103] cujus verba, etsi supra adlegaverim, ex parte: merentur tamen heic plenius repeti. Ita autem se habent illa: πρῶτον μὲν γὰρ οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες, τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πάτρια διεφύλαττον, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ φιλοσοφεῖν ἐκείνῳ κατηκολούθησαν. ὅμοια μὲν περὶ Θεοῦ φρονοῦντες, εὐτέλειαν δὲ βίου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν διδάσκοντες. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθεσιν ἤδη πολὺς ζῆλος γέγονεν ἐκ μακροῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας. οὐδ᾽ ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδητισοῦν, οὐδὲ βάρβαρος, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν, καὶ αἱ νηστεῖαι, καὶ λύχνων ἀνακαύσεις, καὶ πολλὰ τῶν εἰς βρῶσιν ἡμῖν οὐ νενομισμένων παρατετήρηται. μιμεῖσθαι δὲ πειρῶνται καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν ὁμόνοιαν, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἀνάδοσιν, καὶ τὸ φιλεργὸν, ἐν ταῖς τέχναις καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν νόμων ἀνάγκαις. *Primum quidem Græcorum Philosophi in speciem quidem jura patria conservabant: in negotiis vero & ipsius philosophiæ tractatione illum*, de Mose loquitur, *sequuti sunt, de DEO similia sapientes frugalitatemque vitæ, communionem inter se invicem docentes. Quin & jam pridem multi nostram pietatem æmulati sunt. Neque est civitas Græcorum usquam, aut barbarorum, nec ulla gens, ad quam septimanæ, in qua vacamus, consuetudo minime pervenerit, jejuniaque, lucernarum accensiones & multa alia circa cibum, legibus nostris non statuta, non observentur. Conantur autem mutuam nostra imitari concordiam & bonorum largitionem & in artibus exercendis sedulitatem & tolerantiam in tormentis, quæ pro legibus nostris sustinemus.* Plana heic sunt omnia & cum sententia mea amice conspirant, præsertim quæ de imitatione Hebræorum profert Josephus. Neque repugnat Seldenus, qui tantum huic loco explicando insumsit operæ, sed suse potius, quæ huc pertinent, confirmat, dum de antiquitate denominationis dierum a septem planetis more suo, hoc est, eleganter & ex fundamento differit. Sed ita non erat, ut rejiceret eorum versionem, qui τὸ ἐκ μακροῦ per *jampridem* vel *a longo tempore* exprimunt, & suum *a longe* substitueret, qua ritum & morum Judaicorum inanem veluti umbram & simulacrum exhibuisse Gentiles diceret. Istud quidem non negatur Josepho, sed plus tamen videtur voluisse, nempe, nihil novum esse hujusmodi, sed a primis Græcorum philosophis, ad quos sane provocat, introductum veluti & adprobatum. Sed & satis clarum ex supra dictis esse arbitror, quod per τὸ τῆς ἑβδομάδος ἔθος non ratio solum hebdomadico cyclo tempus describendi, sed laborum etiam intermissio, quæ die Saturni recepta fuit paganis, intelligenda sit. Addit enim Josephus: ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς. Quid vero fiet de Philonis loco, qui, si præsertim versionem intuearis tantum, festum potius, quam atrum Saturni diem vocat? (103) Ita enim de eo loquitur ἑορτὴ γὰρ οὐ μιᾶς πόλεως ἢ χώρας ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ παντὸς, ἣν κυρίως ἄξιον καὶ μόνην πάνδημον ὀνομάζειν καὶ τοῦ κόσμου γενέσιον. *Est enim festus non unius populi, sed in universum omnium, qui solus dignus est, ut dicatur popularis festivi-*

ſtivitas & mundi natalis. Sed commode heic monet Seldenus (105) non dici, quod omnibus regionibus populiſve feſtus ſit in plurali, ſed in ſingulari tantum, τοῦ παντὸς, quod ipſe mundum ſeu univerſum interpretatur, adeoque nequaquam verba iſta ad peculiarem gentium feſtivitatem, & prærogativam pertinere, contendit. Quod ſi hæc minus placeant, laxiori ſenſu, per me licet, verba capias, ut ἑορτὴ idem notet, quod abſtinentia religioſa, victu lautiori notabilis. Alias ipſe Philo (106) fatetur, quod civitates quædam Sabbathum ſemel in menſe, numerando a novilunio, celebrent, quod de feſtivitate peculiariter ſic dicta utique ſumendum eſt. Unde nec illud in contrarium mihi ſenſum rapi debet, quod alibi dicit Philo: (107) τίς γὰρ τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἑβδόμην οὐκ ἐκτετίμηκεν, ἄνεσιν ποιῶν, καὶ ῥαστώνην αὐτῷ τε καὶ τοῖς πλησιάζουσιν οὐκ ἐλευθέροις μόνον, ἀλλὰ καὶ δούλοις μᾶλλον καὶ ὑποζυγίοις διδούς; *quis ſacrum illum ſeptimum diem non honorat, remiſſionem laborum feriaſque adferentem patri familias cum domeſticis, non ingenuis tantum, ſed & mancipiis & jumentis?* Quem locum de eo honore intelligit Seldenus, quem gentes peregrinis & exteris, alienos ritus ſuis in territoriis concedendo, exhibere olim ſolebant. Sed quid vetat, quo minus ad diei Saturni obſervationem eum trahamus? Proximum nunc eſſet, ut & Rabbinorum placita colligerem. Sed illi fere de obligatione loquuntur tantum, ubi communis ſententia: eo præcepto, quod in Mara intra menſem ab exitu ex Ægypto, adeoque ante Decalogum a Deo promulgatum eſſe contendunt, ſolos Judæos & proſelytos juſtitiæ teneri, non vero Gentes & domicilii proſelytos. Hinc rationem & cauſam inſtitutionis ex hiſce DEI ipſius verbis adſignant (108) אך את שבתותי תשמורו כי אות הוא ביני וביניכם לדורותיכם לדעת כי אני יהוה מקדשכם ושמרתם את השבת כי קדש היא לכם *Tantummodo*, ſeu, ut volunt Junius & Tremelius, *veruntamen Sabbatha mea obſervate, quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: ut conſtet, quod ego ſim Dominus ſanctificans vos. Obſervetis igitur Sabbathum, quia ſanctum eſt vobis*. Judæi itaque communiter Sabbathum ad ſe pertinere volunt. Quæ vero ab aliis nonnullis de obligatione univerſali & Sabbatho in ipſo inferno a Gentibus, quæ id neglexerint in vita, ſervando, jactatur, portenta ſunt & monſtra, nulla promerentia, fidem. Sed neque ad hiſtoriam de Gentilium Sabbatho quidquam faciunt iſta: Doctiſſimus tamen Huetius [109] inſignem quendam R. Gedaliæ [110] locum laudat, quaſi is omnes confiteri ethnicos diceret, univerſum orbem Sabbathum celebrare. Verba quæ nec ipſe nec Seldenus recitavit, niſi fallor, hæc ſunt: אומרים האומות שכל העולם שמר יום השבת מלעבוד בו עד ימי מתן תורה מדכתיב ויברך אלהים את יום השביעי וגו' *Dicunt Gentes, quod univerſus mundus obſervaverit diem Sabbathi, ne quidquam in eo operati fuerint, uſque ad promulgationem legis, ex eo, quod ſcriptum ſit: Et benedixit Deus diei ſeptimo &c.* At vero heic de paganis ſeu ethnicis plane non eſt ſermo apellæ, ſed Chriſtianorum tantum, quos verbis proxime præcedentibus נוצרים appellarat, nunc vero *generali* hoc titulo האומות cenſet, ſententiam refert. Et notum ſatis eſt, quod multi inter Chriſtianos Sabbathi præceptum ex verbis illis [111] ויברך אלהים את יום השביעי ויקדש אותו elicere ſatagant, quaſi in ipſo Paradiſo illud traditum & a Patriarchis, uſque ad ipſam decalogi promulgationem conſtantiſſime obſervatum fuerit. Neque repugnant Judæi omnes, quamvis multi plane diverſum ſentire videantur, mira de benedictione, ibi memorata, ſomniantes. Sed ſatis de Judæis, quos nunc ipſa Gentilium promiſcua turba excipiat. De Tibullo & Ovidio paullo ante dictum eſt. At ex hoc alius locus ſupereſt, [112] qui non inepte ad rem præſentem poteſt attemperari:

> *Sed quanto minus ire voles, magis ire memento.*
> *Perfer, & invitos currere coge pedes.*
> *Nec pluvias vita: nec te peregrina morentur*
> *Sabbatha: nec damnis Allia nota ſuis.*

Duplicis ferme generis erant peregrina Sacra. Vel enim ex aliis regionibus adſumta publicaque auctoritate introducta, vel peregrinis Romæ degentibus conceſſa ita adpellabantur. Et hæc poſterioris generis heic indigitantur ſine dubio. Quid vero? anne peregrina ſabbatha morari poterant amaſium illum defetiſcentem, quo minus procul iret longaſque vias pergeret carpere, quod ibi monet Naſo? Non magis id crediderim, quam ſi quis hodie Lutheranum quendam a Romano-Catholicorum, vel ipſorum Judæorum etiam, eadem forte urbe de gentium, ſacris impeditum velit dicere, quo minus exſequutus fuerit, quæ voluiſſet. Ergo iterum adparet, diem, quo Sabbathum Judæis colebatur, atrum fuiſ-

fuisse & inauspicatum, ut & Alliensem illum. Porro nec repudiandus Suetonii locus est: [113] *Diogenes Grammaticus disputare Sabbathis Rhodi solitus, venientem* Tiberium, *ut extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit*, ubi pulcre Casaubonus: *Etsi observatio hebdomadum*, publica nempe & ex instituto civili, *ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit: annotare tamen licet, multo ante tale aliquid Græcos præsertim & Asiaticos in functionibus vitæ quotidianæ solitos observare. Quod, quia imitatione Judæorum, qui jam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam nomen Sabbathi multi retinuerunt.* Non alium igitur, quam atrum illum Saturni diem intelligo per Sabbathum. Neque enim satis probari potest, Sabbathum pro quolibet septimo die recurrente summi, quod vult Seldenus. Cujus longa de hoc disputatio nihil evincit aliud, quam quod supra dixi Sabbathum haud raro per septimum diem, quem colunt Judæi, per septimum quoque annum, si id ratio postulet, describi, itemque pro septimana quandoque sumi. Nec causa est, quare non satis, quæ de Diogene narrat Suetonius, diei Saturni, ut atro, convenire timeat. Saturnum enim hujusmodi actionibus non admodum inimicum & iniquum credebant veteres, nisi modum excederent, uti supra adnotavi. Præterea non facile dixerim, pari omnes superstitione æstimasse illum diem. Singulare aliquid Lucianus in Psedulogista habet, [114] ubi dicterium illud excusaturus, quo perditum & malitiosum hominem ἀποφράδι seu diei atro & inauspicato comparaverat, inter alia, hoc quoque narrat exemplum: ὁ δὲ Ἑβδόμζω, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε καὶ διεγέλα καὶ παιδιὰν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου. *Alius hebdomadam*, vocavit alium, *quod perinde ut pueri septimanis diebus solent, etiam ille concionibus luderet & rideret, & serium studium populi pro ludo haberet.* Quem locum Gellius quodammodo videtur explicare [115] de ebrioso quodam philosophastro in Græcæ facundiæ gloria jactabundo, interim tamen Platonici nomen ambitiose præferente, agens: *Is* inquit, *in conviviis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus lunæ solemne nobis fuit, simul atque modus epulis factus, & utiles delectabilesque sermones cœperant, tum silentio ad audiendum petito, loqui cœptabat.* Sicut autem Luciani verba firmatæ supra sententiæ nil detrahant quidquam: ita Gellius non Saturni, sed Lunæ diem sacrum Athenis referre videtur nonnullis. Ast rectissime sentire videntur mihi, qui heic non septimanarum, sed mensium dies septimas intelligunt [116], quæ hebdomades Lunæ vocantur Gelio, Vulcatii Gallicani, quocunque sensu tandem accipias locum, mea parum refert. Ita enim ille: (117) *Arma militum septima die semper respexit, vestimenta etiam & calceamenta & ocreas.* Et paucis interjectis: *Exercitium septimi diei fuit omnium militum, ita, ut & sagittas mitterent & armis luderent.* Quæ sane uti nihil probant, dum non minus de Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, alisve, quam Saturni, diebus capi possunt, ita nec quidquam adversantur mihi. Excercitum enim lustrare, sagittis certare, armis ludere, non solius Sabbathi aut festi opera sunt. Ad eundem quoque censum Censorini quoque locus pertinet [118] *Alter ille partus qui major est, majori numero continetur, septenario scilicet, quo tota vita humana: ut & Solon scribit, & Judæi in dierum numeris sequuntur, & Etruscorum libri rituales videntur indicare.* Septenarium enim numerum perfectum & sanctum credidisse veteres, nemo dubitat. Quæ Lampridius habet de Alexandro Severo (119) *quod septimo die, quum in urbe fuisset, ascenderit capitolium, templa frequeataverit*, non sine ratione vel Christianismum, ad quem propensum fuisse Alexandrum, ex eo constat liquido, quod templum Domino nostro dedicare paraverit, ut ibidem narrat Lampridius, vel Judaismum videntur sapere. Sic plane de Judæis, quorum tum multi vivebant Romæ, Seneca loqui videtur (120) *quomodo sint Dii colendi*, inquiens, *solet præcipi. Accendere aliquem lucernam Sabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine dii egent, nec fuligine.* Si quis tamen pertinaciter pro hoc loco pugnet, quasi festivitas aliqua Sabbathis inter Gentiles etiam observata inde probari queat: age, tantillum concedamus, eo præsertim tempore, aliquos exstitisse, qui, etsi nec Judæi, nec proselyti fuerint, Judaicos tamen mores ac ritus adfectaverint, ut de Aurelia Soteria quadam & Seneca ipso ostendit Seldenus (121). At horum exempla rariora sunt, neque ad hanc quæstionem adeo pertinent.

VIII. Atque ex his adparet, quatenus

nus Sabbathum Gentile admittendum vel negandum sit. Si nempe festa paganorum respicias, aut omnino Saturni diem, ob otium, quod pavidis placuit, hoc titulo gaudere velis, rationes, quibus id probes, non deerunt. Neque timendum est, ut varia convicia, quæ in Judæorum Sabbathum profuderunt paganorum quidam, opponi nobis queat. Quippe ea cultum ipsum, rationem ejus, ignaviam, seu nimiam, ut videbatur, laborum abstinentiam, & si quæ his sunt similia, peculiaria Judæis, taxant ipsorumque coviciatorum pervesitatem & impudentiam nimis patefaciunt. Ideo nec illis diluendis quidquam operæ impendam. Quod si vero septimam quis diem, festum & tamquam ex instituto publico celebrem, venditare velit; ille viderit, quomodo id, non dicam ex antiquitate probare, sed omnino contra eam defendere velit. Ex locis certe modo adductis nihil hujusmodi poterit confici. Silent quoque, qui de Sacris Antiquorum cum cura & luculenter egerunt. In fastis autem & Kalendariis, quæ alia festa affatim exhibent omnia, hujus festivitatis nec volam deprehendimus nec vestigium. Quamvis enim septem priores literas aliquan do in iis deprehendamus revolui: id tamen novum est & adhuc minus hebdomadas probat, quam si quis ex eo, quod in splendidissimo illo Kelendario, quod sub Imperatore Constantio, circa annum O. R. CCCLIV compositum & Valentino cuidam dedicatum, in thesauro Græviano exhibetur [122], ad decimam semper excurrant dies, decades velit colligere. Quin immo sunt qui haud obscure negant, eo more, quod Judæi solent, septimum diem a paganis esse cultum. Inter alios famosus ille veritatis Divinæ adsertor & persequutor, Julianos (123): ποῖον ἔθνος, quærit, ἐςὶ πρὸς τῶν Θεῶν ἔξω τοῦ, οὐ προσκυνήσεις θεοῖς ἑτέροις, καὶ τοῦ μνήσθητι τῶν σαββάτων, ὃ μὴ τὰς ἄλλας οἴεται χρῆναι φυλάττειν ἐντολάς; *Quænam gens est per Deos, si hanc dempseris: non odorabis Deos alios & memento Sabbathorum, quæ mandata cetera servanda non putet?* Temerarium autem fuerit, sine idoneo testimonio, immo renitente & reclamante antiquitate, quidquam adfirmare. Ceterum, si de recentiorum temporum idolatris quæratur, alia plane decisione opus est, quum præsertim non ignota sint eruditis quæ de Ormutinis referat Caspar Belga [124]: *singularum hebdomadarum quatuor dies festi ac solemnes aguntur: Solis, sive Dominicus a Christianis: Lunæ ob Ethnicis: Veneris a Mauris, qui sub vesperam a negotiis & laboribus feriati sacra illa exsecranda obeunt. Sabbathum demum a Judæis celebratur.* Quibus addi possunt, quæ ex rerum Indicarum scriptoribus de Mexicanis refert Huetius: (125) *Jubilæum celebrant quinquagesimo quoque recurrente anno & Sabbathum septimo quoque die.* Sed ex his & similibus quid tandem aliud probari potest, quam κακοζηλία Diabolica, in festis etiam Veterum & omnibus eorum Sacris nimis obvia? Quemadmodum ergo sanctis mysteriis impostor ille perversissimus semper illusit, ita quidem, ut, quod sine horrore cogitare non possum, loco propitiatorii, quod in sanctissimis olim penetralibus, soli Pontifici per annum patentibus semel, redemptionis nostræ adumbrabat negotium, in Eleusiniis suis verendorum seu virilium [126], seu muliebrium [127], substituerit simulacrum: ita nec mirum, si & in sabbathi ignominiam multa effinxerit.

IX. Quod si jam quæras, an ex lumine naturæ Sabbathum cognoverint Gentiles, negari equidem non potest, rectam hominis rationem, quam primum Sabbathum a DEO præscriptum, ex revelatione Divina, intelligat, debitum quoque & officium suum cognoscat; quod non solum æquum, pium & necessarium statuat, obedire creatori, sed & Sabbathum nulla sibi ratione inconveniens judicare queat. At, si ea sola de obligatione consulatur, huc forte numquam pervenient. Procedamus ordine & singula quæstionis momenta breviter, hoc est, pro ratione instituti, expendamus. Ac primo quidem *de septimo die* res ex jam dictis clarissima est. Eum enim, quum numquam ut festum coluerint publice Gentiles, quomodo ad ejus cultum ex lumine naturæ sese obligatos sensisse, probabitur? Neque adeo illud dici posest, quod Gentiles *certum per septimanas singulam diem*, quicunque ille fuerit, indidem agnoverint: Tametsi enim probari quiret, singulis septimanis aliquando agitata esse festa, id tamen casu, minime vero, quod hebdomadicam illam dierum periodum respexerint, contigisse putabis. Quod vero de observatione diei Saturni, ut atri & Ægypitiaci, dictum est, nihil aliud quam meram superstitionem & χλιδονισμὸν, rem invisam DEO, redolet. At de festis, ac iis quidem inprimis, quæ per singulos menses recurrebant, quid pronunciandum? an quidquam ex eorum obser-

vatione aliud confici posse putabimus, præterquam detestabile maligni Spiritus κακοζηλίαν; Contorta, perversa, ac depravata ibi omnia, quæcunque ex vera religione improba illa æmulatione adsumta erant, sive tempus consideres, sive ritus: nisi forte epulas & ludos a recta ratione præcipi contendas. Veram animus jam præsagit, fore, ut mihi distinctio inter rem & rei modum ingeratur. Sic sequeretur tantum, certos & selectos dies Divino cultui adsignasse paganos, non attendendo, an verus sit ille cultus, an superstitione & impia idololatria reiiculus. An vero & hoc pacto ex lumine naturali Sabbathum sibi necessarium cognoverint pagani, valde adhuc dubito. Si omnibus diebus, immo horis ac momentis singulis DEUm coli debere diceres, id utraque largiter & approbarem magaopere, etiam si de naturali præcepto loquereris. At ubi de peculiaribus diebus peculiari quoque cultui seligendis, sermo est, probari prius ex lumine narurali debet, quisnam sit ille cultus; quibuscunque tandem abstractionibus utaris. Is forte, qui precibus, gratiarum actionibus, laudibus absolvitur? At hic omnibus diebus æque convenit. Fiducia, spes, amor, potissima Divini cultus momenta, nullam admittere intercapedinem, sed perpetua esse debebant. Ritus vero peculiares ac cærimonias ignorat ratio naturalis, (128) aut, si ex se signat, temeraria & limites migrat impudenti ausu. Ita vero patet; nihil heic injungere naturam ut necessarium de tempore, sed liberum relinquere, an alium diem colere præ alio, an pari omnes ratione observare libeat, modo pietas & religio nullum detrimentum capiat. Videamus tamen, quæ forte contra ista jactari queant. Non autem sic vel aliter sentientium recensere nomina susti neo, ne splendor & numerus junctæque umbone phalanges liberum fortassis judicium intercipiant & obturbent. Ipse potius adversarii cujusdam personam induam, quæ aliquam speciem videtur habere, diligenter indicaturus.

X. Ante omnia vero supponendum, colendum esse DEUM non privato solum ac interno, sed poblico etiam externoque cultu. Iniquam enim & plane obscuram oportet esse eam religionem, quæ inter arctas tantum pectoris angustias delitescat, nunquam vero exeat foras, nec de DEO, summo Bono, quam voluptatem ac delectationem percipit, expromat ac inter alios celebret publice & cum fructu. Accedit, quod DEO, ob summam, qua valet, potentiam, summam bonitatem, justitiam & sanctitatem, uno verbo, ob summam perfectionem, cultum quoque, quam humana conditio præstare potest, summum debeamus. Si summum, ecur tu publice de propria devotione testari aliosque exemplo tuo incitare erubescas? Deinde etiam quiete opus est. Cui enim mortalium tam contiuua & pertinax laborum perfunctio, ut numquam a lassitudine adquiescere & respirare optet? Certe non tam suadere aut præcipere, quam cogere natura quietem videtur. Porro & concedendum, tempus illud, quod vacat nobis, cultui Divino esse aptissimum. Dum enim in istam rerum Divinarum magnitudinem iniicere sese animus & intendere cupit, ab aliis curis incongrue urgetur. Ergo hæc jungenda sunt: cultus Divinus & laborum intermissio. De tempore adhuc quæritur. Quum vero DEUM bonum ordinem amare constet: homo vero otio semper indulgere nec debeat, nec possit, si sibi quidem sustentare vitam, suisque de victu & amictu prospicere velit honeste: certos ac definitos dies ex certis temporum peiodis seligere cultui Divino, sufficiat. Verendum tamen, ne si longiores constituamus periodos, quales sunt anni & menses, segniores videamur in religione. Præterea, quia DEUs undiquaque perfectissimus est, conveniens erit & æquum, si perfecto istæ periodi dierum numero absolvantur. Quod si numeros omnes transcurras, profecto septenarius, si quis alius, perfectus immo sanctus erit. Multa passim in hanc rem extant, sed præceteris notabilia sunt, quæ Clemens Alexandrinus, (129) alio tamen, quam ut naturale probaret Sabbathum, proposito, congessit, veluti: quod neque matrem neque prolem agnoscat septenarius numerus, hoc est, quod neque ex alio per multiplicationem natus sit, neque alium, qui quidem intra duodenarium sit, gignat: quod septem sint primogeniti angelorum principes, septem planetæ, septem pleiades, septem soni in lyra, septem in facie sensuum instrumenta, os nempe, nares, aures & oculi: quod ætatum mutationes fiant per septenarium, sive, quod septimus quilibet annus homini sit climactericus, uti ex elegantissimis, quas recitat ipse & laudat Censorinus, ut vidimus, (130) Solonis elegiis patet: quod itidem in morbis dies critici sint septimus & decimus quartus, & sic porro. Palmarium autem est, & ad hanc rem facit egre-

facies? Polluetne manus, necne? Si dicas, quod egrediens polluat manus, abominandum & residuum non polluent separationem; Si egrediatur, de eo nihil decreverunt. Pauper sic polluet latus exterius, atque interius. Dicit Rabi Abin: Qui dicit, quod polluatur propter tactum sui ipsius, non est Rabi Meir; neque ita dicit R. Jochanan: Si munda fuerint ex majori parte, quando excidit majorem partem, non consideratur perinde ac separet, & fit sicut illud, quod ipsum attingit, & erit illegitimum: Dicit R. Chananjah; Excidet quantuluncunque, & projiciet: Potes dicere; quod præterierit media nox; non propter remotionem mentis; Non est ratio nisi propter remotionem mentis; Dicit R. Zehera; Qui non benedicit benedictione Paschatis, non liberat ea quæ pertinent ad sacrificium; Qui benedicit benedictione sacrificii, liberat ea quæ pertinent ad Pascha; quia Pascha includitur in sacrificio; Dicit Mena; Pascha est essentiale, & sacrificium accessorium.



JOHAN. RODOLPHI GRUNER

DIATRIBE DE PRIMITIARUM OBLATIONE AC CONSECRATIONE.

PRÆFATIO.

NON multis Te B.L. hic præfando morabor, consilium tantum meum in præsenti Diatribe elaboranda, ejusdemque occasionem paucis verbis Tibi enarrare est animus.

Miraberis forsan, nec immerito, novum scriptorem in hodierna tanta omnium Literarum luce in publicum prodire, fortunamque in seculo, ubi vel pueri nasum Rhinocerotis habent, tentare velle; Miraberis novum librum, lingua non nisi in scholis perstrepente conscriptum, huic politissimo sese exhibere ævo, cujus homines cum eruditorum vulgo non versantur, sed omnium generis jucundos, facetos, omniumque scientiarum mysteria paucis pagellis absolventes libros linguis vernaculis exaratos, evolvunt, quos bonos malosve Libraria gens, ab eaque mercede conducti qui scripta faciunt, innumeros orbi terrarum invehunt, eorumque diluvio pene immersos nos dant. Vel si veræ eruditionis amor studiumque te adhuc quodammodo tenet, miraberis saltem, quendam ignotum orbi literato novas nescio quas schedas obtrudere, quibus sine bonarum literarum vel minimo dispendio facile carere potuisset, in re præsertim ac materia dudum exhausta Doctorum Virorum, qui ingenti caterva de Antiquitatibus sacrisque ritibus Hebræorum scripsere, vigiliis, quum præterea hæcce studia quotidie vilescant ob sterilitatem ac injucundum quid, quod necessario secum ferunt, ideoque non nisi a paucis corrupti saporis hominibus, tenebrionibus ac lucifugis taliter qualiter colantur.

Scias tamen B. L. si vel ita cum plurimis nostri ævi, qui nihilominus bonarum vel etiam sacrarum literarum studiosi audire amant, ratiocinari tibi animus, vel temeritatis dicam mihi scribere velis, scias, inquam, me nulla scribendi prurigine, nec immoderata cupedine nomen meum minio exaratum titulo scripti alicujus præfixum videndi, abreptum, chartas hasce utcunque digestas in lucem extrudere, ac minus adhuc me hiante ore vanæ gloriæ auram quandam avidum ex hacce lucubratiuncula captare velle, longe quippe ab ejusmodi levibus umbris dissita est instituti mei ratio, quam accipe.

Plurimis ab hinc annis, ubi primum ad bonas litteras, ac dein libero delectu ad sacra studia animum adplicueram, cœpi perspicere egregium usum variamque utilitatem, quam accurata rituum Hebræorum cæterorumque Orientalium, Græcorum etiam ac Romanorum notitia, imo universæ Antiquitatis solers scrutatio, intellectui ac accuratæ expositioni Oraculorum cœlestium præbet, adeo ut sine illa non raro meræ oculis nostris sese offerant caligines, ac acutissima visus acies ea prorsus destituta ad omnes fere passus, in histori-

storicis ac ritualibus præsertim, cæcutiat, ac quo se vertat nesciat; hæc in dies persuasissima mihi magis magisque fuere, quum hinc scriptores hujusmodi subsidiis destitutos, vel ea non curantes non sine fastidio evolverem, hinc autem stupendæ eruditionis scripta Virorum, quos fama dudum ad astra tulit, explicarem, quorum non indiligens meditatio me nescio qua dulcedine permulsit, ac, ob ingentem quem inde mihi spondebam fructum, tanta amœnitate abripuit, ut exiguam meam opellam sacrarum Literarum, Philologiæ, ac Antiquitatum studio integram dicarim, vehementer in hocce proposito nixus consilio, hortatu, variaque ope Reverendorum ac Clarissimorum Virorum, tum sanguine, tum amicitia mihi junctissimorum, sub quorum auspiciis in Patria tunc studiis operam dabam.

Ad exteras oras postquam evolassem, nil antiquius habui, quam ut in semel incepto curriculo pro tenuitate virium mearum naviter contenderem, acri stimulo simul mihi addito a summis totoque orbe Celeberrimis Viris, quorum Doctrinam avido tunc ore excipiebam, quorumque vestigiis vel levissime, ac multis post illorum terga parasangis insistere, summo semper mihi honori ducam, totisque viribus adnitar.

Animadverti autem, monituque Viri, cui nil in hisce studiis absconditum esse potest, certior adhuc factus fui, in tam florenti segete uberrimaque messe tot, licet varii moduli, scriptorum, qui Antiquitates sacras vel integro systemate pertractarunt, vel quandam illarum partem, aut separata capita uberius sibi exponenda sumserunt, quique haud contemnendo numero sese nobis sistunt, nullum hucusque existere, qui uberiori commentario explanare adgressus sit Primitiarum e terræ proventu oblationem, a Deo ipso populo suo selecto expresse mandatam, ac in variis fere omnium gentium mysteriis religiosis observatam; pauca enim, quæ commentationes Interpretum in legem ceremonialem nobis suppeditant, ritum hunc extremis tantum digitis, ac ἐν παρόδῳ tangunt; nec rem conficiunt, quæ in eruditissimis Seldeni de Decimis, Hottingeri *de eodem argumento*, Relandi, Goodwyni, Lundii *aliorumque libris* de Antiquitate Hebræa, *reperiuntur, quamvis minime sint contemnenda, mihique primam de hoc incepto cogitandi præbuere ansam; nec Rev. atque Doctissimi* Hakmanni *binæ Dissertationes publice defensæ*, de Panibus agitationis *Pentecostes festo oblatis, licet non uno nomine summa laude dignissimæ, integrum Primitiarum absolvunt negotium, quum ibi de manipulo Primitiarum in Paschatis festo consecrato in transitu tantum fiat mentio, uti de re ad institutum hocce minus pertinente, ac parumper aliena.*

Quocumque igitur vertebam oculos nil integri absolutique circa hoc argumentum cernere licebat, quod tamen, si ullum aliud ex S. Antiquitate, omni attentione, cura atque examine judicavi dignissimum, ob ipsius subjecti dignitatem, rationis moralis, quam secum fert, gravitatem, Typi, quem fidelium exhibuit oculis, summam excellentiam, miram plane profanæ Religionis hoc in capite cum cultu cœlitus instituto consonantiam, multaque ob alia, quæ nobis ad perscrutanda nonnulla, non ubivis obvia, tum sacræ, cum profanæ Antiquitatis, nec non ad serias piasque meditationes suppeditare poterit accuratior tam sollemnis ritus meditatio.

Probe autem perspecto, hic non solum spicilegium quoddam, sed integram messem a Doctis Viris relictam esse, diligentia tandem alicujus, cui hæcce studia in delitiis, demetendam, atque in ordinem redigendam, cogitare cœpi, de proprio labore meo qualicumque ad hocce pensum commodando, eumque in finem falcem meam, licet tenuibus vibratam viribus, huic segeti immittere, illamque in manipulos, quam diligentissime possem, colligare, simulque publice testatum dare, antiquissimum mihi semper fuisse, adhucque esse, ut mediante gratia cœlesti, indefesso studio summaque cura acquirere adnitar ea, quæcumque me non omnino tandem indignum efficere queant messorem, cui credatur munus operam suam in messe Evangelica collocandi.

Operi ergo me alacriter accinxi, tunc in florentissima, ac toto orbe non uno nomine Celeberrima Academia Trajectina ad Rhenum studiorum gratia degens, parum quidem viribus meis confisus, quas nemo melius me ipso in perspecto habuit, sed occasione præclara omnis generis subsidia ad manus habendi allectus, adjutusque benevolentia, humanitate, consilio &c. Viri longe Celeberrimi D. Davidis Millii, *cujus laboribus Sacræ Literæ, earumque cultores immensum quid debent, semperque grati mecum agnoscent.*

Incepto opere cogitaveram illud cohibere intra cancellos unius, vel ad summum alterius Dissertationis Academicæ, quas publico eruditæ Juventutis examine ventilandas proponerem; sed crescente sub manibus materia uberiorem existimatione mea messem deprehendi, limitesque Thesibus Academicis ab iis, quibus jus est, præscriptos probe noscens, haud conveniens judi-

judicavi, & forsitan mecum æquus Lector judicabit, toties iterata vice Cathedræ Academicæ inferiora subsellia conscendere non nisi exercitii gratia, ac sub umbone precario mea haud sine labore acquisita propugnare, quum jam alio tempore, nec una vice, sufficientia ejusmodi edidissem specimina, ac non obscure præterea mihi constaret, studiosam Juventutem Dissertationes de Philologia ac S. Antiquitate, præsertim ubi testimonia Magistrorum Hebræorum allegantur, quodammodo, licet quilibet pro genio suo, horrere, ceu monstri quid exsibilare, omneque, quod præconceptæ suæ opinioni minus accommodatum, ingenti, sed sæpiuscule sat crasso, supercilio repudiare; consilium ergo mutavi, & lucubratiunculam meam paulatim elaboratam simul, unoque partu, luce donare mecum constitui, quod citius quin factum per me non steterit, quum ante triennium jam ad maturitatem fuerit perducta, sed Librariæ gentis genium ante, quam prælum ejus exercerem, ut experiar, in fatis fuit.

Omnibus tandem impedimentis superatis, Tibi nunc L. exhibeo, quæ de jam addicta materia congessi ex omnis fere Antiquitatis monumentis, quæ nobis supersunt; data opera selegi exponendam Legem Divinam, de manipulo frugum postridie Paschatis oblato, *in munus grati odoris Jehovæ*; id feci graves ob rationes, sola enim hæc tam memorabilis Lex, omniaque, quæ circa ejus executionem observata, hactenus præterita, vel extremis digitis tantum tacta fuerunt a diligentia Doctorum Virorum, qui quædam de primitiis, ac primitivis literis consignarunt; Dein hicce ritus metendi, atque consecrandi manipulum primitiarum, maxime sollennis, maximoque adparatu olim fuit peractus statim ab initio messis, inque eo integer anni proventus Deo consecratus censendus omnino erat, inde merito utramque paginam in Doctrina de Primitiis facere censetur, tum dignitatis, tum ordinis, temporisque ratione; Præterea longe plura circa eum sese offerunt consideranda, quam circa ullum aliud primitiarum genus, longe majores circa varias ejusdem circumstantias tollendæ sunt difficultates, major ab eo lux variis utriusque Testamenti locis effulget, eoque rite explicato in cœteris Primitiis nil obscuri relinquitur, quarum hic basin, ac caput efficit; eas quidem, ab arctam cum subjecto hocce connexionem, minime negligendas, vel sicco pede transeundas duxi, omnia autem ad eas pertinentia congerendo, multum sudare, operæ pretium haud duxi, nec amo Iliada scribere post Homerum; L. adire poterit, si Doctrinam de panibus Pentecostalibus penitus perspiciendi cupido eum habet, doctissimum, atque subacti judicii laborem R. Hackmanni, qui recentis adhuc est memoriæ, mihique hac in parte otium fecit, ac de בכורים, nec non de hominum, pecorumque Primitiis, Maimonidis peculiarem Tractatum, qui Latio donatus omnium teritur manibus.

De ordine, quo integra hæcce tractatio concinnata, necessarium non erit, ut moneam, quum argumentum cuilibet capiti præfixum id uno intuitu Lectorem edocere poterit; methodus non obstrusa, non longe quæsita, aut affectata, nec e Thesibus, explicationibus, scholiis, notulis, consequentibus &c. contexta, quam seculum nostrum deperit, sed simplex est, argumentoque conveniens, res enim, non verba investigo, nec nimie affectato ordine inextricabilem confusionem, barbariemque parere cupio, cujus vel umbram mens veritatis studiosa horret.

Non unus forsan Lector mihi exprobraturus, testimonia, ac authoritates synagogæ Judaicæ nimis longo hic incedere ordine, copiaque sua omnem veritatis speciem, vel amœnitatem ex tractatu hocce profligare, ac me non nisi ea jurare; Possem quidem hic loci Rabbinorum scripta ab allata iis sæpissime injuria, hominum plerumque inscitia incognita judicantium causa, vindicare, eisque in rebus, ubi æquitas jubet, apologiam pro iis scribere, illius tamen veri Antiquitatis S. scrutatores non indigent, contemtores autem, præjudiciis abrepti, viam examinis, ceu nimis salebrosam, calcare respuunt, alias dudum forent convicti iis argumentis, quæ summi Theologi atque Philologi, circa Authoritatem Rabbinorum, fidemque, quam merentur, literis consignarunt, ac experientia quotidiana, in meditatione Antiquitatum S. e Rabbinismi monumentis non raro feliciter erutarum, ad oculum nobis demonstrat.

Ne tamen quis temere me accuset, sciat, me ex iis nunquam fuisse, qui Rabbinismum superstitioso quodam cultu cæco plane impetu prosequuntur, & vel nævos, hallucinationes, futilitates, puerilitatesque ejus exosculantur, omniaque ejus, ad abusum usque, pertinaciter propugnant; sciat etiam, me nullius in verba, num Tros Rutulusve, jurare & minime omnium in verba Synagogæ, sed quæcunque ad æquitatis lancem, quantum mihi quidem datum, ponderare, unicuique fidem auctoritatemque, quæ illi debetur, tribuere, præsertim in quæstione fa-

facti, ubi vanis subtilitatibus, ac ratiunculis nullus relictus est locus, sed idoneis testibus, quibus veritas perspecta, demonstrandum est, hanc, vel aliam rem factam v. non factam, hoc modo v. alio peractam extitisse, v. non extitisse, alioquin nec in Orientali, imo ne quidem in Græca aut Romana Antiquitate aliquid sartum tectumve foret, omniaque in putum Pyrrhonismum Historicum obirent, ipsoque meridie lux foret anxie, irritoque quærenda; Quamdiu ergo videre mihi haud licebit, quemdam illorum, qui omnem bonæ mentis micam Hebræis negant, rituum Græcorum Romanorumve novum quoddam Systema conflasse, absque authoritate, posthabitisque testimoniis Ciceronis, Livii, Virgilii, Statii Plauti, *&c. vel* Thucydidis, Xenophontis, Homeri, Euripidis, Aristophanis *&c. eorumque loco bellis quibusdam declamatiunculis ac pondere rationum, quas proprio in cerebro fabricatas dedit, veritatem facti Orbi Literato persuasisse, tam diu ego via hactenus adsueta, ab integra Doctorum Caterva calcata, incedam, Hebraicos, Sacrosque ritus non tractabo, nisi consultis ante omnia Divinis Oraculis, ac, ubi his non contraria docent, sed uberius ea ex Veterum Doctrina exponunt, in censu vocatis* Misna *cum Commentatoribus,* Maimonide, *cæteraque coborte, nullis posthabitis, nisi qui apud æquos rerum æstimatores omnem fidem dudum decoxere, qui certis notis, facili sat negotio, a fide dignis contribulibus suis dignoscuntur.*

Quod præterea a jam allegatis Viris eruditis, aliisque, hactenus vel neglectum, velociter tantum tactum animadverti, in hisce chartis præstare, quantum licuit, conatus fui, varias scilicet Primitiarum consecrationes, quas profana Religio nobis exhibet, ex omni Aniquitate eruere breviterque recensere, idque ob argumenti jucunditatem, egregiamque quam nobis ostendit etiam hac in parte, cum vero Numinis cultu convenientiam, licet, meo jedicio, demonstrari nedum queat, num ex illo ad integrum fuerint desumtæ, quum rationis dictamen gratitudinem quoque homines gentiles erga superos edocere omnino potuerit, optimum ergo duxi in plurimis hic suum cuique tribuere; Scriptorum propria verba ubique allegavi, quæ Lectorem longe melius juvant in hujusmodi argumento, quam vastæ quædam declamationes, ac vagæ minusque accuratæ allegationes, quas sæpissime in lectione Scriptorum recentioris ævi, qui methodum hanc deperiunt, ac non nisi propria sua verba nobis propinant, quærendo operam ludimus, nec non hinc inde quædam tetigi notata non omnino indigna, nec a materia nostra plane aliena,

Explanatis omnibus, quæ ad ritum primitiarum consecrationis spectant, transeo ad rationem moralem, quam Deus in eo constituendo sibi proposuerat, illamque, quam Gentilismus sufficientem duxerat, cur superos primitiis omnis generis venerari hominem deceat; ad mysterium tandem in Primitiarum manipulo latens accedo, quod præeuntibus Sacris N. T. Scriptoribus ad Divinum nostrum Servatorem, Legis universæ scopum, ac multis sub involucris Veteri Ecclesiæ adumbratum, referre non dubito; Videbis tamen B. L. me nullo partium studio abreptum, nec ullum me agnoscere Dictatorem, vel Tribunum, in cujus verba jurare sit animus, sed moderata præjudiciisque, quantum queo, vacua mente veritatis Divinam lucem quæro, quam nemo certius manifestare nobis potest, ac ipse veritatis Spiritus in eloquiis suis, quæ, longe sane a me absit, ut ad præconceptam, ac temere adoptatam hypothesin explicando, illa irrisionis ac detorsionis periculo, quod a profanæ corruptæque mentis hominibus iis semper imminet, exemplo meo, licet invite, exponere velim; Dicam tamen nemini scribere volui, sed in ratione Typos exponendi quilibet suo sensu abundet, dummodo abusus vitetur, & sacrorum Oraculorum sensus maneat integer, Auctoritasque illorum illibata, summaque tractata reverentia.

Habes hic B. L. quæ breviter te monere debui, cæterum, quod enixe Te rogo, est, ut æquo animo hanc Diatribem, si vacat, legas, bonique consulas laborem meum, juvenilibus adhuc annis susceptum, nec turgido Stylo exaratum, nec miris verborum ambagibus involutum, nec dictionis flosculis exornatum, nec sublimitate quæstionum in alta te rapientem, sed Literarum alumnis, non heroibus dicatum ac ad limina fere Musarum, non in intimis earum penetralibus natum; ne igitur temere de illo judices, liceat mihi Doctissimi Gellii verbis te alloqui †. Quæ erunt autem in his Commentariis pauca quædam scrupulosa & anxia, vel ex grammatica, &c. quæque erunt item paucula remotiora super augurio jure & pontificio; non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia, non enim fecimus altos nimis & obscuros in his rebus quæstionum sinus; sed Primitias quasdam, & quasi Libamenta ingenuarum artium dedimus. *Forsan, si hæc Tibi non admodum displicuisse compertum habuerim, dies, Deusque aliquando meliora dabunt. Vale.*

† Præfat. in Noctes Atticas.

CA-

CAPUT I.

§. I. *De qualitate Victimæ Deo offerendæ*, II. *Homines erga gratitudinem Gentiles virtutem cenſebant egregiam*. III. *Maximam vero in Deos pietatem*. IV. *Lex de Primitiis frugum Deo offerendis Iſraeli data teſtandi gratitudinis cauſa*.

I. QUÆ Philo Judæus admodum magnifice effert de qualitate hoſtiæ Deo O. M. offerendæ, qua grata acceptaque evadat, tam vera Deoque ſummæque ejus ac tremendæ majeſtati tam convenientia ſonat, ut vel ex intimis Chriſtianæ Theologiæ penetralibus petita videri poſſint; ita fatur (1) ἐξ ȣ̃ δῆλον ἐστιν, ὅτι κ̀ βραχύτατον λιβανωτὸν παρ' ἀνδρὸς ὁσίȣ τιμιώτερον ὁ θεὸς νομίζει μυρίων θρεμμάτων, ὅσα ἂν τις ἱερȣργῇ μὴ σφόδρα ἀστεῖος ὤν. ὅσω γὰρ ἦμαι λίθων μοι ἀμείνων χρυσὸς, τὰ δ' ἐν ἀδύτοις τ̃ ἔξω ἁγιώτερα, τοσȣ́των κρείττων ἢ διὰ τ̃ ἐπιθυμιωμένων εὐχαριστία τῆς διὰ τ̃ ἐναίμων. i. e. *unde liquet micam Thuris oblatam ab homine pio Deo gratiorem eſſe multis hoſtiis, ſi offerenti non adſit probitas; quanto enim aurum præſtat lapidibus & adytum veſtibulo, tanto acceptior eſt ſuffitus gratiarum actionis quam mactata victima*. Quid enim miſeri ac in pulvere deſidentes Terræ incolæ Deo Creatori ac Redemtori ſuo, qui excelſa inhabitat, pro tam ſtupendis, adeoque innumeris donis boniſque, quibus omni plane hora fruuntur, rependere valerent, quod tanto Benefactore quodammodo dignum eique gratum eſſe queat, niſi gratum acceptumque animum ac cor humile, ejuſque per externas cultus actiones quædam teſtificatio; ſanctus Iſraelis ipſemet teſtatum dedit quibuſnam delectetur hoſtiis (2) זבח תודה יכבדנני *ſacrificans laudem glorificat me*, quando laudatur nomen ejus בתודה (3), & ipſe magnificatur בשיר, & opera ejus cum cantu (4), hæc ſunt פרים שפתינו καρπὸς χειλέων (5), unde Hieropſaltes intimo pleniſſimoque ſenſu beneficiorum cœleſtium eorumque immenſa magnitudine permotus ac quaſi in ecſtaſin exclamat, *quid rependerem Jehovæ, omnia ejus beneficia ſuperant me, poculo ſalutis accepto* בשם יי אקרא *nomen Domini prædicabo; Tibi ſacrificem* זבח תודה *ſacrificium confeſſionis* (6). Vera ſolaque Deo accepta ſacrificia enumerat alibi, rejecto præſtantiſſimorum animalium cruore, *ſacrifica Deo laudem &c.* (7). Præcipua vero Dei ſacrificia ſunt רוח נשברה לב נשבר ונדכה *fractus Spiritus, cor fractum ac contritum* (8). Ita Gentium Doctor paſſim ſummo Studio Fideles admonet de grato animo uti optimis novæ Oeconomiæ hoſtiis; ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε, τȣ̃το γὰρ θέλημα Θεȣ̃ ἐν Χριστῷ Ἰησȣ̃ εἰς ὑμᾶς (9), εὐχαριστȣ̃ντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων (10). Eadem & D. Petrus regio Sacerdotio N. T. fidelibus inculcat, ut ſcil. offerant πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτȣς τῷ Θεῷ &c. [11]

II. Quid enim homine vel ſolum rationalis luminis inſtructo prærogativis indignius, magiſque infra bruta ipſum collocans, quum ingratitudo erga ſummos ac liberales quoſcunque Benefactores, quid ingrati animi nota turpius atrociuſve, quod Gentiles ipſimet probe perſpexere, ita Plutarchus de Epicureis (12) αὐτοὶ δὲ δή πȣ λέγοισιν ὡς τὸ εὖ ποιεῖν ἥδιον ἐστὶ τȣ̃ πάσχειν. Εὖ δὲ ποιεῖν ἐστὶ μὲν ἀμέλει κ̀ διὰ λόγων. Τὸ δὲ πλεῖστον ἐν πράξει κ̀ μέγιστον, ὡς τȣ̍νομα τῆς εὐεργεσίας ὑφηγεῖται. *Cæterum ipſi dicunt ſuavius eſſe afficere beneficio quam affici, non abnuerim etiam verbis beneficium poſſe conferri, ſed certe in actione pars maxima conſiſtit potiſſimaque quod & benefaciendi vocabulum indicat*: accinit Seneca, *erunt homicidæ, Tyranni, fures, adulteri, raptores, ſacrilegi, proditores, infra iſta omnia ingratus eſt, niſi quod iſta omnia ab ingrato animo ſint, ſine quo vix ullum magnum facinus accrevit* [13] & iterum, *metus nullus ingrato, huic enim uni rei non poſuimus legem, tanquam ſatis natura caviſſet; quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis jubet, ſupervacuum eſt enim in quod imus impelli* [14]; Unde ex oppoſito nil ipſis honeſtius nil majus grato animo, ita alio loco fatur Philoſophus; *ſed quemadmodum illa credimus, ſic & in hoc fidei populi credamus, nil eſſe grato animo honeſtius; omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt, in hoc bonis maliſque conveniet* (15), inde tam egregiam grati ingratique animi comparationem inſtituit; *gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel; comparari autem utriuſque vita, cum alter triſtis ſit & ſolicitus qualis eſſe inficiator ac fraudulentus ſolet, apud quem non parentum qui debet honor eſt, non educatori non præceptorum; alter lætus, hilaris, occaſionem referendæ gratiæ expectans, & ex hoc ipſo affectu gaudium grande percipiens* (16). Nec minus præclare Philo de beneficiis differit ad id propoſito ſummi Benefactoris exemplo, στέλλει δ' ἔτι μᾶλλον κ̀ καθαιρεῖ ὑπεροψίαν, ἀξιῶν τὰς αἰτίας συλ-

συλλέγειν, δι' ἧς ἄληστον Θεοῦ μνήμην ἀγαλματοφορεῖ, οὗτος γάρ σοι, φησὶ, δίδωσιν ἰσχὺν ποιῆσαι δύναμιν. *Et quo magis compescat superbiam vult nos causas habere præ oculis, quæ nunquam sinant beneficiorum Dei memoriam elabi e nostro pectore, hic enim, inquit* [Moses] *tibi præstat robur ad exerendam potentiam* [17] Ψυχὴ δὲ ἡ εὐχάριστος ἀλαζονείας πολέμιος, ἐπεὶ καὶ τοὐναντίον ἀχαριστία συγγενὲς ὑπεροψίας. *Gratus enim animus alienus est ab arrogantia, ita ut e contra ingratus affinis est superbiæ*; & rursus ἄλλως τε καὶ μάθημα ἀναδιδάσκει τῇ λογικῇ φύσει πρεπωδέστατον, μιμεῖσθαι Θεὸν καθ' ὅσον οἷόν τε μηδὲν παραλιπὼν τῶν εἰς τὴν ἐνδεχομένην ἐξομοίωσιν. ἐπειδὴ τοίνυν ἔλαβες ἰσχὺν παρὰ τοῦ δυνατωτέρου, μεταδὸς ἄλλοις ἰσχύος, διάθες ὃ ἔπαθες, ἵνα μιμήσῃ Θεὸν τῷ παραπλήσια χαρίζεσθαι. *Et alioquin etiam hic traditur præceptum rationali naturæ utilissimum, ut Deum imitetur pro viribus, nullam ejus imitationis occasionem sinens praterlabi, ergo quoniam accepisti a potentiore fortitudinem, communica eam cum aliis, sic eos afficiens uti ipse affectus es, ut hocce pacto Deum imiteris* (18).

III. Gratus vero animus erga homines ceu pares, socios, ejusdemque naturæ participes, si ita in lege naturæ fundata, uti communis notio ac persuasio evincit, quanto magis eadem virtus erga supremum Numen Benefactorum omnium summum ac munificentissimum sectanda erit; id iterum Gentiles non admodum obscure in perspecto habuere, cum hac virtute præcipue Deastrorum cultus nixus, utramque ea ejus paginam effecerit; audiamus rursus Senecam: *Primus est Deorum cultus, Deos credere, deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est*; & paulo post; *Vis Deos propitiare? bonus esto! satis illos coluit quisque imitatus est*. (19). Ita alibi; *Quicumque gratos esse docet, & hominum causam agit & Deorum, quibus nullius rei indigentibus, positis extra desiderium, referre nihilominus gratiam possumus* (20). Hæc grati animi testatio erga superos persolvendorum votorum, sparsi hostiarum cruoris, Donariorum suspensorum &c. principalis omnino fuit causa ac ratio, ita Tragicus (21)

> *Arcus metuit, Diana tuos.*
> *Tua si gratus numina cultor*
> *Tulit in saltus* ——— ———

& Valerius M. *Prisco etiam instituto rebus Divinis opera datur, cum aliquid commendandum est precatione; cum exposcendum voto, cum solvendum gratulatione, cum inquirendum vel extis vel sortibus impetritio, cum solenni ritu peragendum, sacrificiis* [22]; nec non Ovidius [23]

> *Dignane cui grates ageret, cui thuris odorem*
> *Ferret Adoni sui? nec grates immemor egit,*
> *Nec mihi thura dedit.* ——— ———

& alibi (25)

> *Nunc pro Cæsaribus, superis decernere grates,*
> *Albave opimorum colla ferire boum.*

Ratio in obscuro haud est, quippe dependentiam suam a summo quodam Ente innumeraque, quibus ab eo afficiebantur, beneficia luculenter sentientes, officio suo hisce aliisque ejusmodi conatibus defungi studebant.

IV. Eadem, licet longe alio nixa fundamento, populus vero Deo unice quondam fœderatus in toto innumerarum pene victimarum apparatu fusoque cruore, in omni Ceremonialis cultus Legumque positivarum onere deprehendere sibi visus est, indeque omnia quæcunque bona ei solum deberi, ac ad illum ceu fontem omnium Divitiarum referenda esse agnovit. Ita loquitur Philo [25] ἅμα μέντοι καὶ δόγμα εἰσηγεῖται πάνσοφον, ὅτι μόνος Κύριος ὁ Θεὸς πολίτης ἐστὶ, πάροικον δὲ καὶ ἐπήλυτον τὸ γενητὸν ἅπαν. δωρεᾶ δὲ ἀπογρῶσα σοφοῖς ἀνδράσι πρὸς τὸν μόνον πολίτην Θεὸν ἀντεξετασθεῖσιν, καὶ παροίκων λαβεῖν τάξιν. h. e. *Simulque introducitur dogma Sapientissimum, quod solus Dominus Deus civis est, omnis vero Creatura inquilina & advena; donum autem gratuitum sufficit sapientibus Viris ad solum Deum collatis ceu Civem, quod in advenarum & inquilinorum ordinem recepti sunt*. Nec male, *causam moralem* enim in tot tamque splendidis a summo legislatore latis præceptis de variis extra reatum ullum commissum offerendis victimis, cernere aliam vix licet, quam obligationem hancce communem gratum testandi erga Summum Numen animum; Imo tres illi רגלים s. solennes anniversariæ Feriæ, quarum pompa adeo sollerter a Mose divino jussu præscripta, moralem rationem habuere præcipuam trium insignium Dei O. M. benefactorum reminiscentiam, deque iis debitam persolvendi gratiam. Ita peculiarem invenimus hanc rationem, *moralem* scil. in Lege illa qua Israelitæ jussi Jehovæ in Paschatis Feria offerre manipulum Primitivarum Terræ frugum sc. messis suæ; sane haud dubie ad impetrandam totius messis Divinam be-

benedictionem, gratumque animum testatum faciendum pro Terræ ipsis Divinitus concessæ uberrimo proventu; Quam Legem altioris indaginis dignissimam, si quæ alia, uberius explicandi operæ pretium erit.

(1) Lib. de victim. offer. p. m. 850. edit. Colon. 1692.
(2) Psal. 50. 23.
(3) Psal. 69. 31.
(4) Psal. 107. 22.
(5) Hos. 14. 3. Heb. 13. 15.
(6) Psal. 116. 12. 13.
(7) Psal. 50. 13. 14.
(8) Psal. 51. 19.
(9) 1. Thess. 5. 18.
(10) Ephes. 5. 20.
(11) 1. Pet. 5. 2.
(12) Lib. non posse suaviter vivi sec. Epicur. pag. 1097. edit. Wechel. 1599.
(13) Lib. 1. de benefic. pag. 269. edit. Plantin. 1615.
(14) Lib. 4. de benef. pag. 316.
(15) Epistol. 81. pag. 541.
(16) Lib. 3. de benef. pag. 298.
(17) (18) De Vita Mosis pag. 715.
(19) Epistol. 95. pag. 604.
(20) Lib. 2. de benef. pag. 286.
(21) Seneca Hippolyt. Act. 1. vs. 72. pag. 231. estit. 1728.
(22) Lib. 1. cap. 1.
(23) Metam. Lib. 10. vs. 681.
(24) Ex Ponto. Lib. 4. ep. 9. vs. 49.
(25) Lib. de Cherubim pag. 128.

CAPUT II.

§. I. *Verba Legis de Manipulo Frugum recensentur.* II. *Inquiritur in originem ac notionem vocis* עמר. III. *Num sit mensura, num merges frugum.* IV. *Orientales versiones quid sentiant.* V. *Quid Rabbini.* VI. *Quid notet* Δράγμα *a LXX. hic usitatum.*

I. PEricopa illa qua Lex nobis exponenda continetur extat Levitici cap. XXIII. a vs. 9. ad 14. cujus verba fideliter ad veritatem Hebraicam reddita sic sonant. Vs. 9. *Et alloquutus est Dominus Mosen dicens.* Vs. 10. *Loquere ad filios Israelis & dic eis; Cum ingressi eritis in terram quam ego dabo vobis, & messuri eritis messem ejus, afferetis Omer primitias messis vestræ ad sacerdotem.* Vs. 11. *Et agitabit illud Omer coram Domino ad acceptionem vestri, postridie Sabbathi agitabit illud Sacerdos.* Vs. 12. *Et parabitis eo die, quo agitabitis Omer, agnum integrum natura anni sui in holocaustum Domino.* Vs. 13. *Et munus ejus duas decimas similæ mistæ oleo, ignitum Domino odorem quietis, & libamen ejus vinum quartum hin.* Vs. 14. *Et panem & fruges tostas & spicam virentem ne comeditote ad illum ipsum diem usque, donec attuleritis oblationem Dei vestri; statutum perpetuum hoc generationibus vestris in omnibus habitationibus vestris.* LXX. Seniores ne in verbulo fere ab Originali Textu recedunt, ita nec Onkelos, nisi quod loco ממחרת השבת reddit מבתר יומא טבא. Versionis Syriacæ nec non Arabicæ emphases commodius magis suo quasque loco exponemus.

II. Ne autem sine methodo procedamus, ante omnia pauca quædam de vario usu vocis עומר proponenda erunt. Multa circa illam traduntur a Celeberrimis Lexicographis, Buxtorfio, Coccejo, Goussetio, Castello, Robertsono, &c. quorum vestigiis summam quod spectat rerum, hic inhærebimus. Ambiguos videmus Interpretes, num hæc vox accipienda sit *definite* pro certa mensura עומר dicta, qua utebantur olim ad arida præcipue grana metienda, itaque Latine loquenti retinenda sit originalis vox; num vero intelligi debeat *indefinite* ac reddenda per *manipulum*, *merges* &c. In Lingua Hebræa extat radix עמר a qua עומר omni absque dubio derivandum, ea notat *meruit*, *emeruit*, *stipendia merere*, *laborare pro mercede ad instar mercenarii*, hinc *mereo* & *mereor* cum compositis; in Conjug. *Kal.* quidem in S. Literis non occurrit, in *Pihel* est עמר *manipulos fecit*, *meruit pro mercede*, Ps. CXXIX. 7. in *Hitpahel* est התעמר *deserviri*, *commodum ex re percipere*, *lucrum captare*, *quæstum ex re facere*, Deut. XXI. 14. XXIV. 7. idque Celeb. Coccejus putat deducendum a עמר, quod, quia sit fructus ita opera vel merces operæ; nescio an sat accurate, satis enim sponte a עמר hicce significatus fluit; inde עמר vox duplicis significationis *mensuræ* & *manipuli*, Magistris scribitur עומר utroque sensu, secus ac in S. textu. In Lingua Chaldaica usus radicis עמר non superest uti in Hebræa, pro verbo enim in duobus Deuteronomii locis usurpato התעמר a Chaldæo redditur תתגר & יתגר a verbo Cald. תגר & תגר *negotiari*, *mercaturam exercere*, vox tamen עומרא & עומר cum vau etiam utroque venit sensu, inde etiam מעמר *manipulos colligens* plane uti Hebr. Ps. CXXIX. 7. עמיר & עמירא *onustus manipulis messis*, item *gramen*, *fænum*, uti Syriacum ܥܡܝܪܐ 1. Cor. III. 12. pro Hebr. חציר. Syriasmus nobis exhibet vocem radicalem ܥܡܪ *habitavit*, *habitare fecit* a qua ܥܡܪܐ *lana* & *bombyx* item ܥܡܪܬܐ *habitatrix*, ita & Samaritanum עמר *subjecit*, &

עמר

עמר *vinum*, *merum*, etiam *instrumentum musicum*, & עמר *fermentum*, *alimentum* &c. quæ tamen forsan melius a חמר derivanda. Arabes dicunt عمر *coluit*, *instauravit*, *serviit* عامر *incolens*, *agricola*, & عمار *terra habitata*, *instauratio* معمر *mansio ampla circa aquam & pabulum*. Syrus Interpres illud עמר ראשית קצירכם reddit accurate per ܟܦܐ ܕܪܫܝܬ ܚܨܕܟܘܢ *manipulum initii messis vestræ*; vox ܟܦܐ est a verbo radicali ܟܦ & ܟܦܦ *incurvatus est*, unde ܟܦܝܦܐ *intortum*, *inclinatus & curvosus ex senectute*, ܟܦܝܦܘܬܐ *incurvatio* ܟܦܝܦܬܐ *demissum*, *gibbosum*, & denique nostrum ܟܦܐ in plur. ܟܦܐ *palma manus*, *vola*, *manipulus*, *fasciculus*, quem quis metendo manu adprehendit, item *calix*, a cavitate & curvatura, uti Apoc. XIV. 10. ubi Cl. Carol. Schaaf mendum (1) statuit putans forte legendum esse ܟܣܐ, vox tamen hac forma reperitur in V. T. versione Syriaca Num. VII. 14. 20. 26. & in plurali Exod XXV. 29. Num. IV. 7. &c. Arabibus كف in pl. كفف dicitur *vola manus*, *palma* Gen. XX. 5. & *manipulus*, *pugillus*, quantum manu comprehendi potest, hoc vero loco usurpant vocem جمير quæ itidem *manipulum* præsertim messoris denotat.

III. Quæstio quidem, ut fatear verum, tanti mihi non videtur momenti, ut multo labore desudandum sit, num vox de mensura granorum, num vero de messoris manipulo sit accipienda, utrumque enim sano stare potest sensu; עמר, uti e Scriptoribus, qui de mensuris Hebræorum tractant, in vulgus notum, erat mensura sæpissime in ritubus S. cultus adhibita, quippe expresse a Deo præscripta, vid. Exod. XVI. 16. 22. 23. 33. 36. continebat decimam *Ephæ* partem, uti hæc decimam τȣ̃ חמר ac vocatur עשרון Num XV. 6. XXVIII. 13. inde ait Philo ὡς ἄρα τὸ γόμορ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν, *quod Gomer erat decima pars trium mensurarum*, (2). Sat convenit cum *Chœnice Attica* de qua Suidas ἡ γὰρ Χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή *Chœnix cibarium est diurnum*, quamque Homerus pro pane & cibo ipso ita sumit (3).

— Οὐ γάρ ἄεργον ἀνέξομαι ὅς κεν ἐμῆς γε
Χοίνικος ἅπτηται καὶ τηλόθεν εἰλήλουθώς.
— *Non enim otiosum tolerabo qui meum*
Modium attingit, licet & procul venerit.

Licet enim Hieronymus dicat [4] *Gomer* trium Chœnicum Atticarum fuisse, non tamen facile fidem inveniet, quia expresse *Gomer* a Deo statuta erat mensura colligendæ viritim Mannæ singulos in dies Exod. XVI. quod admodum Chœnici simplici non triplicatæ convenit; Hebræorum *Gomer* capiebat quantum XLIII. ova & quintam insuper ovi partem, cum *Epha* contineret CCCCXXII. ova. Nil vero inde obstat quin hoc in loco significationem *manipuli* alteri præferam, præcipue inductus S. Textus authoritate, qui ab hac notione neutiquam abhorret; Ita in locis Job XXIV. 10. & Ruth. II. 15. ubi in plur. occurrit, sine dubio accipienda est hæc vox pro *manipulo*; vox ei affinis & consona est עמיר Jerem. IX. 21. Amos II. 13. Mich. IV. 12. Zach. XII. 6. quæ pro manipulo semper ab interpretibus accipitur & tali quidem quem messor una vice demetit.

IV. In censum jure merito pro nostra expositione vocamus Veteres S. Codicis Versiones. LXX. Seniores hoc loco עמר reddunt per τὸ Δράγμα ita & Ruth. II. 15. cum tamen Exod. XVI. & alibi passim, ubi עמר de mensura usurpatur vocem originalem retinentes reddunt γομόρ; ita & Interpres Syrus in locis Exod. XVI. adhibet vocem ܟܝܠܗ vs. 16. & vs. 22. in plur. ܟܝܠܝܢ quæ significat *mensuram* unamquamque. Arabs autem, in locis Exodi utitur voce المرزبي *Marzoban* quæ est عشر الويبة *decima pars Vaibæ*; quæ si rite expendantur non minimi reperientur esse ponderis; quibuscum etiam sollerter conferri velim ea quæ infra in expositione ritus circa hanc oblationem observati differuntur.

V. Celeb. Judæus R. Salomo aliter quidem hanc vocem accipit quando scribit עומר עשירית האיפה כך היתה שמה כמו וימדו בעומר וכו׳ *Omer. Decima pars Ephæ, ita nomen ejus, veluti* (accipitur eo in loco) *& metiebantur tum Omer*. Ita quoque Rabi Salomo ben Melec, העמר מדה *Omer est mensura*. (6) Ita Abarbanel ושם עומר היא מלשון ותצנו מעמר והוא חבור שבלים שיבא מהם עשירית האיפה שהוא מדת העומר וצוה שזה יהיה ראשית קצירם לפי שהיו בכורי השערים ליהוה i. e. *Et nomen τȣ̃ Omer est ex lingua* (Sancta) *& ii qui aliter sentiunt* (derivant illud) *ex* עמר (manipulos fecit) *estque coacervatio spicarum ex qua fit decima pars Ephæ, hocque est mensura τȣ̃ Omer, & præcepit quod id esse debeat pro primitiis messis eorum, eo quod primitiæ hordeorum sint Domini*

ni (7); Litem vero totam ipſemet Abarbanel non adeo obſcure dirimit, quando poſt pauca interjecta ita fatur. ראוי לפרש העומר הנזכר כאן שהוא אלומה אחת משעורים שיצאו ממנה בהשערה טובה עומר עשירית האיפה: ולכך אמר והניף את העמר שהוא כמו ושכחת עומר בשדה: *Conveniens eſt exponere jam memoratum Omer hoc modo; quod ſit faſciculus ſegetis unus ex hordeo, quem ſeparaverint ex eo æqua æſtimatione Omer ſcil. decimam Ephæ partem; ac propterea dicitur*, & agitabit Omer, *quod eſt ac ſi hoc Omer acceptum foret ex agro*. Ni maxime fallor vult dicere, acceptum demeſſumque fuiſſe manipulum ex ſegete, ac exinde parata grana & ſpicas, vel potius decerpta, donec explerent menſuram *Gomeris*, quæ itaque accipi poſſet ac ſi ipſamet ex agro petita fuiſſet, quod ſic ſe habere infra ex offerendi ritu patebit; quare & vertere *manipulum*, licet authoritas Magiſtrorum Synagogæ parumper obſtare videatur, non liceat, hactenus non video, quum & ipſa menſura *Gomer* hoc in negotio pro meſſoris Manipulo reputata fuerit; unum ergo æque ac alterum firmo ſtare poſſe talo inde elucet, parumque intereſt, num reddatur per *Omer* num vero per *manipulum*, quamvis poſteriorem notionem priori præferre malim.

VI. Vox Δράγμα ab Alexandrinis Intt. uſurpata, quid proprie denotet ex Græciæ Scriptoribus petendum. Inſtar omnium erit Jul. Pollux, ubi agriculturæ terminos recenſet ita fatur inter alia (8) μάλιστα δὲ ἐπὶ ἐλαιῶν ἔτως ὀνομάζεται. εἶτα δράγματα, ἀμάλαι, φυτεύματα, μοσχεύματα, πηπεύματα. i. e. *Quam maxime ad oleas referuntur*, (germina ſcil.) *deinde manipuli, ordei manipuli, plantæ, ſtolones, hortenſia*; alibi autem præciſe originem ejus vocis indicat (9). ἡ δὲ συνεχὴς τῶν χειρῶν συναγωγή, πυκνῶς εἰς πλῆθος ἐπιφερομένων, πίτυλος καλεῖται. τὸ δὲ ἔνδοθεν, δράγμα. ἀφ' ὧ καὶ τὸ τῶν ἀσαχύων, καὶ δράξ, καὶ δράκος, καὶ δράττεσθαι, καὶ ἐπιδράττεσθαι. *Frequens vero manuum converſio crebro circumlatarum* πίτυλος *vocatur*, *& quod interius eſt* δράγμα *unde & interior ſpicarum pars nomen habet, & pugnus, & pugnis arripere, & pugnos inferre*. Videtur ergo ſecundum hunc Grammaticum δράγμα dici tam de interiore parte ſpicarum quam de manipulo ſpicarum manu prehenſo, quamvis hanc notionem magis in uſu fuiſſe patet, ita enim dictus frugum faſciculus, quia interiori manus parte prehenſus ac quaſi ligatus fuit; Ita Græci vocem δράγμα explicant, ὅσον περιλαμβάνει τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ὁ θερίζων. *Quantum prehendit ſiniſtra manu meſſor*, nec non Δράγματα δέσμας καὶ ὅπερ ἡ χεὶρ δράξεται, *ſunt faſciculi quantum ſcil. manus prehendit:* (10). De voce hac uti apud Callimachum occurrit in deſcriptione Sacrorum Apollinis Delii infra videbimus, hic tantum nobis conſtare volui, Alexandrinos עומר explicare per *manipulum*, faſciculum ſ. mergetem frugum, non vero per *menſuram*, quod ex allatis ſat liquet.

(1) Lexic. Syriac. ad h. voc. quærendæ erud. grat. pag. 438. v. 27.
(2) De congreſſu.
(3) Odyſſ. lib. 19.
(4) De nom. Hebr.
(5) Ad Levit. 23. v. 10.
(6) Miclal Jophi ad h. loc.
(7) Comment. in Leg. fol. 210. col. 3. edit. Hanov. 1710.
(8) Onomaſtic. lib. I. ſegment. 222.
(9) Lib. 2. ſegm. 147.
(10) Gloſſar. Vet.

CAPUT III.

§. I. *Diſſenſio Judæorum Rabbanitarum & Karæorum circa Paſcha ac fere omnia Feſta*. II. *Circa Pentecoſten, diem Expiationum, ac Tabernaculorum Feriam*. III. *Scommata illorum in hos*. IV. *Diſſenſus circa diem oblationis Omer, ex Aben Eſra &c*: V. *Sententia Miſchnæ & Commentatorum*. VI. *Eorundem & Libri Kolbo*. VII. *Abarbanelis & R. Salomonis*. VIII. *Aben Eſræ & Gerſonidis*. IX. *Maimonide, Bechai &c*. X. *Argumenta pro ſententia Rabbanitarum ex Abarbanele*. XI. *Ex Maimonide, Bechai ac Seder Olam*. XII. *Ex Aben Eſra & Gerſonide*. XIII. *Sententia Fl. Joſephi & Philonis*. XIV. *Noſtra* ἐπιχείρησις *pro Rabb. opinione*. XV. *Phraſeos* poſtridie Sabbathi *expoſitio*. XVI. Sabbathum *dici &* Ferias Solennes *probatur e verbis Magiſtrorum*. XVII. *Ex S. Epiphanio*. XVIII. Sabbathum *apud Gentilium Scriptores quo ſenſu occurrat*. XIX. *Quo tempore mandatum de Omer obſervari juſſum ſit*. XX. *Diſſentit a cæteris Magiſtris Aben Eſra*.

I. Hiſce paulum excuſſis accedimus ad tractationem ipſius oblationis Omer; primo quidem loco diſpiciendum erit tempus huic ritui præſtitutum, ubi ingens ac varie intorta nobis ante omnia ſolvenda erit quæſtio ac lis acerrima dirimenda. Verba S. S. Le-

Legiſlatoris , quæ tempus hocce ipſi gratum ac ſelectum commemorant, expreſſa ſunt Phaaſi ממחרת השבת v. 11. cujus prætexta ambiguitas anſam dedit Interpretibus, præſertim Judæis, in varia abeundi ; Stante Templo ſecundo acerrime digladiatos cernimus Rabbanitas cum *Karæis* , uti de tempore ſtato fere omnium dierum feſtorum, ita præſertim de hujus ſolennitatis die legitimo; de qua tam celebri contentione ad intellectum ſequentium neceſſo neceſſius quædam prægustanda erunt . Quoad Neomenias cenſuere Rabbanitæ, feſtum ejus celebrari deberi בחשבון *ex calculo Aſtronomico* , Karæi id figebant בראייה *ex apparitione* novæ Lunæ , adverſariis exprobrantes, eos ſacrificium Novilunii aliquando offerre adhuc Luna vetere , vel ſaltem antequam de apparitione novæ certo conſtet, qui tandem Karæorum mos ſub Templo ſecundo quodammodo prævaluit; hac vero ex altercatione nata fere omnia circa reliquas Ferias diſſidia, ob incertudinem ſupputationis , quæ peti a curioſo Lectore amplius poterunt ex Cl. Houtingii Commentario in Roſch Haſchana [1] Nec minus contendebant de tempore quo cremandæ reliquiæ cœnæ Paſchalis ; Schola Hillelis ſtatuit quod hæc crematio fieri debeat die XVI. Niſan , & Karæi eam peragebant die XV. Ita diſſentiebant de tempore mactationis agni Paſchalis התורה האחת הם חכמי הקראים אומרים שהפסח היה נשחט אחר שקיעת השמש : *Opinio una erat Sapientum Karæorum dicentium , quod Paſcha ſit mactandum poſt occaſum ſolis* [2] והתורה השנית הם בית הלל שאמרו שבין הערבים הוא משעת נטות השמש לפאת מערב. *Opinio ſecunda erat Scholæ Hillelis, dicentis , quod inter duas veſperas ſit ab eo tempore quo Sol inclinat ad plagam Occidentalem*; Sic controverſum erat de Perſonis ad quas ſpectaret oblatio Paſchatis , de quibus idem ita . אמנם בית הלל חייבו הנשים בהקרבתו וכו' סוף דבר חכמינו עליו השלום פסקו ואמרו שזה אינו חיוב אלא לזכרים הגבורים. *Domus Hillel utique obligat mulieres ad ejus oblationem &c. ſed ſumma rei eſt, ſapientes noſtros f. m. decidiſſe ac dixiſſe , nullos ad hoc teneri, niſi mares pubertatem jam adeptos.*

II. Circa initium 7. hebdomadarum ad Feſtum uſque Pentecoſtes numerandarum , magnum cernimus diſcrimen natum ex alio circa diem offerendi Omer diſcrimine ; Nec melius conveniebat inter eos de magna Expiationum die, Karæi nimirum Rabbanitis objiciebant , quod dies qui revera nonus ſit menſis Tiſri pro decimo nonnunquam ab illis celebretur , ita garrientes והם מקשים להם בראייה ירח תשרי אין צמתם צום כפור בתשעה בתשרי & *illi* (Karæi) *difficultatem objiciunt his ex apparitione Lunæ in menſe Tiſri* [dicentes] *num jejunatis jejunium diei expiationum nono die menſis Tiſri* [3] quam vehementer vero prælia miſcebant circa miniſterium ſummi Pontificis magno hoc die obſervandum , num ille debeat Thymiamata prunis imponere jam ante velum , priuſquam pedem Sacroſancto inferret, num vero poſt velum demum , cum jam coram Schechina appareat, quod Maimonides ſat fuſe enarrat ubi dicit , quod ſub Templo ſecundo Secta Sadducæorum Legem Oralem rejiciens cenſuerit, ſuffitum diei Expiationum adolendum eſſe extra Velum in Sancto , nubemque , in qua Deus ſe conſpiciendum præbuerit , eſſe nubem ſuffitus adoleti in Sancto; e contra vero Sapientes docuiſſe , non dari ſuffitum niſi in Sacro Sancto coram arca fœderis; quare & nonnunquam ſoliciti, ne forte ſummus Pontifex imbutus Sadducæorum principiis contra morem legitimum ſuffitus Sacra perageret, adjurarint illum veſpera Jejunii ſolennis per nomen ejus qui in Templo habitabat, ne mutaret quædam in illius diei miniſterio [4] Ita & circa Tabernaculorum Feſtum non levis orta fuit contentio , inter alia de לולב , quarum ſcil. arborum frondes ad faſciculum illum adhiberi conveniens ſit Legi , nec non de menſura tuguriorum , & de ניסוך המים , quem ritum Karæi parvi pendebant , quod ex hiſtoria Sacerdotis Sectæ illorum addicti adparet , qui aquam in atrio Templi ſibi datam, hunc morem contemnens ſive improbans, ad pedes ſuos effudit, ea propter a populo indignante malis citeris , quæ pro feſti ritu quiſque in manu geſtabat , male mulctatus, [5]

III. Præcipua hæc Karæorum ſ. Scripturariorum cum Rabbanitis S. Traditionariis contentionis capita quoad cultum , quoad dogmata enim longe plura majoriſve erant momenti , quæ ob penuriam monumentorum Literis a Karæis mandatorum , vel potius ob temporum injuriam ac invidiam Rabbanitarum ex horum plerumque ſcriptis hauriuntur; Lector amplius de iis informari cupiens adeat Clar. Triglandium (6) & Celeb. Philologum Joh. Criſtoph. VVolfium (7) Odium vero mutuum Karæorum & Rabbanitarum ita horren-

rendum in modum exarsit, ut illi ab his petulantissimis petantur Scommatibus, ita Liber MSc. Karæi cujusdam indicat [8] se vocari a Judæis Rabbanitis ירושלמין *Hierosolymitanos*, ob immensum Templi & urbis S. etiam post eorundem eversionem. שמותיין *excomunicatos*, צדוקין *Sadducæos*, *Baithosæos*, *Hæreticos*, & ita sæpissime vocantur *Epicuræi*, *Cuthæi*; Maimonidi vulgo audiunt *Sadducæi*, ac quandoque eos confundere videtur cum veris ac stricte sic dictis, ita enim postquam de Sadducæorum ortu verba fecit, de Karæis inquit, *in his regionibus*, Ægypto &c. *vocant eos Karaitas, at nomina eorum apud Sapientes sunt, Sadducæi & Baithosæi* (6) Aben Esra quando modestia utitur vocat eos חולקין על אבותינו *dissidentes a Patribus nostris*, quando vero acriori utitur calamo illi audiunt המכחשים *mendaces*, uti & vulgo Abarbanel illos compellare; adeo

Pygmæi Fratres inter se prælia miscent.

IV. Disputatio eorum circa legitimum tempus oblationis Omer nata est ex ambiguitate Phraseos ממחרת השבת Karæi illam exponebant de septimo hebdomadis die f. Sabbatho inde a creatione instituto, quem vocabant שבת בראשית; Rabbanitæ vero de die Festo sive primo Azymorum illam accipiebant. Primo audiendus nobis est dissensus, dein vero rationes & probationes Rabbanitarum: Karæorum enim partim iguorantur, partim nituntur simplicitate prætensa verborum hujus præcepti; Ita fatur Aben Esra [10] ממחרת שבת אמרו חכמים זכרונם לברכה ממחרת יום טוב והמכחישים אמרו שהוא כמשמעו והמאמינים הביאו ראיות משנת השמיטה היובל והצום הגדול ויום תרועה שכתוב בו שבתון: *Dicunt Doctores nostri f. m. quod postridie Sabbathi sit postridie diei Festi, mendaces vero* (Karæi) *dicunt quod hoc sit sumendum secudum sensum Literalem* (vocis Schabbath) *Veraces vero* [Rabbanitæ] *inducunt, accipi illud quoque de anno intermissionis & Jubilæi, de jejunio magno & de Festo Pentecostes, de quibus scriptum est quod sint Sabbathum*. Ita Doctissimus Thalmudis Commentator R. Mose fil. Maimon [11] cujus verba ex versione Cl. Surenhusii Latine sic sonant; *Illi* [Sadducæi] *credunt, Sabbathum memoratum esse Sabbathum cujus mentio facta est in creatione, & manipuli messem fieri debere egrediente hoc Sabbatho, oblationem vero necessario die primo septimanæ, uti Cuthæi aliique Hæretici in hodiernum diem usque statuunt; sapientes autem nostri dixerunt, id, quod hoc loco dicitur*, postridie Sabbathi, *intelligendum esse de altero die post Festum, & quod die primo Paschatis præterito manipulus meti debeat*. Ita alius Commentator ait (12). *Quare hæc omnia interrogabant? Ob Baithosæos & Sadducæos, qui dicebant, messem manipuli non fieri in fine diei Festi, sed in fine Sabbathi, quia scriptum est* (Lev. XXIII. 15. *& numerabitis vobis a postridie Sabbathi, ubi per Sabbathum intelliguut illud quod in creatione institutum est*.

Idem cum Schola Karæorum sentiebant Samaritani traditionibus Rabbanitarum æque ac illi incensi, imo adhuc reliquiæ eorum recentiores ac moderni Samaritani eandem tenent opinionem, quod ex eorum epistola ad Josephum Scaligerum data a Synagoga Sichimitana adparet, quæ a Morino in Latinum idioma translata inter alia hæc habet; *Azymorum Festum ultra 7. dies non extenditur, tumque Festum celebramus ad montem Gerizim, illum mane ascendimus cum lectione, atque ab eo tempore Israel occupatur in Lege, & postea precamur, precibusque absolutis benedicit Sacerdos magnus benedictione magna super caput Israelis, deinde numeramus 50. dies postridie Sabbathi, quod unum est e 7. diebus Azymorum, usque ad crastinum Sabbathi septimi; Festum autem istud Festum est messis; sed Judæi numerant a crastino sollennitatis Paschatis, in solennitate autem Festi messis feriamur quoque 7. diebus ut in Festo Azymorum*. Eadem ad eundem scripsere Samaritani in Ægypto degentes in urbe *Cairo*, licet paulo sint obscuriora; *Contigit præterea & celebratur quotannis Pascha in monte Gerizim per manus Sacerdotis magni Eleazari filii Pinchas de semine Pinchas filii Aharonis Sacerdatis, 14. die mensis primi; Postea facimus Festum septimanarum, ipsum autem obsignatio est sigillum numeri 50. dierum, & Sabbathum Amalekitarum & non congregationis, & dies lectionis* (13).

V. Hæc quoad dissidium inter utramque Scholam, enumerandæ nunc nobis erunt rationes Rabbanitarum propriis eorum verbis; & quidem ad unum omnes tempus huic *oblationi* præstitutum, vel potius ejusdem *demessioni* ac *collectioni*, clamant esse diem primum Azymorum; ita loquitur Misna [14] רבי ישמעאל אומר העומר היה בא בשבת משלש סאין ובחול מחמש וחכמים אומרים

אחד בשבת ואחד בחול משלש היה
בא רבי חנניה סגן הכהנים אמר בשבת
היה נקצר ביחיד ובמגל אחד ובקופה
אחת ובחול בשלשה ובשלש קופות
ובשלש מגלות וחכמים אומרים אחד
בשבת ואחד בחול בשלשה ובשלש קופות
ובשלש מגלות: id est *R. Ismael dicit, Omer trium satorum in Saabatho offerebatur, & in die profano quinque; sapientes dicunt, tam in Sabbatho quam in die profano offerbatur e tribus satis; R. Cananjah Princeps Sacerdotum dicit, in Sabbatho eum metebat privatus ope unius falcis & unius canistri, sed die profano tres metebant cum tribus canistris & tribus falcibus; sapientes autem dicunt, tam in Sabbatho quam die profano tres metebant cum tribus canistris & tribus falcibus*; unde Magistrorum sententia evidenter adparet, manipulum stricte postridie Paschatis fuisse collectum, sive tunc dies ille caderet in Sabbathum seu in alium quemcunque hebdomadis diem; ad Misnæ verba allata ita differit Maimonides; *Manipulus decima sexta nocte mensis Nisan duntaxat metebatur, uti expositum est aliquoties in tractatu de Sabbatho; sic etiam dictum est quod omnia præcepta, fixum aliquod tempus habentia, Sabbathum ac immunditiem pellant*; ita idəm alibi (15) וזמנו קבוע
ולפיכך דוחה את השבת ואת הטומאה
huic erat statum tempus, idcirco pellebat Sabbathum & pollutionem; & Obad. de Bartenora ita exponit verba allegata
העומר היה בא בשבת כשחל ששה
עשר בניסן להיות בשבת העומר דוחה
את השבת שכל קרבן שזמנו קבוע דוחה
את השבת ואת הטומאה: *Cum* 16. *dies mensis Nisan in Sabbathum incideret, tum manipulus messis jura Sabbathi pellere poterat, omne enim sacrificium fixum tempus habens pellit quietem Sabbathi & pollutionem*.

VI. Ita alibi Maimonide (16) *Lex vero* [Lev. XXIII. 15. *dicit*, & numerabitis vobis a postridie Sabbathi, & *postea addit*, perfectæ erunt, *at non erunt perfectæ* (septimanæ) *nisi quis inceperit computare inde a principio noctis, quia dies incipit a principio noctis; præterea dicit* [Deut. 16. 9.] quando falx in messe incipit, incipies computare, *hinc probatur messem manipuli fieri ea nocte, uti traditione accepimus*; atque eodem loco Bartenora ומסורת בידינו
מאבותינו דהאי ממחרת השבת היינו
ממחרת יום טוב ראשון של פסח בין
שחל בחול בין בשבת וכן מצינו בספר
יהושע (פרק חמש פסוק אחד עשר) ויאכלו
מעבור הארץ ממחרת הפסח מצות וקלי
וגו׳ ומאחר שתלה היתר החדש במחרת
הפסח הדבר ברור שמחרת הפסח הוא
המתיר את החדש ובו קוצרים העומר
בין שחל יום טוב ראשון של פסח בחול
בין שחל להיות בשבת. id est *Sed nos a patribus nostris accepimus istum locum de secundo die Festi Paschatis esse intelligendum, sive iste dies in Festum sive in Profestum inciderit. Ita enim invenimus in Libro Josua* [cap. V. v. 11.] *& comederunt de proventu terræ a mane Paschatis Azymum, & tostum, &c.* [Lev. XXIII. 14.] *panem & tostum ac virentem non comedetis usque ad illum & quia permissio proventus* [novi comedendi] *dependet ab altero die Paschatis, & iste dies messem manipuli licitam reddit, sive dies iste in Sabbathum sive in diem profectum inciderit*; Propterea messores alta voce clamabant, ut Baithosæi audirent hoc negotium peragi & opinionem suam desererent.

Eadem quoque invenire licet in rituali Judæorum Libro *Colbo* qui hunc in modum differit; בליל שני של פסח
אחר תפילת ערבית מתחילין לספירת
העומר והוא תחלת יום ששה עשר
בניסן בלילה מניין לעצרת שיש לה
תשלומין כל שבעה. *a nocte secunda Paschatis post preces vespertinas incipiunt computationem* (7. hebdomadarum] *manipuli, & hoc fit initio diei* 16. *mensis Nisan nocte* (ingruente) *numerant enim ad Festum Pentecostes usque dum absoluta sit tota septimana* (hebdomadarum septem).

VII. Eadem cum his sentiunt Judæorum Magistri Legis Divinæ Commentatores; ita If. Abarbanel (17) ואמנם
אמרו ממחרת השבת המועד הראשון של
פסח נקרא שבת כמו שנקרא יום
תרועה שבתון ולהיות היום הראשון של
פסח ראש למועדים נקרא היום ההוא
מחג הפסח השבת בהא הידיעה כי בו
שביתת המלאכה הראשונה שבמועדים
ואין לפרש ממחרת השבת כדברי
הקראים הטועים שהוא ממחרת שבת
בראשית כלומר היום הראשון מהשבוע
שיבא אחר הנפת העומר וכן וספרתם
לכם ממחרת השבת שמשם תהיה
הספירה. *Et profecto dicunt postridie Sabbathi esse statum conventus publici diem primum Paschatis, vocatur enim Sabbathum uti quoque vocatur dies Pentecostes Sabbathum eratque primus dies Paschatis principium conventuum Sacrorum, vocaturque dies a Festo Paschatis* Sabbathum hoc, *cum ille He demonstrativo, quia in illo ipso erat cessatio ab opere, primus quippe erat ex conventibus publicis; neque interpretandum est illud postridie Sabbathi secundum sententiam Karæorum errantium, quod sit postridie Sabbathi in creatione instituti, ac si dica-*

tur

tur dies primus Septimanæ, quæ incipit post agitationem manipuli, itaque dicitur & enumerabitis vobis a postridie Sabbathi, *eo quod abinde fieri debeat supputatio*. Ita R. Salomo ad h. l. ממחרת השבת ממחרת יום טוב הראשון של פסח שאם אתה אומר שבת בראשית אי אתה יורע איזהו. *Postridie Sabbathi* id est *postridie diei Festi qui est dies primus Paschatis, nam si quis diceret hoc esse Sabbathum hebdomadale quomodo id sciret?* Alio loco idem observat, cladem Assyriorum ante mœnia Hierosolymorum accidisse ipsa nocte manipuli (18) ומדרש אגדה תנופת קציר העומר עמדה לישראל כאותה מלחמה כי ליל ששה עשר בניסן היה. id est *& Medrasch Aggada* (perhibet) *quod agitatio messis manipuli steterit pro Israele* [auxilio fuerit ipsis] *in bello hoc, nam fuit nox 16 diei Nisan*.

VIII. Ita Aben Esra verba Magistrorum allegat [19] וחכם ברומי הביא ראיה ממחרת הפסח מצות וקלוי ולא ירע כי בנפשו הוא כי הפסח ביום ארבעה עשר וממחרתו יום חמשה עשר וכן כתוב ויסעו מרעמסס בחרש הראשון ולאכל קלי אסור ער עבור תנופת העומר והגאון אמר ששני פסחים הם פסח יהוה ופסח ישראל ופסח יהוה בליל חמשה עשר והנה מחרת הפסח ביהושע יום ששה עשר ויהיה פירש וממחרת הפסח הכתוב בתורה ממחרת זבח הפסח ולא אמר בלום כי לא נקרא החג פסח רק בעבור שפסח השם על הבתים וממחרתו הוא לבקר יום חמשה עשר וכן כתוב כל היום ובל הלילה וכל יום המחרת. id est *Et sapiens* Romanus *putat conveniens esse* (existimare) *quod a postridie Paschatis* [comederint] *placentas & tosta, sed non animadvertit quod hoc sit per se, quia Pascha celebratur die 14. & postridie ejus est dies 15. & ita scriptum est*, & profecti sunt e Raemeses mense primo, *& comestio tostorum vetita est usquedum peracta sit agitatio manipuli; & R. Saadia Gaon dicit, quod sint duo Paschata sc. Jehovæ & Israelis, & Pascha Jehovæ non veniat nisi die 15. & ecce postridie Paschatis per Josuam celebrati erat dies 16. quidam vero exponit illud quod postridie Paschatis scriptum in Lege sit postridie mactationis Paschatis Sacrificii, neque hoc probat aliquid, quia Festum ipsum non vocatur Pascha, tantummodo ea propter, quoniam Deus prægrediebatur domus Israelitarum, & postridie ejus est ipsum mane diei 15. & ita scribitur*, toto die ac tota nocte & toto die postero. Audiamus quoque quæ proferat Levi Gersonides qui sat dilucide totum petractat negotium, ולמרו שהבאת העומר היתה ביום שני של פסח שנאמר ממחרת השבת וזה השבת בהוכרח אם יום ראשון של פסח אם יום שביעי כי לכל אחר מהם שבת כמו שנזכר במה שאמר בספר יהושע שהוא ממחרת יום ראשון של פסח שנאמר ויאכלו מעבור הארץ ממחרת הפסח מצות וקלי. *Et discimus quod oblatio manipuli facta fuerit die secundo Paschatis, uti dictum est* postridie Sabbathi, *hocque Sabbathum necessario vel dies primus Paschatis vel dies septimus est, unusquisque enim horum cessationem mandat ab opere, uti hæc jam antea monuimus; & vide explicatur hinc quod dicitur in libro Josuæ, quod illud* postridie *sit dies primus Paschatis, uti dicitur, & comederant de proventu terræ postridie Paschatis placentas & tosta*.

IX. Eadem plane asserit Doctus Legis Commentator Rabi Bechai (20) ממחרת השבת יניפנו הכהן. אין הכונה שבת בראשית אלא ממחרת יום טוב ראשון של פסח וכן תרגם אונקלוס מבתר יומא טבא והוא ששה ועשר בניסן אסרה תורה לאכול מן החרש זהו ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו וכו׳: i. e. *Postridie Sabbathi agitabit &c. non intelligitur Sabbathum in creatione institutum, sed postridie diei Festi primi Paschatis, & ita interpretatur Onkelos* post diem Festum, *& ille est dies 16. mensis Nisan, & usquedum expirasset dies ille Lex prohibebat comedere de novo proventu; i. e. nec panem nec tosta nec spicas virentes comedebant* &c. Unus e Commentariis minoribus Bibliis Buxtorfianis in editione Amstelodamensi adjectus hæc habet (21) ממחרת השבת. ממחרת יום טוב ראשון של פסח כדאמר ר׳ אלעזר בן רבי שמעון כתב ששה אחר אומר שבעת ימים מצות תאכלו וכתוב אחר אומר ששת ימים תאכל מצות הא ביצד יתקיימו שני כתובים הללו אלא בזמן שאין אתה אוכל בל שבעה מן הישן אכול ששה מן החרש הא מה אני מקיים ממחרת השבת ממחרת יום טוב: i. e. *Postridie Sabbathi: h. e. postridie diei Festi primi Paschatis uti dicit R. Eliezer filius R. Simeonis; unus S. Sæ. locus dicit*, 7. diebus placentas comedito, *& alius locus dicit*, 6. diebus comedito placentas, *sed vide quomodo stare possint hæc duo loca, scil. hoc tempore tu non comedes omnibus 7. diebus ex annona veteri, sed non nisi sex diebus vetitum erit comedere ex nova; quare ergo affirmavi postridie Sabbati esse postridie diei Festi*. Alius eorundem Interpretum hæc tradit (22) בכל מושבותיכם. איסור החדש ער עצם יום ששה עשר בניסן אף על פי שאין קרבן ולא מקרש: *In omnibus familiis vestris*.

Ve-

Vetitus erat novus proventus uſque ad ipſum diem ſextum decimum Niſan, licet non ſit ſacrificium, neque ſanctuarium. Quoque adſtipulatur his Majemonides quando ita differit (23) כל אסורין שאמרנו הן במיני נפש חיה ויש אסורין אחרים של תורה בזרע הארץ והן החדש וכלאי הכרם והטבל והערלה : החדש כיצד כל אחד מחמשה מיני תבואה בלבד אסור לאכול מהחדש שלו קודם שיקריב העומר בששה עשר בניסן שנאמר ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו : i. e. *Omnia probibita quæ diximus ſunt ex generibus animalium viventium; ſed ſunt vetita quædam alia ſecundum Legem ex ſemine terræ, illaque ſunt, proventus novus, & heterogenea vineæ, & fructus nondum decimati, & præputium* [fructus primorum 3. annorum ex arboribus] *novus proventus, id eſt unumquodque ex quinque generibus annonæ probibitum eſt ad comedendum antequam oblatus ſit manipulus die 16. Niſan, uti dicitur* & panem & toſta & virentia grana ne comeditote uſque ad &c.

X. Rationes nunc Magiſtrorum, quibus opinionem hanc ſuam probant inque quibus multum deſudant, paucis afferamus; Abarbanel hoc loco citato hoc modo ratiocinatur. לפי שהרי נאמר מהחל חרמש בקמה שהיא מאיזה יום שיהיה מהשבוע שיזרמן וכן נאמר וספרתם לכם ממחרת השבת ואיני ידוע מאיזה שבת אלא פירש ואמר מיום הביאכם את עומר התנופה שמזה היום יתחילו לספור שבעה שבועות תמימות שהם חמשים יום מיום ההבאה כמה שכתב מהחל חרמש בקמה תחל לספור שבעה שביעות . ואם היה ראשית הקציר מהחל חרמש כגון ביום השני מהשבוע ומאז לא יתחילו לספור עד ממחרת שבת יעברו אם כן ששה ימים ועוד שבע שבועות ולא יהיו אם כן כלם חמשים יום בחג השבועות אלא חמשים ושש ימים ואם לא תהיינה תמימות עד ממחרת השבת השביעית של תחלת חרמש שיזרמן ביום הששי לא יעלו ימי הספירה לחמשים יום אלא לארבעים וארבע ימים לכן אין לנו לזוז מדברי הקבלה הקדושה שקבלו הראשונים ממשה רבינו עליו השלום כי הם ידעו דרך יהוה שממחרת השבת הוא יום ששה עשר בניסן והנה נקרא יום חמשה עשר שהוא היום הראשון של פסח שבת : i. e. *Idcirco ecce quod dicitur*, ab eo quo incipit falx mitti in ſegetem, *quæ eſt ab hoc ipſo die qui venit in hebdomade quæ ſtatuta eſt, itaque dictum eſt*, numerabitis vobis a poſtridie Sabbathi, *ſed non noſcitur quodnam Sabbathum, ſed exponit illud* [Legiſlator] *quando dicit*, a die quo obtuleritis manipulum agitationis, *quia ab ipſo die inceperunt numerare 7. hebdomadas integras quæ ſunt 50. dies a die oblationis ejus, uti dicitur*, ab incipiendo mittere falcem in ſegetem incipito numerare 7. ſeptimanas; *Ac ſi fuit initium meſſis ab incipiendo immittere falcem e. g. die ſecundo hebdomadis, & tunc non incepiſſent numerare niſi die Sabbathi proxime ſequenti, omnino præteriiſſent ſex dies hac ratione; & porro 7. ſeptimanæ ſi ita ſeſe habebat* [ſcil. terminus numerandi a quo] *non comprehendebant 50. dies uſque ad Feſtum Pentecoſtes, ſed 56. dies, ſi vero* (hebdomadæ) *non fuiſſent integræ uſque ad poſterum diem Sabbathi ſeptimi, ab incipiendo immittere falcem ſegeti quæ ſtata erat die ſexto, non aſcendiſſent dies ſupputationis ad 50. ſed ad 44. dies; Idcirco nos non decet recedere a verbis Sacræ traditionis, quam acceperunt majores noſtri a Moſe Magiſtro noſtro ſuper quem ſit pax, illi enim noverant viam Jehovæ, quod poſtridie Sabbathi ſit dies 16. menſis Niſan, ſed videbis quod aliquando vocetur dies 15. eo quod ille ipſe dies eſt primus Paſchatis ac ſolemnis Feria.*

XI. Similia tradit Maimonides, præcipue ad majorum traditionem firmandam, niſus expreſſo Divino mandato de numerandis 7. hebdomadis integris a die quo oblatio hæc peracta uſque ad Feſtum recordationis latæ in Sinai Legis Divinæ. (24) מצות עשה לספור שבע שבתות תמימות מיום הבאת העומר שנאמר וספרתם לכם וגו׳ ומצוה למנות הימים עם השבועות שנאמר תספרו חמשים יום ומתחילת היום מונין לפיכך מונה בלילה מליל ששה עשר בניסן. שכח ולא מנה בלילה מונה ביום ואין מונין אלא מעומד ואם מנה מיושב יצא : *Præceptum eſt affirmativum numerare 7. Sabbatha integra a die oblationis manipuli, uti dictum eſt*, & numerabitis vobis a poſtridie Paſchatis 7. Sabbatha; *mandatum vero eſt numerare dies cum Septimanis, uti dictum*, numerate 50. dies, & *ex eo quo incipit dies numerant, idcirco numeratur cum nocte a nocte decima ſexta menſis Niſan; ſi vero quis per oblivionem noctu non numeraſſet interdiu numeret, jam non numerant niſi ſtantes, at ſi quis ſedens numeraſſet tamen legitimum foret.* Succinit R. Bechai ex majorum inſtituto talia tradens (25) והנה עקר המצוה הזאת שיתחיל לספור מיום ששה עשר בניסן שהוא תחלת קציר שעורים ויביא ראשית קצרו כרמל מנחה לשם יתברך ויקריב עליו קרבן המספר הזה ישלם בתחלת קציר חטים ואז יביא ממנו סולת חטים מנחה לשם יתברך ויקריב עליו קרבן : i. e. *Ecce vero fundamentum præcepti hujus* [numerationis 7. hebdomadarum] *eſt, quod in-*

inceperit computatio inde a die 16. Nisan, qui erat initium messis hordeorum, & afferebantur primitiæ messis illius, spica virens in munus Deo Benedicto, & offerebatur super illud oblatio, numeratio vero hæc absoluta erat initio messis triticeæ, & tunc pro illa offerebant similam tritici in munus Numini benedicto, & obtulerunt præter illam oblationem. Eadem invenire licet in majori Judæorum Chronico, recensito quippe Paschatis Festo post ingressum Israelitarum in Canaanis regionem celebrato, hæc adduntur, בששה עשר בניסן הקריבו בני ישראל את העומר שנאמר ויאכלו מעבור הארץ וגו׳ : *Sexto decimo die mensis Nisan obtulerunt Israelitæ manipulum, sequitur enim* (Jos. 5. 10.) & comederunt de annona terræ. (26)

XII. Ita differentem audiemus Aben Esram (27) ועוד אמר הגאון אם השבת כמשמעו מאי זה שבת נחל לספור כי שמונה עשר ימים הם שיש בהם קרבן מוסף ונקראו מועדים מלבד השבתות ואחר שיש קרבן ביום תנופת העומר לאות ולעד כי התנופה באחד מימות מועד האביב והנה שכח קרבנות ראשי חדשים שלא נזכרו ועוד כי הכתוב אמר כאלה תעשו ליום ששה ימים והיה ראוי שיחסר מלבד תנופת העומר גם זאת איננה טענה עלינו כי אנחנו נסמוך במצות על הקבלה : i. e. *Et præterea dicit Rabi Gaon, si Sabbathum intelligendum est literaliter, a quonam Sabbatho tunc incipies numerationem? octodecim enim sunt dies in quibus venit oblatio addititia, ac vocantur stata Festa seorsim præter Sabbatha; porro quoniam erat oblatio in die agitationis manipuli, erat in signum ac testimonium, quod agitatio hæc esse debeat in uno ex diebus stati Festi mensis Abib; sed ecce omisit oblationes in neomeniis factas, quæ non memorantur, idque quia Scriptura dicit, sicuti hæc facitote quotidie 7. diebus, ac videtur verosimile quod addiderit ad agitationem manipuli quoque hæc, quare non disputabimus, quia nitimur præceptis Traditionis.* Sat obscure Doctor Hebræus, paulo vero lucidius ratiocinatur R. Levi Gersonides uti solet [28] וכבר עשו הפסח בארבעה עשר יום לחדש בערב כמו שנזכר שם והנה היה יום ששה עשר בניסן מחרת הפסח כי בליל חמשה עשר היה נאכל והוא ממחרת השבת הנזכר בזה הפסוק ולזה הזכיר כי ביום ההוא אכלו מצות וקלוי כי כבר נאסר להם קדם הנפת העומר לאכול מחדש לחם וקלי וכרמל כמו שיתברך וכו׳ וזה גם כן לאות כי אמרו ממחרת השבת ירצה בו מחרת יום ראשון של פסח ולפי שהנפת העומר הוא ממחרת השבת והספירה שזכר זה היא גם כן ממחרת השבת מהחל חרמש בקמה למדנו שהקצירה לא תהיה אלא אחר יום ראשון של פסח ולפי שזאת מנחה קבוע זמנה והוא ממחרת שבת למדנו שזאת הקצירה דוחה שבת : i. e. *Ecce peragerunt Pascha die 14. mensis sub vespera, uti memoratur ibidem, eratque dies 16. Nisan postridie Paschatis, nocte enim diei 15. fiebat agni Paschalis comestio, ac ille dies est postridie Sabbathi memoratus in hac pericopa, ac itidem memoratur quod die hoc comederint placentas & tosta, nam ecce vetitum erat illis, ante quam agitatus esset manipulus, comedere de proventu novo vel panem vel tosta vel virentia, uti in eadem sectione explicatur &c. idque similiter in signum ejus quod dictum est,* postridie Sabbathi postridie Sabbathi bene placebit in illo, *i. e. postridie diei primi Paschatis, idcirco quod dies ille quo agitabatur manipulus sit postridie Sabbathi; ac numeratio quæ memoratur post hæc similiter fiebat a postridie Sabbathi, & eodem momento ab immissione falcis in segetem, unde discimus quod messis non fiebat nisi post primum Paschatis diem, idcirco quod hæc oblatio constituta fuerit tempore suo, quod postridie Sabbathi, ac inde docemur quod hæc messis pellat Sabbathum;* Sat prolixe recensetur Veterum Magistrorum sententia circa hoc dissidium a Doctoribus Gemaricis, nos vero contenti erimus pauca eorum adduxisse; ita illi inter alia (29) רבי אליעזר אומר אינו צריך הרי הוא אומר תספור לך ספירה תלויה בבית דין שהם יודעים לחדש ממחרת השבת מחרת יום טוב יצאת שבת בראשית שספירתה בכל אדם וכו׳ רבי יוסי בר יהודה אומר הרי הוא אומר תספרו חמשים יום כל ספירות שאתה סופר לא יהו אלא חמשים יום ואם תאמר ממחרת שבת בראשית פעמים שאתה מוצא חמשים ואחד ופעמים שאתה מוצא חמשים ושנים חמשים ושלשה חמשים וארבעה חמשים וחמשה חמשים וששה : רבי יהודה בן בתירא אומר אינו צריך הרי הוא אומר תספור לך ספירה תלויה בבית דין וכו׳ i. e. *Rabi Eliefer dicit, non necesse est, ecce enim dicit, numerato tibi numerationem præstitutam a Synedrio, decrevit enim ille consessus de novilunio, ac quod postridie Sabbathi sit postridie Festi diei, excepto Sabbatho hebdomadæ quod numeratur ab unoquoque. R. Jose filius Judæ dixit, ecce quod ille dicit, numerabitis 50. dies, omnis numeratio, qua numerabis non erit nisi 50. dierum, & si tu dices quod intelligendum sit de Sabbatho hebdomadæ, quandoque produces 51. quandoque habebis 52. vel 54. vel 55. vel 56. Rabi Juda filius Bethiræ dixit, quid opus est? ecce ille dixit, numerato tibi nu-*

numerationem præstitutam a Synedrio, excipe tamen Sabbathum hebdomadarium, eo quod numeratio ejus fiat ab unoquoque.

XIII. Calculum addunt eadem jam ante Doctores Talmudicos tradentes Josephus & Philo; Ille ita fatur, (30) τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη, τῶν καρπῶν οὓς ἐθέρισαν, οὐ γὰρ ἥψαντο πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι καὶ τὸν Θεὸν ἡγούμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας τούτων ἔτυχον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι τρόπον τοῦτον. *Secunda vero Azymorum die, quæ est sexta & decima, frugum primitias offerunt, quas metunt antequam ex iis vescantur, Deum judicantes justum esse primitiis honorari, quo sint hac ubertate completi, primitias hordei offerunt hoc modo.* Alter vero hæc habet (31) ἑορτὴ δ' ἐστὶν ἡ μετὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ἡμέρα, ἥτις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀνομάζεται δράγμα τοῦτο γὰρ ἀπαρχὴ προσαγορεύεται τῷ βωμῷ, καὶ τῆς χώρας, ἣν ἔλαχε τὸ ἔθνος οἰκεῖον, καὶ τῆς συμπάσης γῆς. *Festus quoque dies est postridie Festi, cui nomen ab eventu imponitur, manipulus hæ siquidem primitiæ altari nuncupantur, & regionis quam gens propria nacta est ac totius territorii.* Post pauca vero sic pergit, τοσαύτας ἔχουσα προνομίας ἡ ἐπὶ τῷ δράγματι πανήγυρις, προέορτός ἐστιν ἑτέρας ἑορτῆς μείζονος, ἀπὸ γὰρ ἐκείνης τῆς ἡμέρας πεντηκοστὴ ἀριθμεῖται, ἑπτὰ ἑβδομάδων ἱερὸν ἀριθμὸν ἐπισφραγιζομένης μονάδος. Πρόσρησιν δ' ἔλαχεν ἡ κατὰ τὸν Πεντηκοστὸν ἀριθμὸν ἐνισταμένη ἑορτὴ πρωτογεννημάτων. *Cum manipuli celebritas tot tantaque habeat privilegia, præcurrit ut pridiana alteri festo solemniori, nam ab illa die numeratur Pentecoste, 7. hebdomadarum sacrum numerum obsignante unitate; appellationem autem nactum est Festum instans primorum fructuum a quinquagenario numero.*

XIV. His tandem hactenus adductis Magistrorum Judæorum sententiis ac rationibus, quibus militant, nostras adjungere incongruum non erit; vix quidem dubitandum censeo, quin a parte Scholæ Rabbanitarum tanta in dimicatione standum sit, non quidem eo inductus ob numerum authoritatemve asserentium, sed ob rationum, quas pro se habent, gravitatem; Iis quippe in propriis rebus, ubi ratio ac evidens Literarum Sacrarum sensus diversum non suadent, fides omnis deneganda minime est. Ut vero ordine progrediamur singulas rationes perpendemus. Prima & haud dubie gravissima petitur a supputatione 7. hebdomadarum, quæ incipienda immediate a die oblationis manipuli. 7. Septimanæ efficiunt dies 49. jam vero Pentecostes festum a Paschatis solemnitate distare non debebat nisi dies integros 50. juxta communem traditionem, ita ut dies post Pascha primus sit primus supputationis, & dies ante Pentecosten ultimus sive 50. Jam si manipulus secundo Paschatis die ab initio oblatus sit, i. e. sexto decimo, qui secundus est Festi & primus post Pascha, & inde 7. hebdomadæ integræ ad Pentecostes diem inclusive numeratæ, habes 49. sive integrum calculi numerum. In animum inducere vix possum ut credam, manipulum demum offerri debuisse post Sabbathum hebdomadarium, si enim v. g. dies primus Azymorum inciderit in primum hebdomadæ diem sive diem Solis, expectari debuisset donec præterlapsa foret tota ista Septimana cum Sabbatho, & tum demum crastina Sabbathi hebdomadæ sequentis offerri manipulus, quod confusionem non exiguam peperisset, nonnunquam Pentecosten a Paschate 57. dies differendo. Scribarum Schola sententiam hanc suam roborat ex locis Exod. XII. 15. & Deuter. XVI. 8. priori mandatur comestio Azymorum per 7. dies, posteriori per sex, cum tamen ejusdem capitis versu 3. quoque 7. dierum mentio fit, quod utrumque verum esse potuit, prout dies expurgationis fermenti vel etiam ultimus Festi dies exclusive vel inclusive sumitur; Illi tamen hic cogitant distinctionem quandam subintelligi inter Azyma, scil. eo in loco ubi mentio fit de 6. diebus, tantum sermonem esse de Azymis ex proventu novo, qui licitus fiebat ex oblatione manipuli post primam diem Azymorum peracta, locum vero qui 7. dies mandat, primum diem, quo Azyma ex veteri frumento comedebant, reliquis sex diebus superaddere [32]; quod vero, licet multa longe absurdiora a Magistris Synagogæ prodantur, vereor tamen quin nimis subtile ac longius petitum sit. Pentecostes vero Festum inter stata Festa מועדים numeratur, quod adeo ab incerto oblationis manipuli die dependere ac computari non facile potuisset, cadebat semper in diem sextum *Sivan* ac in eundem hebdomadæ diem, quo oblatio Omer peracta fuerat, quod demonstratum evidenter dedit Ill. Scaliger [33]. Nec minus præeuntibus Hebræorum Commentariis præsidii nobis petimus e loco Jos. V. 10. 11. ubi traditur historia primi Paschatis ab Israelitarum gente in Terra promissionis celebrati; ibi vero diserte legitur, quod comederint placentas ac tosta grana

ממחרת הפסח *postridie Paschatis* i. e. die sexto decimo, cum Pascha, uti in vulgus notum, proprie comestum fuerit die 15. ab initio, sive nocte ingruente a qua desinit dies quartus decimus, ut ita dies 16. sit postridie convivii Paschalis; jam vero, si hoc ipso die Israelitis jus fasque erat comedere de nova annona, manipulus jam debuerat esse oblatus vel ad minimum collectus ac demessus, antequam enim id factum fruges novas tangere nefas ductum, uti ex infra dicendis patebit; vel dicendum esset, Israelitas tum temporis nondum de manipulo offerendo cogitasse, quæ quidem ego minime evicta censeo, cum Paschatis hujus admodum solemnis fuerit celebratio, nec ulla apparet ratio, quæ populum ac pium ejus Ducem ab observatione tam expressi mandati deflectere quivisset, imo de prima in terra promissionis collecta messe primitias juxta præceptum summo Deo ac largissimo Benefactori non offerre, summa Josuaque omnino indigna fuisset ingratitudo, si non summa impietas.

XV. Nec evidentia a Karæis tam prædicata Phraseos ממחרת השבת a semel arrepta opinione nec Rabbanitas nec nos deterret, quippe qua probe perpensa illis minime favere eam apparebit. Dissentientem a nobis quidem inter recentiores habemus Cl. Jacobum Goussetium, nomen quod in hujus generis disceptatione non minimam præ se fert authoritatem, sed quia hac via incedere non lubet, ac præterea a Viro Cl. rationes nullæ ad sententiam suam fulciendam adducuntur, modeste ab illa decedere non dubitabimus. Ille putat, manipulum oblatum fuisse postridie non Paschatis sed Sabbathi, proprie sic dicti, quod jubeant diserta Legis D. verba (34); eo inductus est ad probandum quod שבת tantum unicum denotet diem, non vero numerum dierum, quod facile largiri possumus, שבתות enim nonnunquam cum חדשים conjunctum cernitur, novilunia vero dies fuerunt unici, hoc quoque demonstrat dictio ממחרת quæ ad plures referri dies vix poterit, etiam שבת Lev. XXIII. 15. indubitato sumitur de uno die, ac inde statim eodem commate diverso plane sensu pro aliquot diebus venire frustra crederetur, magis congruum etiam est, ubi numerationis mentio fit שבע שבתות illud proprie verti per *septem Sabbatha* quæ veniunt pro totidem Septimanis, ac eodem redit, ubi enim 7. Sabbatha præteriere interjacentia totidem præteriisse hebdomadas a nemine ignoratur, ac iidem, qui in Levitico jubentur numerare Sabbatha, jussi sunt Deut. XVI. 9. numerare שבועות Septimanas, quod ita unum pro altero manifesto accipitur. Sed licet hisce certitudo sua constet, inde tamen non video ullum quidquam contra nos adduci posse, longe quippe aliud est, שבת tantum sumi pro die singulo, non vero pro septimana, ac rursus aliud est שבת solum sumi pro solemnibus septimæ diei feriis, non vero cadere in alia Festa stata, adeoque convenire non posse diei ante oblationem manipuli s. eam præcedenti, nisi is proprie esset שבת בראשית. Prius non posterius probatum dedit Vir Clar. quippe quod verbulo solum tangit, quod ergo molestiam nobis non creat. Vocem שבת h. l. sensu modo allato stare posse, & revera stare, evincunt Lexicographi eorumque Principes Summi Viri Buxtorfius & Coccejus, imo hoc ex ipsissimis Cl. Goussetii verbis demonstrari potest; in vulgus enim notum, sanctissimæ quieti cultuique publico a Numine sacratum diem Hebræo idiomate שבת dici a שבת *cessare ab opere, desistere a labore*, quod ideo conjunctum vocabulum radicale invenimus cum ינפש *animum reficere*, quod mentis, uti alterum corporis, proprie requiem designat Exod. XXXI. 17. idque optime designat nobis quid שבת vere ac in vocis significatione sit atque exprimat, *Dies septimus* שבת *cessatio Jehovæ Deo tuo, non facies ullum opus* Ex. XX. 10. inde & vox שבת *cessatio* Physica Prov. XX. 3. Jes. XXX. 7. Ex. XXI. 19. inde & feriæ hebdomadales periphrasi quadam vocantur שבת שבתון *cessatio cessationis* Exod XXXV. 2. utrumque tamen in Lege rituali Mosaica pro aliis solemnibus publici cultus ac conventus Sacri diebus occurrit, de anniversaria expiatione Lev. XVI. 31. de die primo & ultimo Festi Succa Lev. XXIII. 39. ubi locum habet מקרא קדש inde ab Alexandrinis mox redditur per ἀνάπαυσιν, mox vero vox originalis retinetur redditurque per σάββατον & σάββατα. Sententiæ nostræ non parum accedit præsidii ex antiquis Oriental. Pentateuchi Versionibus; Onkelos ממחרת השבת reddit per מבתר יומא טבא *post diem festivitatis*, LXX. dicunt τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης, *crastina die a prima*, præcise hic diem memoratum indicantes, cum tamen alibi, ubi שבת de diebus festis usurpatur, affectant adhibere vocem Originalem σάββατον; Syrus habet ܘܡܚܪ ܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ *post diem alterum*, Arabs fere eadem tradit hoc modo وليكن حريكة

حركة لهفي غل العطلة .
Et sit motio ipsius in crastina die otii, alias vero vocat Sabbathum hebdomadale retenta originali voce سبتي *Sabbathum*. Samaritanus codex Phrasin Hebraicæ veritatis fideliter retinet, idque, ni fallor, ob rationem supra allatam.

XVI. Summo jure autem & nomen & ratio cessationis sollemnis statis hisce Festis competit, cum opus quodcumque servile in iisdem peragere tam stricte a Summo Legislatore prohibitum fuerit quam fuit ratione feriæ hebdomadalis, vide loca Lev. XXIII. 7. 8. 21. 28. 35. quare de hac re ita ratiocinatur Maimonides [35] ששה ימים האלו שאסרן הכתוב בעשיית מלאכה שהן ראשון ושביעי של פסח וראשון ושמיני של חג הסוכות וביום חג השבועות ובאחד לחדש השביעי הן הנקראין ימים טובים. ושביתה כולן שוה שהן אסורין בכל מלאכת עבודה חוץ ממלאכה שהיא לצורך אכילה שנאמר אך אשר יאכל לכל נפש וכו׳. id est *Sex dies, quibus probibuit S. Scriptura facere opus nullum, sunt, primus & septimus festi Paschatis, & primus & octavus festi Tabernaculorum, & dies festi Pentecostes & primus dies mensis septimi, ac dies hi vocantur* Feriæ; *ac cessatio totalis convenit illis, probibetur quippe omne opus ac labor excepto illo qui necessarius ad cibum præparandum, uti dicitur*, tantum id ut comedat omnis anima &c. & porro monet כל השובת ממלאכת עבודה באחד מהן הרי קיים מצות עשה שהרי נאמר בהן שבתון כלומר שבות. id est *Omnis cessans ab opere laboris in uno ex iis ecce servat præceptum affirmativum, prædicatur enim de iis cessatio, ac si dicatur Sabbathismus*, id est statutum de vera ac stricte sic dicta Sabbathi observatione. Eadem prodit R. Salomo dum censet vocem שבת utrique jure convenire [36] ביום השבת ששה כבשים לא ידעתי למה שהרי אמורה תורה שני כבשים וביום השבת משמע שבת בראשית משמע יום טוב אומר אני זו אינה שבת בראשית אלא יום טוב שטעון :שבעה כבשים ושני אילים. id est *Die Sabbathi sex agnos; haud scio cur hæc dicat Lex, duos agnos &* (verba hæc] *die Sabbathi juxta sensum* [possunt accipi] *tam de Sabbatho hebdomadali quam de feriis; ego autem existimo, quod Sabbathum hoc non sit hebdomadale sed festum sollemne, quod requirit septem agnos ac duos arietes.*

XVII. Eadem observat S. Epiphanius ipsemet aliquando Judæus (37) Σάββαται γὰρ Διάφορα ὥριζεν ὁ νόμος. τὸ μὲν κατὰ ἑβδομάδα ἀνακυκλούμενον φύσει Σάββατον. τὸ δὲ διὰ τὰς ὑποπιπτούσας τῆς κατὰ σελήνην νεομηνίας, καὶ τὰς δὰ τε ξῆς ἑορτάς, οἷον ἡμέρας σκηνοπηγίας καὶ ἡμέρας Πασχῶν, ὅτε τὸ πρόβατον θύουσι, καὶ ἄζυμα λοιπὸν ἐσθίουσιν &c. ὅτε γὰρ ἐμπίπτουσιν αὗται αἱ ἡμέραι, ἤτοι ἐν δευτέρα Σαββάτων, ἢ ἐν τρίτῃ, ἢ ἐν τετράδι, Σάββατον καὶ αὐτὸ αὐτοῖς ὁρίζεται. *Nam Sabbathorum varia genera lege præfinita sunt, ac quod septenum dierum orbe revoluto celebratur proprie Sabbathum dicitur; sed aliud est quod vel incurrentibus noviluniis vel ob alios dies Festos indicitur, sc. Tabernaculorum vel Paschatis ferias, quibus mactare agnum azymisque vesci legitimum est &c. quoties igitur dies ejusmodi in secundum post Sabbathum diem vel tertium vel quartum incidunt, istud ipsum illorum instituto Sabbathum censetur*. Eadem tradit Isidorus observante Doct. Petavio [37] Εἰ δὲ Σαββάτῳ εἴρηται μὴ θαυμάσῃς, Σάββατον γὰρ πᾶσαν ἑορτὴν καλοῦσι: & D.Chrysostomus (39) Σάββατον γὰρ ἑκάστην ἀργίαν καλοῦσι; ita Clemens Alex. Christianos sic admonet de cultu Divino (40) μηδὲ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους σέβεσθε, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες Ἀγγέλοις, καὶ Ἀρχαγγέλοις, μηνὶ, καὶ σελήνῃ. καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, Σάββατον οὐκ ἄγουσι, τὸ λεγόμενον πρῶτον. οὔτε νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. *Neque colite uti Judæi, etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare Angelos & Archangelos, mensem lunamque, & nisi Luna adparuerit non celebrant Sabbathum quod dicitur primum* [post Pascha] *neque agunt Neomeniam, neque Azyma, neque Festum neque ullum magnum diem.*

XVIII: Sic passim gentiles Scriptores Judæorum Festa vocant generali quasi Phrasi *Sabbatha*, licet quoque ea appellatio nonnunquam utrumque admittere poterit sensum, rarius tamen, plus enim pro quolibet Judaico Festo illam accipi quam pro Sabbatho hebdomadali statim adparebit. Plutarchus uno loco sat accurate Judæorum Sabbatha stricte sumit de Feriis septimi diei, quando dicit (41) Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι Σαββάτων ὄντων ἐν ἀγνάμπτοις καθεζόμενοι τῶν πολεμίων κλίμακας προστιθέντων, καὶ τὰ τείχη καταλαμβανόντων, οὐκ ἀνέστησαν, ἀλλ' ἔμειναν ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνδεδεμένοι. *At vero Judæi Sabbatho desidentes otiosi, hostibus scalas muris admoventibus murosque occupantibus nil se moverunt, sed superstitione velut reti capti se continuerunt*. Alio autem loco idem Sabbathum

thum latiori accipit ſenſu, ſed ubi in etymologiam ejus inquirere ſtudet peſſime fallitur (42) Οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν Σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι· σάββοις γὰρ καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοῖς βάκχοις καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν ὅταν ὀργιάζωσι τῷ Θεῷ &c. αὐτοὶ δὲ τῷ λόγῳ μαρτυροῦσιν ὅτι Σάββατον τιμῶσι, μάλιστα μὲν πίνειν καὶ οἰνοῦσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλοις, ὅταν δὲ κωλύῃ τι μεῖζον, ἀπογεύεσθαι γε πάντως ἀκράτου νομίζοντες. *Opinor enim Sabbathorum ferias non plane a Baccho eſſe alienas, quod enim Sabbos etiamnum multi Bachos appellent, eamque edant voce, dum orgia huic Deo celebrant &c. Ipſi vero huic rei teſtimonium dicunt, Sabbathum enim colentes maxime ad bibendum & ebrietatem invicem ſeſe invitant, aut ſi qua gravior res obſtet, omnino quidem merum guſtare in more habent.* Putat videlicet homo gentilis, Sabbathum Judaicæ gentis aliunde derivari non poſſe quam a *Sabazio*, quia vera vocis origo, ex lingua illi ignota petenda, illum non fugere omnino nequibat; Sabazius vero teſte Arnobio (43) Numen fuit quod Græci a Thracibus, hi ab Orpheo, iſte ab Ægyptiis accepere, idemque exiſtimatur cum Baccho ac Sole; nomenque forte a veri numinis epitheto Zebaoth ſumſit. Ex lætitia vero Tuguriorum Feſti, quod eo nomine Sabbathum, Plutarchus Judæos nefarie accuſat de cultu Bacchi, quod præter allatas adhuc debiliori confirmare ſtudet ratione, petita a Summo Sacerdote hinnuli pellem auratam νεβρίδα χρυσόπαστον induente, ac de thyrſo & tympano intra adytum adſervatis, quæ fere eodem modo tradit Tacitus in trito loco [46] licet ſat petulanter ſint detorta, ac poſterioribus Judæis, Taciti ac Plutarchi ſc. ſeculis, Bacchi cultus exprobrari vix poſſit, tamen antea illos venerationis ejus numinis non adeo puros fuiſſe uti eos haberi velint quidam Docti Viri, unicus inter alios non obſcure demonſtrat locus Ezech. VIII. 17. ubi זמורה per *ſerta coronaſve* ſ. Βάχχους ſecundum Suidam optime explicari poteſt de quibus Horatius [45]

Dulce periculum eſt
O Lenæe, ſequi Deum,
Cingentem viridi tempora pampino.

Ovidius Feſtorum dierum apud Hebræos manifeſte rationem habet dum canit [46] de Sabbathis,

Nec pluvias vites, nec te peragrina morentur
Sabbatha, nec damnis Allia nota ſuis.

Sic iterum Horatius [46]

——— Sed meliori
Tempore dicam; hodie triceſima Sabbatha vin tu
Curtis Judæis oppedere? nulla mihi inquam
Relligio eſt ———

Quorum ſenſum ſat feliciter exprimit Vetus Scholiaſtes cum ita gloſſatur, *Triceſima Sabbatha, quæ Judæi Neomenias dicunt; quoniam per Sabbatha Judæi numeros appellant Lunares, & Sabbathum magnum in renovatione Lunæ a Judæis etiam hodie celebratur*; Quæ, ni fallor, meliori ſtant pede eis quæ prodit Cl. Jac. Banange (48) trigeſimum Sabbathum anni in ordine deſignari exiſtimans. Seneca autem magis ad Sabbathum hebdomadale Judæiſque in eo obſervatum morem reſpicere videtur quando ait [49]; *Quomodo ſint Dii colendi, ſolet præcipi; accendere aliqaem lucernam Sabbathis prohibeamus, quoniam nec lumine Dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine*, niſi mavis eum loqui de lucernis, a Romanis hominibus in honorem Deorum Principuque diebus feſtis accenſis, quæ a Philoſopho vocata ad Judæorum imitationem *Sabbatha*, quos inde ob multitudinem Feriarum vocat Satyricus *Sabbatharios*, quando graveolentem Baſſam ſic ludit [50]

Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod jejunia Sabbathariorum,
Mœſtorum quod anhelitus reorum, &c.
Malles; quam quod oles, olere Baſſa.

Ita alius Romanorum ſatyræ ſcriptor Berenicen acerrime mordet, quod poſt commiſſum cum Agrippa Fratre inceſtum, nudis pedibus ambo ſacra facerent, hunc in modum (51)

——— hunc dedit olim,
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa Sorori,
Obſervant ubi Feſta mero pede Sabbatha Reges.

Ita idem alibi de Judæis, (52)

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha Patrem,
Nil præter nubes & cœli numen adorant.

Et Perſius [55]

Labra moves tactus recutitaque Sabbatha palles,

Nec non Petronius (56)

Judæus & licet porcinum numen adoret,
Et cœli ſummas advocet auriculas,
Ni tamen & ferro ſucciderit inguinis oram,

Et niſi nodatum ſolverit arte caput,
Exemtus populo, Grajam migrabit ad urbem,
Et non jejuna Sabbatha Lege premet.

Et Suetonius [55] *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbathis jejunium ſervat, quam ego hodie ſervavi;* Jejunium in ritubus Judæorum Sabbatho hebdomadali minime convenire neceſſum non erit ut moneam, quippe in vulgus notum.

XIX. Diſquiſitioni de præciſo tempore dieque oblationis manipuli aliam non minus gravem ſubjungimus, de tempore ſcil. quo ſtatutum hocce obſervari juſſum, ac re ipſa obſervatum fuerit; Verba S. S. Legislatoris hoc in articulo ſi in quo alio ſunt dilucida, hoc enim inferunt כי תבאו אל הארץ אשר אני נתן לכם וקצרתם את קצירה וגו׳ *cum ingreſſi eritis in terram quam ego daturus ſum vobis, ac meſſuri meſſem ejus, tunc afferetis manipulum* &c. Ligatus ergo erat Paſchatis manipulus ad terram Canaan, neque ante ejuſdem poſſeſſionem locum habere poterat; in Arabiæ quippe deſertis ubi hæc lata Lex, nec meſſis, nec terræ fruges, nec debita pro illarum benedictione gratitudo, quæ demum cadebat in plenam poſſeſſionem ac uſufructum ſoli affluentis Lacte ac melle; Pauciſſimis rurſum audiemus Hebræorum Magiſtros, inter eos ita fatur Iſ. Abarbanel (56) ובעבור שהיתה מצות העומר תלויה בארץ אמר כי תבואו אל הארץ וגו׳ רוצה לומר בעבור שאתם תזכו ותבואו אל הארץ וזרעתם אותה ותקצרו את קצירה אני מצוה שתביאו את העומר ראשית קצירכם אל הכהן: i. e. *Eo quod præceptum manipuli pendebat a terra S. dixit* [Dominus] *cum veneritis in terram illam quam ego dabo vobis, & cum meſſuri eſtis meſſem ejus; vult dicere, eo ut vos puri ſanctique habeamini, cum veneritis in terram S. & ſeminaturi eſtis eam & demeſſuri meſſem ejus, ego jubeo ut afferatis manipulum primitias meſſis veſtre ad Sacerdotem;* poſt pauca vero ſic pergit ואפשר לפרש כי תבואו אל הארץ שאחרי שיבואו אל הארץ ויכבשוה ויזרעו אותה ויקצרו את קצירה אז ינהגו המצוה הזאת מהבאת העומר · ומפני זה כשנכנסו ישראל לארץ אכלו ממחרת הפסח מצות וקלוי ולא עברו על המצוה הזאת לפי שעדין לא כבשוה את הארץ ולא היה להם קציר שעורים בשדה ולא חלה אם כן המצוה הזאת עד כבוש וחלוק: i. e. *Et forſan poteſt interpretari, cum veneritis in terram* (hoc ſit) *poſtquam conſederitis in terra & domaveritis eam, & ſeminaveritis eam, & demeteritis meſſem ejus, tunc demum in conſuetudinem inducite præceptum hoc de oblatione manipuli; ac propterea cum collecti eſſent Iſraelitæ in terra S.* (poſt tranſitum per Jordanem) *comederint poſtridie Paſchatis placentas & toſta grana, neque tranſgreſſi ſint præceptum hocce, eo quod tum temporis nondum ſubjugaſſent terram, neque habuiſſent meſſem hordeaceam in agro, neque ſic infringebatur præceptum hoc, uſque ad ſubjugationem & partitionem terræ Cananæorum.* Ita ſentit Levi Gerſonides; כי תבואו אל הארץ וגו׳ למדנו שאין העומר בא אלא מהקציר שבארץ ישראל: *Cum ingreſſi in terram illam &c. docemur quod manipulus non veniat niſi de meſſe quæ eſt in terra Iſraelis.* Eadem aſſerit Miſna (57) רבי יוסי הגלילי אומר אין מביאין בכורים מעבר הירדן שאינו ארץ זבת חלב ודבש: *R. Joſe Galilæus ait, non licere offerre primitias e regione trans Jordanem, eo quod ea non ſit terra affluens lacte & melle.* Si hoc de Primitiis obſervatum fuit majori jure quoque idem cadit in Omer, neque genus excludere debet ſpeciem.

XX. Aliter autem ſentire video Aben Eſram, cum inferre vult, Iſraelitas jam ante plenam ac quietam totius terræ poſſeſſionem legem manipuli obſervaſſe, ita fatur enim וטעם מעבור הארץ ארץ סיחון ועוג והעד שאמר אחר כן מתבואת ארץ כנען: i. e. *Et ſenſus verborum* e proventu terræ *eſt de terra Sichonis & Ogi, & teſtis hujus rei eſt quod dicatur poſthæc ita, de proventu terræ Canaan;* ſcil. Joſ. v. vſ. 10. dicitur Iſraelitas in Paſchatis celebratione comediſſe poſtridie ex annona terræ, & vſ. 11. ſpecialiter dicitur veſcitos eos annona terræ Canaan, quæ quidem inter ſe non pugnant, ſed priora per poſteriora ſunt explicanda; de occupatione terræ Sichonis Regis Emoræorum & Ogi Regis Baſanis jam legimus Num. XXI. quam poſtea Moſes tribui Ruben, Gad, & dimidiæ Manaſſis diviſit Num. XXXII. e qua num primitiva quoque ad templum adduci debuerint valde inter Magiſtros diſputatur, de quo poſthæc; Hæ regiones trans Jordanem ſitæ cum eſſent, Paſcha vero per Joſuam celebratum non niſi Gilgale cis Jordanem, non video quomodo hæc verba in terram Emoræorum quadrare poſſint, cum in narratione Moſaica ne verbulum extet, quod Iſraelitæ meſſem invenerint in regione Sichonis, atque ſic præceptum de Omer obſervarint; malumus ergo cum Abarbanele hanc obſervationem ad ingreſſum Terræ Canaaniticæ ac tranſitum per Jorda-

danem, non vero ad terræ in Tribus partitionem ac plenam possessionem referre, quod etiam suadet historia Paschatis a Josua celebrati, ibi enim distincta mentio panum, tostorum &c. ubi hæc locum habent ibi fruges novæ ac maturæ ideoque messis, uti forsan nemo est qui ignorat; num vero messis ab Israelitis demessa sit, hoc tempore ubi non ita pridem latæ legis erant studiosissimi, absque observatione oblationis primi frugum manipuli, vehemens ac simul justissima dubitandi poterit esse ratio.

(1) Ad cap. 2. §. 1.
(2) Liber Adderet Eliæ cap. 9. apud Triglandium.
(3) Liber Cozri part. 3.
(4) In Jad Chasaka Hilc. avodat Jom Cippur: part. 3. fol. 222. edit. Amstel.
(5) Massec. Succa fol. 48. & Majem. Hilc. Succa cap. 4.
(6) Diatribe de Secta Karæorum Scriptis Scaligeri, Drusii & Serrarii de Trihær. edita Delph. 1703.
(7) In notitia Karæorum s. tractatu edito Rabi Mardochai Karæi Hamburg. 1714.
(8) Vocatus Chilluk Karaim im Rabbanim apud Triglandium cap. 2.
(9) Comment. in Avoth cap. 1.
(10) Comment. in Lev. 23.
(11) Ad Misnam Menachot cap. 10.
(12) Obadia de Bartenora ibid.
(13) Antiquitates Ecclesiæ Orientalis editæ Londini in 8. 1682. epist. 1. & 2. pag. 120. & 129.
(14) Misna Menachot cap. 10. §. 1.
(15) Hilc. Tamidin umusaphin cap. 7. §. 4. Tom. 3. fol. 202.
(16) Ad Menachot cap. 10. §. 3.
(17) Comment. in Legem fol. 210. col. 4.
(18) Comment. ad Jesai. 30. v. 32.
(19) Comment. ad Lev. 23.
(20) Comment. in Legem fol. 146. col. 3. edit. Venet.
(21) Liber חזקוני ad h. l.
(22) מ"ע ספורנו ad h. l.
(23) Hilcot meoceloth esuroth cap. 10. Tom. 2. fol. 181.
(24) Hilc. Thamidin cap. 7. §. 22. Tom. 3. fol. 202. col. 1.
(25) Comment. in Legem l. c.
(26) Seder Olam Rabba cap. 11.
(27) Comment. ad h. l.
(28) Comment. ad h. l.
(29) Gemara Menachot. fol. 65. 2.
(30) Antiquit. Jud. Lib. 3. cap. 10.
(31) Lib. de Septenario & Festis pag. 1191.
(32) Sepher Siphra fol. 51. Gemara Menachot fol. 66.
(33) De emendat. temp. lib. 2. pag. 108. & lib. 6. pag. 557. edit. Genev. 1629.
(34) In Commentar. Ling. Hebr. pag. 827.
(35) Hilc. Schebitat jom tob. cap. 1. Tom. 1. fol. 230.
(36) Comment. ad Ezech. 46. v. 4.
(37) Adv. Heres. 30. §. 32.
(38) Animadvers. in Epiphanii Hær. 30. p. 62. edit. Colon. 1682.
(39) Homilia 39. in Math.
(40) Stromat. Lib. 6. cap. 5. pag. 760. edit. Oxon.
[41] De Superstitione pag. 169.
[42] Symposiac. lib. 4. pag. 671. 672.
[43] Advers. gentes lib. 5. pag. 171.
[44] Histor. lib. 5. cap. 5.
[45] Carminum Lib. 3. Ode 25.
[46] De Remed. amoris v. 220.
[47] Sermon. lib. 1. Sat. 9. v. 69.
[48] Histoire des Juifs liv. 7. chap. 8. §. 4.
[49] Epist. 95. pag. 604.
[50] Martialis epig. lib. 4. ep. 4.
[51] Juvenalis Satyr. 6. v. 159.
[52] Satyr. 14. v. 96.
[53] Satyr. 5.
[54] In Satyric. ep. ult.
[55] in Aug. cap. 76.
[56] Commentar. in Legem loc. cit.
[57] Misna Biccurim cap. 1. §. 10.

CAPUT IV.

§. I. *Locus unde frugum manipulus demessus.* II. *Ager ex quo petebatur qualis esse debuerit.* III. *Locus stricte designatus in monumentis Judæorum non extat.* IV. *e Gaggot Zeriphim quando petitus sit, ac qualis hic sit locus.* V. *Majemonidis sententia pro arvis australibus & Lightfooti pro valle Kedron examinatæ.* VI. *Hordeum ad oblationem Omer abbibitum fuisse probatur e Rabbinis.* VII. *e Philone Judæo.* VIII. *Ratio quare hordeum hic adbibitum.* IX. *Docet Majemonides quid factum quando hordeum Paschatis tempore nondum maturuerit.* X. *Hordeum non vile nec rejectaneum ad oblationem censendum.* XI. *Nec sacra Numinis illud abhorruere.* XII. *Hordeum quo loco sit habitum apud Veteres.* XIII. *Sæpissime eo utebantur.* XIV. *Ejusdem usus in sacris Græcorum.* XV. *De* οὐλοχύταις *s. Sparsis molis.* XVI. *De farre ac mola salsa Romanorum.*

I. Ultra nobis pergentibus consideranda se sistit oblatio manipuli ipsa, ac primo videndum de loco unde materia oblationis petita, ille generaliter quidem fuit terra Abrahamo Isaaco & Jacobo eorumque posteris promissa, a priscis incolis dicta Canaan, cujus privilegiis specialibus inter alia adnumeratur intercalatio anni & messis manipuli, quæ duo solummodo huic regioni conveniebant, rationem reddit Majemonides (1) שהשכינה בתוכה שנאמר לשכנו תדרשו *eo quod Divina præsentia sit in medio ejus, uti dicitur,* habitaculum ejus quærent. Legem ac constitutionem traditionariam fuisse constat, oblationes ac sacrificia, tam ex iis quæ terra Canaanis quam quæ extera quævis producebat, afferre, exceptionem vero locum habuisse in manipulo docet Misna (2) כל קרבנות הצבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ מן החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם שאינן באים אלא מן החדש ומן הארץ: i.e. *omnes oblationes, tam illæ quæ totius cœtus*

quam

quàm quæ ſunt viri privati, *petebantur ex terra S. & ex terra peregrina tam e novo proventu quam e veteri*, *excepto manipulo & duobus panibus*, *qui ſolum ex nova annona producta in terra S. offerebantur*; ad quem locum ita gloſſatur Gemara (3) מתניה דלא כי האי תנא דתניא עומר הבא מן הישן כשר שתי הלחם הבאות מן הישן כשרות אלא שחיסר מצה עומר דכתיב תקריב את מנחת בכוריך ואפילו מן העליה שתי הלחם דכתיב ממושבותיכם תביאו ולא מחוצה לארץ וכו' רבי יוסי בר רבי יהודה אמר עומר בא מחוצה לארץ ומה אני מקיים כי תבואו אל הארץ שלא נתחייבו בעומר קודם שנכנסו לארץ וקסבר חדש בחוצה לארץ וכו' i. e. *Textus Thalmudicus dicit quod non* (veniat niſi e terra S.) *nam ecce docetur per traditionem*, *quod manipulus oblatus ex veteri annona ſit legitimus*, *& duo panes ex veteri itidem legitimi*, *ſed excipitur omnino lex manipuli*, *nam ſcriptum eſt*, offeretis munus primitiarum veſtrarum, *& ideoque de agitatione duorum panum uti ſcriptum eſt*, ex habitationibus veſtris afferetis illos, *neque e loco extra terram S. &c. R. Joſe filius R. Judæ dixit*, *Omer venit etiam e loco extra terram S. & id quo nititur ſententia mea hoc eſt*, [id quod dicitur] cum veneritis in terram illam, *neque obligati erant ad Omer antequam ingreſſi forent in terram illam*, *& collectus foret novus proventus extra terram Sanctam* &c. Eadem tradunt Talmudici alibi, ubi diſſeritur de variis ſanctitatibus gradubus in terra Cananæa (4) עשר קדושות הן ארץ ישראל מקודשת מכל הארצות ומה היא קדושתה שמביאים ממנה העומר והבכורים ושתי הלחם מה שאין מביאין כן מכל הארצות: i. e. *Hæ decem ſunt ſanctitates* [s. gradus], *terra Iſraelis ſanctior eſt omnibus terris*, *ſed qualis ſanctitas iſta? illa quod inde adducunt manipulum*, *primitiva*, *& duos panes*, *quæ non ſumuntur e reliquis quibuſcunque terris:* ad quæ obſervat Commentator Bartenora שמביאין ממנה העומר דכתיב וקצרתם את קצירה והבאתם את עומר קצירה ולא קציר חוצה לארץ: i. e. *quia ex ipſa afferunt manipulum uti ſcriptum eſt* (Lev. XXIII. 10.) Et metetis meſſem & manipulum meſſis affertote, *meſſis ergo* (manipuli) *diſtinctionem facit inter terram ſanctam & terram profanam*. Hæc confirmat Maimonides quando ait [5] אין מביאין מנחה זו אלא מארץ ישראל שנאמר והבאתם את עומר ראשית וגו'. מצותו לבוא מן הקרוב לא בא מן הקרוב מביאין אותו מכל מקום מארץ ישראל. id eſt *non afferebant munus hocce niſi e terra Iſraelis*, *quia dicitur*, fertote manipulum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem; *hoc e proximo offerre mandadum erat*, *quod ſi non ſuppeteret e proximo*, *afferebant eum e quovis loco terræ Iſraelis*; His addi poſſint quæ ſuperiori capite §. 18. a nobis allata Commentatorum verba, non male ſeſe habentia ſed ſat veritati conſentanea, nituntur quippe expreſſo Legiſlatoris juſſu, qui ſpeciatim præceptum de manipulo ad terræ Canaanis poſſeſſionem reſtringit Lev. XXIII. 10. uti generaliter Paſchatis etiam cum ſuis adjunctis Exod. XII. 25. ſi vero obſervatio poſſeſſioni hujus regionis erat adjuncta, obſervari hæc lex nequibat, uti omnino data ob bona ex larga hacce poſſeſſione fluentia, niſi poſt ejus terræ occupationem, ac proinde materia oblationis aliunde petenda non erat quam ex ipſamet hac terra, quippe quæ ſola munda cenſebatur, omnis vero חוצה לארץ immunda peneque execrabilis ob cadavera ubicunque latentia; ac ſine his moralis ratio in præcepto hoc fruſtra quoque quærenda foret, quæ tamen citra litem ſat erat gravis, uti infra obſervandum erit. Longe vero alia erat ratio primitivorum, quæ ex quacunque fere regione legitimo modo adferri poterant, quod opportuniori loco paucis inquirendum relinquo.

II. Qualitas agri ex quo manipulus demetedus admodum ſollicite nobis deſcribitur in Miſna (11) מצותו לבא מן הלח לא מצא יביא מן היבש מצותו לקצור בלילה נקצר ביום כשר ודוחה את השבת. *Mandatum ejus eſt ut adducatur ex humido*, *ſi vero talis non inveniretur adferatur e ſicco*; *mandatum ejus eſt ut noctu metatur*, *ſi vero interdiu metatur licitus eſt pellitque ſabbathum*. Nec non in antecedentibus (12) אין מביאין לא מבית הזבלים ולא מבית השלחים ולא מבית האילן ואם הביא כשר כיצד הוא עושה נירה שנה ראשונה ובשנייה זורעה קודם לפסח שבעים יום והיא עושה סלת מרובה. id eſt *Non adducunt quicquam ex agro ſtercorato neque ex agro ſiticuloſo neque ex agro arboribus conſito*; *ſi vero quis adduxerit legitimum eſt*; *quomodo vero? anno primo novellabit*, *ſecundo autem conſeret eum ante Paſcha 70. dies*, *& tum ſimilam feret multam*. Quod generaliter dictum de omnibus fertis ac locum habet ſpecialiter quoque de manipulo, uti aſſerit Maimonides ad hunc locum; *ſimilam tritici de induſtria non licet offerre*, *ſi in fimeto creverit vel in loco arboribus conſito*, *quia non eſt boni ſaporis*, adeoque videtur illud בית הזבלים accipien-

piendum de fundo nimis ſtercorato, qui quaſi fimentum reputandus; alter autem Commentator Bartenora alium præter hunc defectum frugibus in fundo nimis ſtercorato adhærere ſolentem adnotat, ubi dicit ad h. l. אין מביאין עומר ושתי הלחם לא מבית הזבלים משרה שצריכה לזבל דשמא לא נידבלה כל צרכה ונמצאו פירותיה כחושים אי נמי לפי שהזבל מבאיש ויפסיד טעם הפרי. ולא מבית השלחים ארץ צמאה למים שפירותיה כחושים לא מבית האילן מתבואה שבין האילנות שהאילנות הגדלים שם יונקים הקרקע והמכחישים הזרעים. id eſt *non adducunt manipulum & duos panes neque e fimetis, agro ſtercorato, quia forſan non ſtercoratus eſt quantum neceſſe habet, & fructus fiunt macri, vel ideo etiam quod ſtercus nocet fructuum guſtui; neque ex agro ſiticuloſo, cujus fructus ob aquæ inopiam macri ſunt, neque ex arboreto, neque e proventu qui inter arbores e ſolo ſuccum extrahunt & ſemina reddunt macra*. Optimum quippe jure merito benigniſſimo Numini offerendum eſſe dubitare nefas foret, quod etiam in omnibus ſacrificiorum conſtitutionibus a Legislatore non obſcure indicatur, unde Miſna hæc obſervat (13) וכלן אינן באים אלא מן המובחר ואיזהו מובחר מכמס ומזוניחה אלפא לסלת שנייה להם חפריים (ספר אחר עפריים) בבקעה כל הארצות היו כשרות אלא מכאן היו מביאים. id eſt *omnia vero hæc ex optimo offerebantur, ſed quodnam eſt optimum? Mecmas & Meſonicha primas tenet partes in ſimila, ſecundas vero Chapharaim in valle, omnes autem terræ quidem aptæ erant, ſed tamen potiſſimum ex his offerebant. Mecmas* & *Meſonicha* ſunt nomina tractuum quorundam, de priori ſermo eſt 1. Sam XIII. 5. & XIV. 31. item Nehem. VII. 31. vocatur vero Joſepho (14) Μαχμά, hoc docet nos Bartenora ad h. l. & Cel. Reland (15) *Chepharaim* autem *in valle* ſive *in vineis* urbs fuit tribus Iſacharis Joſ. XIX. 19. atque inde munera fertaque fuiſſe petita docent Magiſtri, tractus vero hoſce circa manipulum in cenſum veniſſe præ aliis non video, quinam vero optimum tulerint hordeum apud nullum Talmudicorum, quando mihi conſtat, proditum eſt. Quæ autem tradit Miſna, quod ſi poſthabita traditione Majorum tamen aliquis ex improviſo, nam de induſtria illud facere ſemper vetitum, e locis prohibitis munus attulerit, nihilominus legitimum ſit, id de munere privati accipiendum, quale v. g. primitiva &c. nam in oblationibus publicis totam Iſraelis Eccleſiam ſpectantibus abundanter cautum erat, ut earum materia e fundo peteretur legitimo: privatus vero terram ſuam ineptam feracem reddere docetur, uti R. Maimonides docet ad h. l. ניר *eſt novale, quatenus terra exaratur & poſtea integrum relinquitur annum abſque cultura, ſecundo autem anno denuo exaratur & conſeritur*. Bartenora vero ex Gemaricis hæc profert ובשניה זורעה בגמרא מסיק דשנה ראשונה הוא ניר כולה וזורע חציה ומניח חציה ניר וכן בשניה חורשה כולה וזרוע החצי שלא זרע אשתקד והחצי שזרע אשתקד מניחו ניר וכן בכל שנה זורע ניר של אשתקד: id eſt *ſecundo autem anno conſerat eum; in Gemara concluditur quod anno primo totus debeat exarari, & media ex parte conſeri, mediaque ex parte pro novali relinqui, ſic etiam anno ſecundo totus exarari debet, & conſeri id quod nondum conſitum fuerat antea, dimidium vero quod anno ſuperiori conſitum fuerat relinquet in novali, atque hoc modo quotannis relinquet novale anni ſuperioris*; Hæc vero, quia potius rem ſpectant agrariam, miſſa facimus, qui plura deſiderat adire poterit Maimonidem ipſum in præclaro opere Jad Chaſaka, ubi reperiet integrum non niſi ejuſmodi tractantem Librum, (11)

III. Terræ ſanctæ locus unde manipulus afferendus accurate definitus nec in S. Textu nec in Commentariis Hebræorum nec in eorum Pandectis reperitur, videamus tamen quænam circa eum tradant; in genere obſervant adductum fuiſſe Omer e loco aliquo prope Hieroſolymis adſito, licitum tamen fuiſſe petere illum e longinquiori, ſi agri prope urbem ſiti maturos fructus nondum produxiſſent [12] Ita quoque Miſna [13] מצות העומר לבוא מן הקרוב לא ביכר הקרוב לירושלם מביאים אותו מכל מקום. id eſt *Præceptum de manipulo vult, ut is de proventu proximo metatur, ſi vero is qui Hieroſolymis proximus eſt nondum maturuerit, adducunt eum e quovis loco*. In ejus rationem ita inquirit Maimonides, *Hypotheſis nobis eſt, quod non tranſgrediuntur præcepta, nimirum ſi quis uni præcepti operam det, non intermittet illud ut alterum faciat; Et hac de cauſa manipulus adduci debet e loco Hieroſolymis proximo, ne intermittat id quod præcepto dignius eſt, & ſeſe conſerat ad aliud minus dignum, quia tum ab uno præcepto ad alterum ſe confert, at hoc illicitum eſt*; Quæ melius adhuc explanat Bartenora cum ait מצות העומר לבוא מן הקרוב ממקום

שקרוב

שקרוב לירושלם לפי שאין מעבירין על המצות הלכך כשיוצא מירושלם לבקש עומר אותה תבואה שמוצא ראשונה בוטלה לא ביכר לא בשל בל צרכה : i. e. *Præceptum de manipulo vult ut e loco proximo adducatur, e loco videlicet Hierosolymis vicino, quia non transgrediuntur præcepta, idcirco quando se contulerunt Jerosolymam ad manipulum demetendum, proventus eligendus est ipsis magis propinquus ; si non maturuerit, i. e. non tantum quantum opus est ;* Innuitur ni fallor, non convenire ob manipulum petendum violari sanctitatem Festi ejusque quietem, adeoque fruges ultra terminum itineris sabbathici quærendas non esse si in propinquo haberi possint ; Regula tamen hæcce non ita specialis strictaque censebatur quin aliquando passa sit suam exceptionem, ob rationem partim quam indicant ipsa Misnæ verba, partim ob alias non minus graves, veluti ob vastationem frugum, ortam vel ab hostium invasione, vel ob cœli intemperiem tempestatemque agris Hierololymitanis minus faventem, e. i. d. sic indicat Misna hoc nonnunquam accidisse (14) מעשה שבא מגנות צריפין ושתי הלחם מבקעת עין סוכר : i. e. *contigit ut is* (manipulus) *ex hortis Zeriphin adductus fuerit, & duo panes e valle fontis Sychar*. Cel. Lightfoot legit גנות *tecta* licet vocem originalem retineat vertatque *Gaggoth Zeriphin* [15], num vero sat accurate nescio ; locus quem citat est ex Hieros. Baba kama fol. 82. & Menachot fol. 64. ubi eadem quæ hic in Misna traduntur, videtur vero locus iste Gemaricus nescio quo fato depravatus, vel male forsan hi Magistri legere potuerunt in Textu Misnico, quomodo enim fruges e tectis Zeriphim petitæ fuerint, non æque distincte concipitur, ac quod collectæ fuerint in hortis Zeriphim, licet illud æque ac hoc nomen proprium campi vel agrorum fuisse in conjecturam venire possit, quia vero altum de eo silentium, ac præterea literæ ג & נ facillimæ sint permutationis & confusionis, nec non Misnæ exemplaria constanter legant גנות facile in eo possumus acquiescere. Rationem quare exinde manipulus fuerit demessus indicat Obad. de Bartenora ad h. l. מעשה שבא מגנות צריפין ועין סוכר רחוקים מירושלם הרבה מפני שהחריבו הגייסות כל תבואות שסביבי ירושלם : *Horti Zeriphin & fons Sychar fuerunt loca a Hierosolymis procul distantia, & eo usque progrediebantur* [demetentes manipulum], *quia tum temporis loca urbi vicina ab hostibus erant vastata ;* Hoc ideo communiter factum non est, sed non nisi flagitante necessitate.

IV. Tempus scilicet quando factum definit Gemara in locis allegatis, scilicet quando Assamonæorum Familia intestinis flagrans odiis, Aristobulo Alexandri Jannæi & Alexandræ Filio mimori majorem Hyrcanum in Hierosolymitana arce obsidione cingente, mox Pompejus M. ab utroque in partes vocatus Hierosolymas Templumque expugnasset [16], ubi haud dubie fruges terræ agrique Hierosolymitani non parum vastati, indeque necessitas imposita fruges ad Omer & panes Pentecostales metendi in hortis Zeriphim & ad fontem Sychar, quod quidem consilii, arrige aures, Judæis incertis quo se verterent per mutum quendam fuit datum, qui, ubi de manipulo anxii essent, unam manum tetendit ad tectum alteram ad tuguriolum, unde Mordechai divinans mutum velle indicare locum *Gaggoth Zeriphim* dictum, uti & in disquisitione de petendo tritico ad panes agitationis idem mutus unam manum oculo admovit, alteram indens foramini postium ostii, eodemque rursus divinante Oedipo muto in animo esse locum jam dictum En Sychar; mira notatuque sane dignissima fabula, quæ Milesiis non una ex parte accedit, si non excedit illas, de qua cum Horatio aliam non minus putidam audiente exclamare licebit (17).

Dum flamma sine thura liquescere limine sacro
Persuadere cupit. Credat Judæus Apella,
Non ego.

Situm tamen hortorum Zeriphin & fontis s. convallis Sychar accurate definire non audent Viri hisce in studiis summi Lightfootus & Relandus, certum tamen hæc loca sat longe ab urbe Sancta dissita fuisse, quod præter Bartenoram docet etiam Glossa ad Gemaram Menachot l. c. צריפה notante Lightfooto ex Baal Aruch significat *tuguriolum*, quali utebantur custodes pecudum excubias apud gregem agentes, quod & observat Majemonides ac Bartenora [18], fuisse tentoria quæ sursum acumine quodam terminantur quæque tecto careant [plano scil.) illaque vocant אהלי הערביים *tentoria Arabum*, talibus enim hi gaudebant ; ita quoque secundum eosdem vocabantur tuguriola e salicibus confecta constructaque ad fructus recondendos ; *Gaggoth Zeriphin* itaque notaret tecta horum tuguriorum locumque ab iis dictum, vel quia eorum gaudebat frequen-

quentia, vel ob colles ejusmodi referentes figuram, in talibus enim tectis nemo sanus unquam manipuli requiret messem. Si vero Misnæ lectio servetur, cogitandum ubi inveniamus hortos Zeriphim & urbem, s. Montem; s. Montem; s. Vallem, s. Tractum Zeriphim, & hoc est quod ex Hebræorum monumentis quæ nobis supersunt non constat; Cl. Relandus [19] per conjecturam existimat צריפין esse urbem Σαειφαία Palestinæ oppidum postea Episcopali sede clarum, cujus mentio fit in actis Concilii Hierosolymitani habiti anno æ. v. 536. situmque quondam in vicinia Gazæ & Ascalonis, quod docent Acta Martyrum; Quæ licet curiosius inquirenti non omni ex parte satisfaciant, re tamen ita in incerta, obscura, exiguique momenti doctissima hæcce conjectura sat probata nobis videtur, donec meliora edoceamur, eo magis quia apud eximios Judaicarum rerum Scriptores Josephum & Philonem altum omnino de his observatur silentium.

V. Vir doctissimus Johan. Ligthfootus [20] asserit, manipulum primitiarum demessum fuisse in valle cineracea torrentis Kedron, authoritatem vero Magistrorum nullam, uti alias consuevit, adducit, vereor ita hæc tantum conjecturæ loco a Viro Cl. esse adducta, nam locum agrumve, e quo manipulus demessus fuerit, præcise indicare admodum vereri videntur Rabbini; Maimonides præter jam allata adhuc specialius designat, australes Hierosolymæ agros hacce prærogativa quondam gavisos [21] דרכן היה להביא משדות שבדרום הידה נר חצי השדה וזורע חציה בשנה זו בשנה אחרת נר חצי השדה שזרע וזורע החצי שנר ומביא ממנו: i. e. *Solebant munus hoc ferre de arvis ad austrnm spectantibus; arabatur pars agri dimidia, quæ eadem conserebatur eodem hoc anno, & anno sequenti arabatur altera agri pars consiti, ex qua deinde consita afferebant* [munus manipuli]. Agri vero ad plagam australem urbis & Sanctuarii non erant arva vallis torrentis Kedron, quæ ad Orientem sita, sed ex parte vallis Hinnom, Ager Fullonis, & quæ circa turrim *Migdal Eder*, nec non exigua ex parte arva vallis fontis Sileam, ac in longinquioribus vallis Rephaim, quæ adeo sat a Valle Kedron dissita; Mons Oliveti quidem segete frumenti hordeique abundabat, sed tamen inde præcise manipulum eos adduxisse affirmare non ausim; seculi septimi Scriptor refert [22] *quod segetes frumenti & hordei in eo valde læte consurgant*, sed inde nil constare firmi potest; conjici quoque posset manipulum demessum fuisse in Hierichunte ejusque confiniis, solum enim hujus urbis mira fertilitate præ aliis Judeæ eminebat arvis, adeo ut Josephus de eo dicat quod simile sit Paradiso, obstat tamen nimia a Metropoli distantia, ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μοὶ ϛαδίους ἑκατὸν πεντήκοντα *distat enim a Hierosolymis* 150. *stadia*, credibile vero non est, Synedrii Legatos hoc spatium emetiri voluisse, si propinquiora loca quantum sat erat porrigerent; e vicinia vero Hierichuntis locisque inter eam ac Hierosolymam demessum fuisse manipulum quin credamus vetat iterum Josephi locus (23) Καὶ τὸ μοὶ μέχρι Ἱεροσολύμων αὐτῆς ἔρημον καὶ πετρῶδες; *spatium inde ad Hierosolymas desertum est & petrosum*, quæ minus propria esse agro fertili, qualis ad hanc messem requirebatur, nemo non videt.

VI. De materia oblationis hujus, sive ex quanam frugum terræ specie manipulus consecratus fuerit, nunc cogitandum erit. Verba S. Legislatoris nil præcisi hac de re constituere videntur, simpliciter enim inferunt oblationem ex prima messe adducendam, *afferetis manipulum primitias messis vestræ*; ex quocunque ergo terræ frugum genere illa desumta videtur; ita in repetitione Legis Paschalis Deut. XVI. terminus numerandi a quo septem septimanas simpliciter constituitur *initum immissionis falcis in segetem* v. 9. quæ generaliter de unaquaque segete accipi possunt; videndum ergo nobis erit e constitutionibus traditioneque Judæorum, quale frugum terræ Cananeæ genus primo maturum demessumque fuerit, quo demonstrato idem necessario manipuli constituisse materiam divinatu non multum erit difficile; hoc vero fuisse frugum genus quod Hebræo idiomate שערה & שערים Chaldæis vero & Rabbinis סערא & סערתא & in plur. שערין & שערין Græcis κειθὴ Latio *bordea* & *bordeum* vocatur, constans Hebræorum fert traditio, ita diserte Moses Ægyptius (24) עומר זה מן השעורים היה בא ודבר זה הלכה ממשה רבינו: *Manipulus iste ferendus est ex bordeo, & declarat boc constitutio Mosis Magistri nostri*. Abarbanel amplius rem declarat [25] ואמר ראשית קצירכם מהחל חרמש בקמת השעורים שזה יהיה על הרוב בארץ כנען אחרי התקופה של ניסן והוא חדש האביב מעת כניסת השמש בראש מזל טלה בצד צפון: ואף שיקצרו האביב של שעורים קודם זמן זה לא היו מניפים את העומר כי אם ממחרת השבת: i. e. *Et dicit*,

primitias messis vestræ ab eo quo incipitur falx immitti in segetem hordei, eo quod hujus ingens erat copia in terra Canaan post æquinoctium mensis Nisan, & hic est mensis spicarum a tempore ingressus Solis in signum Arietis versus Aquilonem; licet autem demetant spicam hordei ante tempus hocce, non agitabant tamen Omer nisi postridie Sabbathi. Levi Gersonides eadem fere tradit in hunc locum והוא מבואר מצד הזמן שזה הקציר הוא קציר שעורים כי קציר החטים לא יהיה בארץ ישראל בזה הזמן: *Et hoc explicatur ratione temporis, quod hæcce messis sit messis hordei, quia messis tritici nondum erat in terra Israelitica hoc tempore*, idem perhibet Author parvi Commentarii מ״ע ספורנו; Nec adversantur Josephus & Philo, priorem videas loco supra allato §. III.

VII. Philo pro more sibi consueto in mysticam rationem inquirit, quare hordeum non vero quemlibet alium e terræ Cananeæ proventubus D. O. M. ad hocce munus sibi electum voluerit, sic enim disserit (26) Κριθὴ δὲ τὸ τῆς ἀπαρχῆς δράγμα, πρὸς τὴν τῶν ὑποβεβιωκότων ἀνυπαίτιον χρῆσιν ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εὐαγὲς ἦν ἐκ πάντων ἀπάρχεσθαι, τῶν πλείστων πρὸς ἡδονὴν μᾶλλον ἢ τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν γεγονότων. οὐδ' ὅσιον ἀπολαῦσαι καὶ μεταχεῖν τινος τῶν πρὸς ἐδωδὴν, εἰ μὴ οἷς ἀπρεπὲς καὶ θέμις ἀχαριστήσαιτο. *Hordeum autem primitiarum manipulus est, ad eorum qui frugaliter victitant usum; enimvero quia pium non fuisset ex omnibus primitias dare, cum pleraque ad voluptatem potius quam ad necessarium usum sint translata, neque justum sit frui participemque fieri alicujus ex esculentis, nisi quibus decorum & fas est agantur gratiæ.* Nec admodum male, hordeum enim magis cedebat in usum esumque pauperum, cum triticum nobilius frumenti genus, ac non æque quælibet eo abundare potuit familia, ideoque & messis pauperum æque ac divitum sanctificabatur Deo, ab illoque benedictionem impetrare studebat; deinde exigui cum esset pretii hæc oblationis & materia & quantitas, eam frugalitatem, quam perinde fere in ritubus cultuque Levitico cernere licet, saltem quoad hostias, hic etiam invenies; nec minus convenienter censeri potest factum divini cultus castitati, oblationes præcipue eucharisticas desumendo ex iis quæ vitæ sustentationi necessitudinique, minus vero ex iis quæ voluptati luxuique inserviunt; nec tamen nobiliores fruges, veluti triticum, ab omni Divino beneplacito rejectæ, imo sæpissime in ritu altaris apparatuque sacrificiorum, etiam ad sanctificandam totam annonæ massam in panibus agitationis, adhibitæ, uti porro observat Philo, τὸ δευτερείοις τροφῆς τετιμημένον εἶδος κριθὴν ἀπάρξεσθαι προστέταχεν ὁ νόμος, οὐ γὰρ τοῦ σίτου τὰ πρεσβεῖα ἔλαχεν, οὗ πάλιν τὴν ἀπαρχὴν ἐπιφανεστέραν οὖσαν εἰς ἐπιτηδειότερον ἀνατέθεικε καιρόν; *ut secundo loco honoratum cibi genus pro primitiis offeratur, præcepit Lex, hordeum scil. non enim frumenti prærogativam obtinuit cujus primitias, quæ insigniores sunt, rursus ab integro ad aliud magis opportunum tempus distulit.*

VIII. Ad ejusmodi tamen Allegorias cum earum Patre Philone Judæo tanquam sacram ad anchoram confugere necessarium non ducimus, quamdiu sc. alias rationes Divinis oraculis congruas dare valemus, vel saltem eis non contrarias neque ineptas, quum res sit in qua Spiritus sanctus altum observare silentium ipsemet ratum duxit. Mallem ergo cum Judæorum Magistris simpliciter existimare, rationem quare in oblatione hac hordeum præ aliis frumenti generibus in censum venerit unice fuisse hanc, quæ cuilibet attendenti statim adparet, quod scil. hordeum in terra Judæis habitata, uti & in omnibus fere aliis, primum ex omnibus terræ proventubus, saltem frumenti speciebus, maturitatem attigerit, adeoque tempore ad hanc festivitatem divinitus designato maturas fruges alias reperiri vix licuisset, quod, uti quidem mihi persuasum, multis probando desudare inutile vel supervacaneum censeri posset. De Judæorum messe ejusque varia distinctione & tempore multa nunc notare non vacat, observandum tamen, messis initium neutiquam in Pentecostes Festum esse rejiciendum uti fecit Ill. Grotius [27] licet enim Thalmudici primitiarum oblationes ad hoc festum referant, illudque vocetur alias חג הקציר, proba tamen cum distinctione accipiendum, ita enim dicitur ob messem tritici uti posteriorem priorique, hordei scil. longe præstantiorem, non tantum Pentecostes tempore inceptam sed potissimum peractam, adeo ut *Festum messis* diceretur in emphasi non modo inceptæ sed absolutæ, primitiæ autem in illo oblatæ ex tritico non excludunt illas ex hordeo, quæ longe antea jam ad maturitatem perductæ. Habemus itaque messem hordei a messe tritici sat distinctam præeuntibus Sacris Scriptoribus, ita videmus utramque occurrere Ruth II. 23. Ruth adhæsisse dicitur puellis Boazi legendo spicas עד כלת קציר השערים וקציר החטים

החטים *donec absoluta esset messis hordei & messis tritici*; tritici messem seorsim nuncupatatam invenire licet ne sc. cum altera confundatur Gen. XXX. 14. Jud. XV. 1. sic & hordei 2. Sam. XXI. 9. Maturos terræ Canaaneæ fructus Paschatis tempore supponit Legislator hac in Lege, de qua etiam agitur Deut. XVI. 9. revera tales Israelitas reperisse mense Nisan post transitum Jordani testatur locus jam allegatus Jos. V. & Paschatis festo Judæos frui nova annona perhibet Josephus [28], quæ de hordeo ut accipiamus necessitas suadet, quippe quod seminatum erat mense Schebet & Adar s. 70. diebus ante Pascha, uti triticum & spelta jam semestri citius mense sc. Marchesvan, nihilominus tamen hordeum citius ad maturitatem pervenerat, uti hæc omnia exponit Glossa in Rosch Haschana apud Cl. Lightfootum (29) זרעא חרפא *semen præcox est quod cito maturescit* &c. Satum ergo fuerat hyeme jam ingruente, nec minus aeris ob clementiam fundique pinguedinem versus medium mensis Nisan jam maturuerat.

IX. Difficultas tamen quædam hic loci non admodum levis oritur, quid sc. Judæis factum eo casu; quando Pachatis stato tempore hordeum nondum maturuerit ac minus adhuc triticum vel aliud quodcumque frumenti genus, nihilominus enim tenebantur ad manipuli oblationem undecunque illum peterent, quum ea tam expressa lege sancita ac Paschatis vel cujuscunque sollemnis Festi observatio, adeoque de hac oblatione citra absolutam necessitatem dispensari vix potuisset; Quid igitur circa hæc constitutiones sapientum definiant paucissimis audiamus; ita maimonides [30] על שלשה סימנים מעברים את השנה על התקופה ועל האביב ועל פירות האילן כיצד בית דין מחשבים ויושעין אם תהיה תקופת ניסן בששה עשר בניסן או אחר זמן זה מעברין אותה השנה ויעשו אותו ניסן אדר שני כדי שיהיה הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין לסימן אחר. id est *ob tria intercalabant annum signa, ob revolutionem* (æquinoctium), *ob fruges recentes, ob fructus arborum, nam computat Synedrium ac observat, si futurum est æquinoctium mensis Nisan die 16. ejus mensis vel postea, tunc annum illum intercalant, & mensem illum alias Nisan faciunt Adar secundum, ita ut veniat Pascha tempore frugum præcocium, & signo hoc nituntur ad intercalandum, neque rationem habent cujuslibet alius signi*, unice sc. hæc tria illis sufficiunt; sed porro sic differit וכן אם ראו בית דין שעדין לא הגיע האביב אלא עדין אפל הוא ולא צמחו פירות האילן שדרכן לצמח בזמן הפסח סומכין על שני סימנין אלו ומעברין את השנה ואף על פי שהתקופה קודם לששה עשר בניסן הרי הן מעברין כדי שיהיה האביב מצוי להקריב ממנו עומר התנופה בששה עשר וכדי שהיו הפירות צומחין כדרך כל זמן האביב. id est *Et ita si observat Synedrium, quod opportunitas nondum adsit pro fructubus maturis, sed tempus opportunum illorum fore serotinum, & quod nondum germinaverint arbores uti alias solent tempore Paschatis, nituntur his duobus signis & intercalant annum, & licet æquinoctiam sit ante diem 16. mensis Nisan nihilominus intercalant, propterea ut possint fruges recentes inveniri ad offerendum ex illis manipulum agitationis die 16. mensis Nisan, utque fructus reperirentur germinantes uti solent tempore adsueto spicarum*; Exemplum quoque intercalationis ejusmodi ex Talmude Hierosol. *Maaser scheni* fol. 56. 3. & *Sanhedrin* fol. 18. 4. producit Crleber. Lightfoot [31], de intercalatione vero ipsa, quum Calendarium Hebræorum integrum exhibere hujus loci non sit, nec id ferret instituti nostri ratio, merito Lectorem remittimus ad Illust. Scaligeri præclarum opus (*b*) ac ea quæ Cel. Seldenus passim in Scriptis suis toto orbe Celeberrimis circa hanc rem observat; mallem tamen mihi persuadere hoc non nisi rarissime accidisse, ac potius ceu quædam cautela, si casus forsan accidat vel in disquisitionem veniat, hæc constitutio a Magistris adhibita videtur quam sæpius exercitata, quoniam hoc minus convenire videri possit summæ Divini Legislatoris Sapientiæ, quæ omnia dirigit ac mandat tempore opportuno, quod ipsi optime notum perspectumque esse nemo, nisi impietatis notam incurrere cupiens, unquam inficias ire possit, hæcque opportunitas in omnibus festorum ceremoniarumque Legibus adeo observata, ut quare huic ritui minus conveniret nondum video, licet præfracte negare nolim hanc regulam quandam licet rarissimam passam fuisse exceptionem.

X. Hordei vero oblationem in primitias sanctissimo Numini minus gratam acceptamque fuisse quam tritici nemo forsitan existimabit, quum temporis ratio necessario hordeum flagitet adeoque tacite illud adprobet; Verum quidem est, hordeum apud Judæos pinguissimum inhabitantes solum vilitatis ac parvi pendii notam quandam præ se tulisse, quum

quum illud vocarent אכל בהמה *escam bestiarum* (33) ac hominibus pauperrimis propterea in cibum concessum erat, dum opulentiores tritico, spelta, nobilioribusque frumentis in escam utebantur; neque in sacris Divinitus huic genti præstitutis hordei usus tam frequens ac tritici imo fere nullus conspicitur, quum semper optimum pinguissimumque altari cedere jussum fuerit. Hominibus in escam cessisse hordeum edocent S. paginæ, sed ita ut semper quandam vilitatis notam illi relinquant; Gideon Midianitarum explorans castra somnium quemdam socio narrare audivit ejusmodi verbis, *ecce* צלול לחם שערים *tostus panis bordeaceus obvertebat sese castris Midianitarum* &c. Jud. VII. 13. quod alter, nescio quo vel unde omine hausto, statim de gladio Gideonis ac clade per illum suis imminente interpretatus est; quod in Gideonem, qui ceu debile vileque instrumentum respectu potentiæ sibi infestæ, per brachium Divinum gravem de Madianitis sumsit vindictam, apprime quadrat; Ita Divinus Vates, destructionem ac totale Hierosolymorum excidium divinitus edoctus, illudque Judæis in Babylonia jam degentibus penicillo quasi ad vivum delineare jussus, ad famem in urbe oppugnata grassaturam fortiter demonstrandam mandatum accepit, ut ex tritico, hordeo, fabis, lentibus, milio & zea panem sibi paret, admodumque frugaliter de eo comedat ad mensuram pondusque, cui majoris emphaseos causa additur ועגת שערים תאכלנה *& placentam bordeaceam comedito eam* Ezech. IV. 12. quod miseriæ augustiæque notam præ se ferre non dubito, addi poterit & locus Joh. VI. 9. Nihilominus in cibum sat vulgaliter fuisse adhibitum, etiam in humanum, colligitur ex 2. Sam. XVII. 28. 2. Reg. VII. 1. 16. 18. 2. Paral. II. 10. XXVII. 5. Jerem. XLI. 8. &c. licet quando in sacris tritici & hordei simul occurrit mentio, illud semper videmus priori loco positum, veluti v. g. Deut. VIII. 8. Joel I. 11

XI. Hordei in sacris mentio fit Lev. XXVII. 15. ubi sc. Israelita proventum segetemve agri sui devovisset Jehovæ sollemni voto, non quidem tenebatur ad cedendam totam messem, seges à sacerdote æstimata pecunia redimenda erat, si e. g. vovisset segetem hordei compensare debeat 50. siclis argenteis; sic legitur 2. Reg. IV. 42. Schalischæum quemdam ad Elisæum Prophetam sociosque attulisse לחם ביכורים *panes primitiarum viginti panes bordeaceos & spicas recentes*, quas sacrum quid fuisse agnoscunt Interpretes, quippe de omnibus terræ fructubus offerre spontaneas jubentur Israelitæ Deut. XXVI. 2. sic in ministerio Templi mistici cum oblatione sextæ partis Ephæ e Chomere tritici jungendam præcepit Deus sextam Ephæ e Chomere hordei Ezech. XLV. 13. secus ac in templo Hierosolymitano, in quo tamen & hordei usus distincte mandatus invenitur Num. V. 15. sed in negotio admodum exoso, in oblatione sc. quam maritus Zelotypus afferre jubetur *ad memoriale in memoriam revocans iniquitatem*, quæ adeo nescio quid ignominiæ secum trahebat, ideoque non ex præstantissimo aliisque in muneribus adhibitio sed ex minori constare debuit frumento, cujus rationem hanc dant Talmudici [34] רבן גמליאל אומר כשם שמעשיה מעשה בהמה כך קרבנו מאכל בהמה. *R. Gamaliel dicit, uti opera ejus* [mulieris suspectæ adulterii] *sunt opera bestiarum, ita & sacrificium ejus ex cibo bestiarum* (constare debeat; de oblatione autem ipsa hæc tradunt כל המנחות באות מן החטים וזו באה מן השעורין מנחת העומר אף על פי שבאה מן השעורין היא היתה באה גרש וזו באה קמח. *omnia munera afferebantur ex tritico, sed boc fiebat ex bordeo, sed in boc veniebat farinæ flos, in illo farina*, sc. cruda neque cribrata uti farina manipuli; peculiare ergo hoc fuit muneri Zelotypiæ quod materia ejus esset hordeum, uti & quod careret oleo & thure, quæ tamen ad cœtera munera omnia requisita erant; hæc vero hic loci sollicite inquireree scopus noster non permittit, adeat B. L. si vacat Cl. Seldenum [35] & VVagenseilium (36) qui felicissime omnia de Zelotypiæ processu congessere; solum addamus locum diligentissimi Scriptoris Philonis Judæi qui apprime docet quo loco hordeum Judæis sit habitum, ille muneris Zelotypiæ causam ita investigat (37) μήτε δ' ἔλαιον μήτε λιβανωτὸν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων θυσιῶν προσέσθω, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ χαρτοῖς ἀλλ' ἄγαν ὀδυνηροῖς μέλλειν τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι. Κρίθινον δ' ἐστὶ τὸ ἄλευρον, ἴσως ἐπειδὴ ὑπαμφίβολός ἐστιν ἡ ἀπὸ κριθῆς τροφή, καὶ ἀλόγοις ζώοις καὶ ἀτυχέσιν ἀνθρώποις ἐφαρμόζεσθαι, σύμβολον τοῦ τὴν μεμοιχευμένην οὐδὲν θηρίων διαφέρειν, ὧν ἀδιακρίτως εἶναι καὶ ἀνεπιστάτως τὰς ὀχείας συμβέβηκε, τὴν δὲ καθαρεύουσαν τῶν ἐγκλημάτων, οἰκεῖον ἀνθρώπων βίον ἐζηλωκέναι. *Sed neque oleum neque thus uti in aliis sacrificiis adspergitur, quia tristes non læti boc peragebant sacrificium; puls autem adhibetur*

tur hordeacea, *forsan ideo*, *quia hoc genus frugum usum habet duplicem*, *&* *promiscue præbetur brutis animantibus &* *pauperibus*, *quo signo innuitur*, *adulteram nil differre a bestiis*, *quæ sine disciplina discrimineque ruunt in Venerem*, *pudicam vero & a scelere puram imitari vitam hominibus proprium esse*. Quoque inter Judæos ritus obtinuit in sponsalibus, quando Virgo desponsanda e domo paterna prodiens domum mariti petebat, ut sparserint hordei grana, quod ipsis denotabat fœcunditatem quam sponsæ adprecabantur (38).

XII. E Sacris nunc paucis in profana egredi non inconveniens erit; Proventus hordei quo loco vulgo apud Veteres habitus sit docet Plinius ubi ait (39) *Primum omnium frumenti vitium avena est*, *& hordeum in eam degenerat*, *sicut ipsa frumenti sit instar*, & antea (40) *Hordei farina & ad medendum utuntur*; pro alimento dabatur jumentis, id declarat Ill. Salmasius cujus doctissima verba hic legere non pigebit, ita ille (41) *apud Veteres Romanos*, *qui avenam non serebant*, *hordeum equis dabatur*, *inde apud Comicum*

> *Demam tibi de hordeo ni tolutim badissas.*

Et hordearius missus quod quadrigis pro præmio hordeum dabatur. *Græci quoque hordeum ad pabulum equorum habebant*, *unde* κριθῶνα πῶλον *vocant*. Ita apud Phædrum (42) quidam Herculi verrem cum sacrificasset

> *Asello jussit reliquias poni hordei*

scil. quo saginaverat verrem; apud Juvenalem habemus itidem hordea jumentis data (43)

> *atque maniplos*
> *Solvet & infundet jumentis hordea lassis.*

Ubi vetus Scholiastes tradit, *vino nam solet fessis animalibus infundi hordeum*, hinc & *hordearium æs* apud Festum, quod scil. Equiti Romano pro hordeo datum, & *hordeariæ quadrigæ*, quia Vectoribus sive agitatoribus earum hordeum præmio dabatur; Polybius de stipendio militibus in frumento expenso hæc narrat [44] Σιτομετροῦνται δὲ οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως, οἱ δὲ ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. *Frumenti modum accipiunt pedites medimni Attici duas partes admodum*, *equites hordei septem medimnos in mensem*, *frumenti duos*. Cæsar de Pompeii M. Dyrrhachio inclusi equitatu hæc narrat (45); *Erat summa inopia pabuli &c. cogebantur Corcyra atque Acarnania longe interjecto navigationis spatio pabulum supportare*, *quoque erat ejus rei minor copia*, *hordeo adaugere*, *atque his rationibus equitatum tolerare*; *sed postquam non modo hordeum pabulumque omnibus in locis herbæque desectæ &c. conandum sibi aliquid Pompejus de eruptione existimavit*. Ita hordeum victu equorum adnumerat Jul. Pollux (46) τροφαὶ ἵππων, κριθαὶ, ζειαὶ, χόρτος, χιλὸς: *alimenta equorum hordea*, *speltæ*, *siligines*, *fœnum*, *pabulum*. Licet tamen hordeum præcipue equis pabulum præbuerit, sæpissime tamen hominibus in escam cedebat, licet ceu vilius alimentum reputaretur, quare etiam Philosophus ejus naturam sic descriptam dedit uti frumenti ignobilioris (47) Διὰ τί πυροφόρος ἡ πίων καὶ βαθεῖα χώρα, κριθοφόρος δὲ μᾶλλον ἡ λεπτογέως, ἢ ὅτι τῶν σπερμάτων τὰ ἰσχυρὰ πλείονος τροφῆς δεῖται, τὰ δὲ ἀσθενῆ λεπτῆς, ἀσθενέστερον δὲ ἡ κριθὴ καὶ μανώτερον, ὥστε οὐ φέρει τὴν πολλὴν τροφὴν καὶ βαρεῖαν. *Quapropter pinguis & profunda terra tritici est ferax*, *hordei ea potius quæ tenuior est? An quia seminum validiora ampliore indigent alimento*, *infirmiora levi tenuique*, *est autem hordeum tritico imbecillius & laxius*, *itaque etiam non admodum largam firmamque præbet nutritionem*: & quæ proximo loco sequuntur; Hinc etiam pœnæ loco datum militibus hordeum pro tritico demensumque melius in pejus mutatum, uti notavit militiæ Veterum scriptor (48); *Milites qui parum profecerant pro frumento hordeum cogebantur accipere*, *nec ante eis annona in tritico reddebatur*, *quam sub præsentia Præfecti Legionis*, *Tribunorum*, *v. Principum*, *experimentis datis ostendissent*, *se omnia quæ erant in militari arte*, *complesse*; id factum legimus a Marcello post male rem gestam cum Hannibale [49] *cohortibus*, *quæ signa amiserant*, *hordeum dari jussit*, *Centurionesque manipulorum*, *quorum signa amissa fuerant*, *districtis gladiis discinctos destituit*: & a C. Augusto [50] Σεβαστὸς τοῖς διὰ δειλίαν ἀπολειπομένοις κριθὰς ἀντὶ πυρῶν ἐκέλευε μετρεῖσθαι: *Augustus iis*, *qui ob timiditatem minus dextre rem administrassent*, *hordeum pro tritico mensurari jussit*.

XIII. De Susianis Persiæ incolis magnoque solis in Susiana æstu hæc tradit Geographus (51) τὰς δὲ κριθὰς διασπαρείσας εἰς τὸν ἥλιον ἀλλέσθαι καθάπερ ἐν τοῖς ἰπνοῖς τὰς κάχρυς. *Hordeum in sole sparsum ita torrere uti in furnis cachrys solet*: haud dubie Susiani hordeum soli exposuere ut parent ad molendum, aliis in locis minus torridis igne torrebatur

fru-

frumentum antequam immitteretur molæ, secundum Virgilium (52)

Et torrere parant flammis & frangere saxo.

uti ad Strabonis locum observat Cel. Casaubonus; alias idem tractus Susianus hordei admodum erat ferax, adeo ut illud, uti & triticum, in planitie satum centuplum nonnunquam ducentuplum retulerit, uti in sequentibus perhibet Strabo; *Cachrys* vero quid sit explanat Illust. Salmasius (53) scil. χάχρυ & χάχρυς esse *semen hordei scabrum & asperum*, κάχρυς πεφρυγμένη *hordeum frictum*, inde καχρυδίας ἄρτος *panis hordeaceus*, κεγχρὸν & κεγχρῶδες de quo proprie agit Strabo, esse *nuces Persicas* v. speciem amygdalæ, quæ fauces exasperant & raucescere faciunt, e. i. d. Imperator Romanus de Massiliensibus talia narrat (54) *Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariæ ad summam inopiam adducti, bis prælio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati, ex diutina conclusione & mutatione victus (panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur, quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant) &c. sese dedere sine fraude constituunt*; insoliti nil magnum in hoc alimenti genere conspicitur, nisi quod corruptum fuerit præ vetustate, nam panico usos fuisse Gallos tradit Plinius, igitur & hordeo quia simul in publicam necessitatem cum panico fuerat coacervatum. De Hordeo ventilato ac purgato ad molam, esumque ni fallor parandum, ita Ovidius (55)

Hordea, quæ Lybici ratibus misere coloni,
Exue de palea tegminibusque suis.
Par ervi mensura decem madefiat ab ovis,
Sed cumulent libras hordea nuda duas.

Ita alibi Circen bis novem Æneæ socios hospitio excipientem præstigiatricen describit agentem [56]

Nec mora, misceri tosti jubet hordea grani,
Mellaque, vimque meri, cum lacte coagula passo.

Quæ alias cum Ulyssis sociis acta recenset Homerus (57)

Ἐν δὲ σφὶν τυρόν τε ϗ ἄλφιτα ϗ μέλι χλωρὸν,
Οἴνῳ πραμνείῳ ἐκύκα. ἀνέμισγε δὲ σίτῳ
Φάρμακα λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης.

Ipsisque caseum, & farinam, & mel recens
Vino dulci confudit, commiscuitque pani
Venena nocentia, ut oblivisceren tur patriæ terræ.

Non solum autem in cibum sed & in potum Veteribus hordeum fuisse adhibitum constat, ita de Ægyptiis narrat Herodotus (58) Ἀρτοφαγέουσι δὲ ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι; οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, οὐ γάρ σφι εἰσὶ ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι. *Panibus vescuntur quos ex farre conficiunt, eosque cyllestis nominant; Vino utuntur facto ex hordeo, neque enim illis sunt in regione sua vites.* Vilitatis tamen notam quandam hordeum semper effugere non potuisse, partim jam ex locis allatis constat, partim ex eo, quod vel ipsum *hordei* nomen vile quid sualerit, indeque convitia ac scommata in homines non optimæ notæ petita sint, ita apud Suetonium (59), *Hordearium eum Rhetorem appellat, deridens ut inflatum, ac levem & sordidum*; Hordeum vile vocatur apud Phædrum (60)

Diripiunt nummos negligunt vile Hordeum.

Gladiatores Romani vocabant *Hordearios* quia hordeum sagina eorum teste Plinio (61), *Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro Authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur.*

XIV. Nihilominus locum non raro in Sacris Gentilium obtinuisse Author nobis est Suidas (62) quia ita rem tangit, τὰς κριθὰς μέχρι νῦν ὅλας χέουσιν οἱ ἐπιθύοντες ταῖς σπονδαῖς, ἐπὶ Σύμβολον τῆς παλαιᾶς τροφῆς: *hordea usque in hodiernum diem sacrificantes integra affundunt libationibus, in Symbolum antiqui nutrimenti*; hinc οὐλόχυτα & οὐλοχύται *hordei fusiones*, οὐλόχυτα *far, hordeum, sal*, quod in victimas sparsum, Græcis idem erat ac Latinis *Mola*, quod Didymus Homeri Interpres hoc modo describit, ἀπὸ δὲ κριθαὶ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι, ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερευομένοις ζώοις πρὸ τοῦ θύεσθαι; *hordeum sale mixtum, quod sacrificandis animalibus ante mactationem superfundebant*; videri volebant larga manu Deos colere, inde avaritiæ vel minima nota suspiciove evitanda; οὔλας dici volebant quasi ὅλας, vel quod plena datur manu, vel quod hordei grana integra hostiæ affundebantur non fracta vel tusa, quod magis arridet, sed in hoc Græcia a Latio in diversa ibat, quod spicis adoreis a Vestalibus tostis utebatur notante Servio [63]; *Hoc nomen* (mola) *de sacris*

cris tractum est ; far enim pium , id est mola casta sive salsa ita fit . Virgines Vestales tres maximæ ex Nonis Maiis ad pridie Idus Majas alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt ; easque spicas ipsæ Virgines torrent , pinsunt , molunt , atque ita molitum condunt ; Ex eo farre Virgines ter in anno molam faciunt ; Lupercalibus , Vestalibus , Idibus Septembribus ; adjecto sale cocto & sale duro . Igitur quod in sacris mola casta *dicitur , ideo Virgilius* 5. *Æneid.* farre Pio *enuntiavit ; quid enim est Pium nisi castum ? quoniam piare est propitiare , quod accidere non potest nisi caste inservitum erit rebus sacris.* Mola Græcis ex hordeo facta, uti e locis allatis constat, quod præterea confirmat Eusthatii locus a Sauberto adlegatus, οὐλαὶ, κριθαὶ μετ' ἁλῶν μεμιγμέναι , ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερουργομένοις Ζώοις πρὸ τοῦ θύεσθαι , *molæ sunt hordea sale commixta , quæ insperguntur sacris victimis antequam cædantur* ; Pollux vero οὐλόχυτας adnumerat sacrificiorum instrumentis, simulque addit, Phrasin esse Poeticam (64) τὰ δὲ πρὸς θυσίαν, σχίζαι, σφραγίδες, κοπίδες, πελέκεις, ὀβελοὶ, λίκνα, κανᾶ, χερνίβες, τὸ γὰρ πεμπόβολα, καὶ οὐλοχύται καὶ τὰ τοιαῦτα, ποιητικά . *Sed quæ ad sacrificiorum administrationem faciunt hæc sunt , ligna fissa , culteri , mucrones , bipennes , verua , vanni , canistra , gutturnia v. lebetes* &c. quare enim sacrificiorum instrumentis ac præsertim πεμπωβόλοις , quod est *veru quinquefidum unius manubrii* etiam apud Homerum occurrens, jungat molam hordeaceam , non video , nisi quod eodem tractu sacrificiorum apparatum enarrare velit, alias hic proprie non pertineret.

XV. De sparsis in Græcorum sacrificiis molis erudit nos Homerus (65)

— — τοὶ δ' ὦκα θεῷ κλειτὴν ἑκατόμβην
Ἑξείης ἔστησαν ἐΰδμητον περὶ βωμόν.
Χερνίψαντο δ' ἔπειτα , καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.
Illique statim Deo splendidam hecatomben
Ordine statuerunt rite ædificatum circirca altare,
Et manus deinde lavarunt , & molas sumserunt.

Et paulo post,

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο , καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,
Αὐ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν , καὶ ἔδειραν.
Cœterum postquam precati fuerunt & molas projecere,
Retro egerunt primum , & jugularunt & pellem detraxere.

Ita alibi sacrificium ab Agamemnone Jovi factum narrans [66]

Βοῦν δὲ περιστήσαντο , καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.
Bovem autem circumstetere & molas sumserunt.

Molam ejusque materiam usitatam ac parandi morem nemo forsan melius edocebit quam ipsemet Apollo, qui ita rationem libaminum fertorumque præcepit, uti e Porphyrio narrat Eusebius (67)

Καὶ μέλι φυρήσας δηϊῷ ἀλφίτῳ ἔνθες,
Ἀτμὸς τε λιβάνοιο , καὶ οὐλοχύτας ἐπίβαλλε.
Sed prius infuso subigens tunsa hordea melle,
Hæc thuri admixta, & salsas super injice fruges.

De mola expiatoria ac hordeis spectanti injectis populo lego apud Aristophanem (68)

Σεῖε σύ ταχέως , σύ δὲ προτεινε τῶν ὀλῶν,
Καὐτός τε χερνίπτου παραδοὺς ταυτηὶ ἐμοί,
Καὶ τοῖσι θεαταῖς ῥίπτε τῶν κριθῶν.
Quate ocyus tu , tu molam prætendito,
Ipse expiator hanc mihi tradens facem ,
Spectantibusque disjice hordea.

Græcis molæ alias quoque dictæ θυλήματα , quæ quidem a præcedentibus distinctæ , quum postremo loco tanquam oblatio numini gratissima veniebant , quod posteriora secula dicebant ἐπιθύειν & θυλεῖσθαι , θυλήματα præcipue erant pauperiorum sacrificia , docente Theophrasto apud Stobæum ; distinguit quoque Pollux ubi narrat ad Numina accedentium actiones (69) μηρία ἐπιθεῖναι, οὐλὰς ἐπιβάλλειν , σπλαγχνεύσασθαι , θυηλήσασθαι , ἱερῶν προκατάρξασθαι , *femora reddere , molam salsam aspergere , exta reddere , suffire , sacra auspicari* , &c. ubi observantibus Doctiss. Commentatoribus Msc. Codd. vocem θυηλήσασθαι explicant per τῷ ἐπιθεῖναι θυμιάματα ; quid vero sint θυλήματα , nam sic quoque legitur æque ac θυηλήματα , exponit Hesychius, scil. βεβρεγμένα μέλιτι ἄλφιτα ἢ θυμιάματα ἐπὶ βωμῶν, *farina melle mixta s. suffimenta super aris*, notante Cl. Kuhnio ad h. l. Legitur quoque apud Comicum [70]

Ταυτὶ δέδραται , τίθετο τὼ μηρὼ λαβών,
Ἐγὼ δ' ἐπὶ σπλάγχν' εἶμι καὶ θυλήματα.
Hæc sunt peracta , crura jam curans cape ,

Nam

*Nam viſo ad exta, diiſque ſuffi-
tum paro.*

Ubi obſervat Scholiaſtes, θυλήματα, τὰ τοῖς θεοῖς ἐπὶ θυόμενα ἄλφιτα, ἐπιῤῥαίνεται δὲ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, πηλεκλείδης ςεροῖς, ὦ δέσποθ' Ερμῆ κάπτε τῶν θυλημάτων: *ſunt farinæ quæ Diis offerebantur libatæ vino & oleo* &c. loco θυλημάτων Divitiores ſacra facientes thura, myrrham &c. buſto aræ injiciebant, tamen utraque uti & fruges tribus ſummis digitis ad id negotium adhibitis oblata vel potius ſparſa fuere; hordei uſum in ſacris Græcorum fuſe uti ſolet enarrat Antiquitatum Romanorum ſcriptor [71].

XVI. Romanis mola ſalſa ex farre, ita Valerius Max. (72) *Ideoque in ſacrificiis mola quæ vocabatur ex farre & ſale conſtat, exta farre ſparguntur*; & Plinius [73] *Numa inſtituit Deus fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet, id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam niſi toſtum. Is & Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias*; & Poeta (74)

*Ante, Deos homini quod conciliare
valeret,
Far erat & puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice
myrrhas,
Acta per æquoreas hoſpita navis
aquas;
Thura nec Euphrates nec miſerat
India coſtum.*

Feſtus deſcribit Molam ſalſam quod ſit *far toſtum & ſale conſperſum*, quam alias ſimpliciter exprimunt Latii Scriptores, uti Horatius [75]

*Tu cum pro vitula ſtatuis dulcem
Aulide natam
Ante aras, ſpargiſque mala caput
improbe ſalſa.*

Ad quæ vetus Scholiaſtes hæc tradit; *Molam ſalſam dicunt far & ſalem cum aqua, quæ ſpargebatur inter cornua quando initiabatur victima*; ita quoque Tragicus (76)

*Non tura deſunt, non Sacer Bacchi
liquor,
Tangenſve ſalſa victimam culter mola.*

& alibi (77)

*——— huc propere admove,
Et ſparge ſalſa colla taurorum mola.*

Nec non ab ipſis indicatur per *fruges* & *fruges ſalſas* non definito genere; ita Virgilius [78]

*Jamque dies infanda aderat, mihi
Sacra parari,
Et ſalſæ fruges & circum tempora
vittæ.*

Quæ exponit Servius; *Sal & far, quod dicitur mola ſalſa, qua & frons victimæ & foci aſpergebantur & cultri. Fiebant autem de horna fruge & horno ſale, ut Horatius, & horna fruge*; Horatii locus quem citat ita habet (76)

*Si Thure placaris & horna
Fruge Lares, avidaque porca.*

Ad quæ Scholiaſtes; *Horna fruge; Vino novello, nunc uſque Tuſci horna novella vina dicunt*; ita Servius Grammat. *Horno nihil aliud eſt, niſi hoc anno, unde duplex derivatio invenitur; Nam Cicero dicit hornotinas fruges, Horatius dicit hornas fruges*; dicitur quippe a Græco ὡραια quaſi hujus horæ ſive Tempeſtatis, uti obſervant Viri Docti. Ovidius de hoc ritu ita [80]

*Siſtitur ante aras auditque ignara
precantem;
Imponique ſuæ videt inter cornua
fronti,
Quas coluit fruges.*

& rurſus Seneca (81)

*——— Non cruor largus pias
Inundat aras; fruge nec ſparſi Sacra
Centena nivei, colla ſubmittunt boves.*

Ex farre ergo vulgari ritu Sacrificiorum victimis adſperſæ molæ ſalſæ conſtabant in ritubus Romanorum, quod a hordeo diverſum quidem frumenti fuiſſe genus Author eſt Varro (82) *Periti in loco humidiore far potius ſerunt quam triticum, contra in aridiore hordeum potius quam far, in mediocri utrumque*; num vero ſit aliud quam Hebræorum בר quod Alexandrini reddunt per σῖτον, uti & Græcorum πυρὸς quod de tritico ſpeciatim uſurpatur, tam confidenter affirmare non auſerim; *Far* proprie quid fuerit optime nos docent Illuſt. Salmaſii verba (83); *Ut duo hodie notiſſima frumenti genera triticum & ſpelta, ita Romanis triticum & far. An ergo far Romanorum ſpelta noſtra? Certe* Ζέαν *Græcorum plerique omnes Veteres Grammatici ſic exponunt, quam docuimus eſſe ſpeltam; Latini quoque in eadem ſententia, Gloſſæ optimæ*; far Ζέα ὄλυρα *Gloſſæ Servii*, far farris, Ζεὰ ὄλυρα. *far illud adoreum dixerunt, & ador idem cum farre* &c. Hæc in tranſitu ex hordei occaſione de mola ſalſa, nec enim inſtitutum noſtrum fert ſacra Romanorum proprius inſpicere; de mola præſertim conferri poſſunt Cl. Stuckius (84) Saubertus [85] & ab his allegati.

(1) Kiddufch Hachodeſch cap. 4. Tom. 1. pagin. 294.
(2) Menachot cap. 8. §. 1.
(3) Gemara Menachot fol. 83.
(4) Miſna Kelim cap. 1. §. 6.
(5) Hilcot. amidin. cap. 7. §. 5.
(6) Menachot cap. 10. §. 9.

(7) Menachot cap. 8. §. 2.
(8) Menachot cap. 8. §. 1.
(9) Antiquit. lib. 6. cap. 6.
(10) In Palæstina lib. 3. pag. 897.
(11) ספר זרעים Tomo 5. ejusque primus tractatus Kilaim fol. 59.
(12) Glossa in Bab. Sanhedr. fol. 22.
(13) Menachot cap. 10. §. 2.
(14) Ibid. cap. 8. §. 2.
(15) Disquisit. Chorogr. in Joh. cap. 4. §. 5.
(16) Josephus Antiq. lib. 14. cap. 1. 4.
(17) Sermon. Lib. I. Eclog. 5. v. 99.
(18) Ad Misnam Oholoth cap. 18. §. 10.
(19) Palæstina lib. 3. pag. 987.
(20) Centur. Chorogr. Mathæo præm. cap. 38.
(21) Hilcot. Tamidin. cap. 7. §. 10.
(22) Adamnanus de locis S. Lib. I. apud Reland. in Palæst. pag. 339.
(23) De bello Jud. Lib. 4. cap. 8.
(24) Hilcot Thamidin l. c. §. 11.
(25) Comment. in h. l. l. c.
(26) De Septenario & Festis pag. 1192.
(27) Comment. ad Math. XII. 1.
(28) Antiq. Jud. lib. 3. cap. 10.
(29) Hor. Hebr. ad Joh. cap. 4. v. 35.
(30) In Kiddusch Hachodesch cap. 4. §. 2. 3. Tom. 3. fol. 293.
(31) Hor. Hebr. ad Matth. XII. 1.
(32) De Emendat. Temp. Lib. 2. pag. 102. & Lib. 5. pag. 429.
(33) Misna Sota cap. 2. §. 1.
(34) Misna Sota cap. 2. §. 1.
(35) Uxor Ebr. lib. 3. cap. 15.
(36) Comment. in Sota pag. 348. seq.
(37) Libr. de special. Leg. pag. 785.
(38) Misna Cetubhot cap. 2.
(39) Hist. Nat. lib. 18. cap. 17.
(40) Ibid. cap. 7.
[41] Exercit. Plinian. p. 274. edit. Ultrajectinæ.
[42] Lib. 5. Fabula 4.
[43] Satyr. 8. v. 154.
[44] Histor. lib. 6.
[45] De Bello Civil. lib. 3. cap. 58.
[46] Onom. lib. 1. Segment. 183.
[47] Plutarch. Quæst. nat. pag. 925.
[48] Vegetius de re milit. Lib. 1. cap. 13.
[49] Livius lib. 27. cap. 13.
[50] Polyæn. Strateg. lib. 8. cap. 24.
[51] Strabo lib. 15. pag. 1063. edit. Amstel.
[52] Æneid. lib. 1. v. 183.
[53] Exercit. Plin. pag. 423.
[54] Jul. Cæs. de bello Civ. lib. 2. cap. 22.
[55] Fragm. Medic. fac. v. 54.
[56] Metam. Lib. 14. v. 273.
[57] Odyss. Lib. 10. v. 234.
(58) Lib. 2. cap. 77.
(59) De clar. Rhetor. cap. 5.
(60) Lib. 2. fab. 7.
(61) Nat. Hist. Lib. 18. cap. 7. §. 14.
(62) In voce ἀλόχυται.
(63) Ad Virg. Eclog. 8. v. 82.
(64) Onomast. Lib. 1. Segm. 33.
(65) Iliad. 1. v. 442. 448.
(66) Iliad. β. v. 410.
(67) Præpar. Evangel. lib. 4. cap. 9.
(68) Pace: pag. 365. v. 960. ed. Amstelod.
(69) Lib. 4. segm. 27.
(70) Loc. cit.
(71) Dion. Halic. Lib. 2. pag. 92. edit. Oxon.
(72) Lib. 2. cap. 5. §. 5.
(73) Histor. Nat. Lib. 18. c p. 2. §. 2.
(74) Ovid. Fastor. lib. 1. v. 337.
(75) Sermon. lib. 2. Sat. 3. v. 199.
(76) Seneca in Thyest. Act. 4. v. 688.
(77) Oedip. v. 335.
(78) Æneid. 2. v. 131.
(79) Carmin. lib. 3. Od. 23. v. 3.
(80) Metam. lib. 15. v. 132.
(81) Hippolyt. Act. 2. v. 498.
(82) De Re Rustica lib. 1. cap. 9.
(83) De Homon. Hyles Jatricæ cap. 57.
(84) De Antiq. conviv. lib. 1. cap. 30.
(85) De Sacrif. cap. 18.

CAPUT V.

§. I. *Messis hordei ad manipulum quomodo & qua diei hora instituta*. II. *A quonam facta*. III. *Quibus cæremoniis*. IV. *Quibus ritubus Hierosolymas adductum*. V. *Quomodo torrefactum*. VI. *Quomodo in farinam redactum*. VII. *Decimatio ac residuum ejus*. VIII. *De Placentis primitiarum*. IX. *Oblatio manipuli ipsa*. X. *Agitatio Decimæ separatæ ad oblationem*. XI. *Diei hora qua facta*. XII. *Sacrificium agni huic muneri additum*. XIII. *Quare Fertum agni e duabus similæ decimis*. XIV. *Quando sacrificium Musaph cum ferto oblatum*.

I. DEmonstratis nunc quantum licuit die, materia &c. manipuli oblationis, propius de ritubus circa eam observatis spectandum erit; primo loco se sistit messis ipsa manipuli ac ejusdem adductio consecratioque. Quod ad messem, ante omnia certa ejus hora ac temporis punctum quo peracta, figenda erunt. Magistrorum traditio refert, peragendi hæc mandatum fuisse statim post solis Occasum diei 15. Nisan sive primi Azymorum, adeoque sub initium diei 16. præparatoriis jam dum factis sole adhuc lucente sub finem decimi quinti diei, ita Misna (1) ביצר היו עושים שלוחי בירת רין יוצאים מערב יום טוב ועושין אותו במחובר לקרקע כדי שיהא נוח לקצור: *Quomodo faciebant? Legati Synedrii vesperi diei festi exibant & fasciculos colligebant ex eo quod fundo infixum erat, ut eo facilius demeti posset*; sc. quanto ipsis ad hanc oblationem opus erat, uti observat R. Ob. Bartenora כורכים וקושרים ראשי שבולים מלוא אגרוף: *flectebant & ligabant spicas pugilli quantitatem conficientes*; eadem de temporis circumstantia tradit Maimonides (8); וכיצד היה נעשה מערב יום טוב יוצאין שלוחי בירת רין ועושין אותו כרכורת במחובר לקרקע כדי שיהיה נוח לקצור. id est *Sed quomodo erat faciendi ratio* (manipulum)? *vesperi festi egrediebantur Legati Synedrii qui illum colligabant in fasciculos ex eo quod solo inhærebat*, [fruges adhuc stantes] *eo ut facilitas esset major ad illum demetendum*; Ac ita expectandus erat finis 15. diei cum solis occasu ingruens, omniaque hoc modo ad promtam manipuli demessionem adornabantur. Statim vero sole occaso falx in segetem immiti cœpta; ita pergit Textus Misnicus כיון שחשכה אומר להם בא השמש אומרים הין בא השמש אומרים הין: *Nocte adveniente quidam*

dam

dam rogabat, occiditne ſol? & alii reſpondebant occidit ſol; interrogantes porro num ita eſt? reſpondebant, ita ſane; quod iiſdem fere verbis tradit Maimonides l. c. præter quod indicat quiſnam fuerit interrogans & quinam reſpondentes. כיון שחשכה אומר להם הקוצר לכל העומדים שם בא השמש אומרים לו הין בא השמש אומרים לו הין ונו׳: *Cum primum adveſperaſceret unus meſſorum omnes adſtantes ita interrogabat; occubuitne ſol? dicebant ita. Ocubuitne ſol? dicebant ita. Occubuitne ſol? dicebant ita;* tertia vice ergo meſſor interrogationem repetebat, tot vicibus adſtantium reſpondente caterva. Gemarici tamen obſervant, totam noctem aptam legitimamque fuiſſe ad hanc meſſem faciendam; ita illi (3) והתנן כל הלילה כשר לקצירת העומר ולהקטיר חלבים ואבירים זה הכלל דבר שמצותו כל היום כשר כל היום דבר שמצותו בלילה כשר כל הלילה: id eſt *& traditio eſt, quod tota nox legitima ſit ad meſſem manipuli & ad adolendum adipes & armos; hæc eſt regula generalis, res cujus præceptum ſonat de toto die legitime peragitur per totum diem, ita & res quæ præcipitur noctu facienda rite peragitur tota nocte;* ubi ſc. hora non ſtricte definita.

II. Perſonæ hanc peragentes meſſem quænam fuerint rurſus ex traditione petendum erit; Illæ quidem in lege Divina non exprimuntur, ſed generaliter legimus והבאתם את עומר ראשית קצירכם *adduceris* vos filii Iſrael *Omer primitias meſſis veſtræ* &c. ſermo Divinitus dictatus Moſi dirigi mandatur ad totum populum, univerſus itaque integerque cœtus afferre jubetur frugum manipulum; ita rem intelligit Iſ. Abarbinel (4) ואמר והבאתם עומר להגיד שיביאו את עומר משל צבור: id eſt *dicitque* & offeretis manipulum, *ad indicandum quod obtulerint manipulum nomine congregationis* [totius]; Delegatum tamen hocce negotium fuit a Synedrio Viris aliquot probis numero tribus, concurrentibus ad id incolis proximarum urbium, oppidorum, pagorumque ingenti caterva, ut majori ſtudio, pompa ac ſollemnitate meſſis hæc perageretur, uti hæc concipio ex verbis Moſis Ægyptii l. c. ita diſſerentis כל העירות הסמוכות לשם מתכנסות כדי שיהיה נקצר בעסק גדול וקוצרין שלש סאין שעורין בשלשה אנשים ובשלש קופות ובשלשה מגלות: id eſt *Omnia oppida circumjacentia eo conveniebant, eo ut fieret meſſis hæc majori ſolemnitate; metebant autem 3. hordei ſata miniſterio trium virorum, tribus caniſtris & tribus falcibus:* quæ paulo clariora Miſnæ verbis quæ ſic ſonaut, וכל העיירות הסמוכות לשם מתכנסות לשם כדי שיהיה נקצר בעסק גדול: *Omnibus vero in oppidis vicinis congregabantur incolæ, ut meſſis hæc fieret pompa majori*, quæ adeo ſollemniter peracta præſente populi ingenti vi, maxima ex parte ob Karæos, ut ſcirent quod Rabbanitæ præciſe obſervarent finem diei primi Azymorum & initium ſecundi ſive poſtridie Feſti.

III. Meſſem ſ. demeſſionem ipſam admodum ſollicite peractam fuiſſe docent Autores citati, quum enim jam tenebræ ingruerent, interrogatione jam dicta alta voce tribus facta vicibus, conſtaret certo occubuiſſe ſolem, adeoque diem 15. præteriſſe, tandem metebant, quæ demeſſio qua ratione peracta malumus Judæorum verbis referre, ita Miſna loc. cit. מגל זו אומרים הין מגל זו אומרים הין קופה זו אומרים הין קופה זו אומרים הין: בשבת אומר להם שבת זו אומרים הין שבת זו אומרים הין אקצור והם אומרים לו קצור אקצור והם אומרים לו קצור שלשה פעמים על כל דבר ודבר והם אומרים לו הין הין הין כל כך למה מפני הביתוסים שהיו אומרים אין קצירת העומר במוצאי יום טוב: *an hac falce?* [interrogabant meſſores] *dicebant ita; an hac falce? dicebant utique; an hoc caniſtro? dicebant ſic; an hoc caniſtro? dicebant omnino; Die Sabbathi rogabat, an hoc Sabbatho? reſpondebant illi, ſic; an hoc Sabbatho? dicebant ita; an metam? reſpondebant ei, mete; num metam? dicebant ei mete; Tribus vicibus enim de unaquaque re* (rogabat) *& illi reſpondebant* (totidem vicibus) *ita, ita, ita; Quare vero hæc omnia? propter Baitboſæos* [Karæos] *qui perhibebant manipuli meſſem fieri non debere in fine diei Feſti,* [ſed poſtridie Sabbathi hebdomadæ, uti ſupra] hæc verbatim ſecundum Textum Miſnicum tradit Ben Majemon in tractatu jam ſæpius allegato; Obad. de Bartenora obſervat, quum meſſor interrogarit, *num hac falce?* ſubintelligendum eſſe *metam fruges, an hocce caniſtro?* ſc. *num in hoc colligam fruges?* quæ præterea cuilibet attendenti facile in mentem venire apparet; meſſores vero alta voce hæc omnia interrogaſſe, ac adſtantes reſpondiſſe ob Karæos, ut ii ſc. cognoſcerent, hæc nunc nulla habita ratione opinionis ſuæ peragi, ac forſan deſiſterent ab Heterodoxia ac pertinacia, idem affirmat Burtenora.

IV. Cum frugum manipulo jam demeſſo quid porro factum docet Miſna, קצרוהו ותנוהו בקופות *demetebant illum*

ac

ac ſeponebant in caniſtra, quæ hunc in finem meſſores ſecum attulerant; קופה & קופא ſignificat Thalmudicis *Perticam vectem*, *fuſtem*, *baculum*, adeo ut videri poſſit, demeſſas fruges impoſitas fuiſſe perticis inter ſe invicem junctis, ſicque in urbem deportatas, quod quidem nil inſoliti, ſed parumper præ ſe ferret incommodi; malumus ergo cum Cl. Surenhuſen reddere per *caniſtra*, præcipue eo inducti, quoniam videmus meſſorem interrogaſſe קופה זו *num hoc caniſtro*, in ſingulari, quod in perticam vel baculum unicum quadrare vix poterit, quum ad manipulum frugum in perticis portandum requirantur plures perticæ inter ſeſe invicem ligatæ humerisque impoſitæ; niſi mavis manipulum fune ligatum perticæ uni adpenſum fuiſſe, quod parum conſtat vixque concipitur; retineamus ergo hanc Caniſtri notionem, imprimis quum videamus, primitiva quoque ad loca Sancta fuiſſe adducta in Caniſtris ſive corbibus, quæ vocantur ,כל סלים (5) & Stylo Babylonico הטנא, licet quod ad texturam a קופות ſint diſtinguenda, uti & quod ad magnitudinem. Caniſtris vero impoſitum manipulum הביאוהו לעזרה *ferebant ad atrium* Templi; Talmudici hic loquuntur de tempore quo ſtabat Templum ſecundum, ubi dubio procul in atrium portabant manipulum, nec non ſtante Salomonis Templo, quid vero ante hoc extructum factum fuerit, quæri jure poterit; de ea re differentem invenio Abarbanelem non in hoc ſed affini negotio, de primitivis ſc. quæ Deut. XXVI. 2. afferri jubentur ad locum a Deo electum, ille hæc habet [6] רוצה לומר שלא יוליכו הבכורים לא לנוב ולא לגבעון ולא לפני במה אחרת כי אם לשני אלה בלבד לפי שאלה בלבד נקראו בית יהוה: id eſt *vult dicere* [S. S. Deut. XXVI. 2.] *ne afferant primitiva Nobum vel Gibeonem*, *neque in locum aliquem excelſum*, *ſed ſolum ad duo loca* [Solymam & Schilo] *quippe quæ ſola vocantur domus Jebovæ*; & quæ ſequitur argumentatio, ad vindicandam hancce prærogativam duobus his locis excluſive ad alia, quæ vereor quin nimis ſint ſubtilia longiuſve quam par eſt petjta, licet enim Nob & Gibeon tam diuturna Tentorii ſede gaviſi non fuerint quam Schilo & Solyma, nullum vero Dei cultum præter quotidianum ibi peractum fuiſſe, ſi modo arca Fœderis per ſpatium aliquod temporis ibi ſubſtiterit, difficile erit conceptu, ubi vero cultus peractus publicus, ibi & primitiva ex Lege offerri potuiſſe & primitias omnino videtur; quod ita & de Kiriath Jearim, Gilgal &c. accipiendum; Templum autem Hieroſolymitanum ſolum hac prærogativa primitiarum oblationis in penetralibus ſuis peractæ, dum ſtaret, præpoluiſſe, probatione non indiget, quum ea quæ huic adjuncta muneri alio in loco rite fieri haud potuiſſe in conſpectu eſt. Ubi ergo cultus Divinus publicaque populi Sacra facta, ibi & manipulus oblatus fuit, ſive nunc Hieroſolymis ſive præcedenti tempore Schilunte ſ. Gilgale, ſ. alio quocunque loco a Deo excluſive ad alia, licet ad tempus tantum, electo.

V. Fruges adductas non ita crudas, uti ex agro veniebant, oblatas, ſed ſtudioſe antea fuiſſe peæparatas, docet nos iterum Miſna [7] היו מהבהבין אותו באור כדי לקיים בו מצות קלי דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בקנים ובקליחות חובטים אותו כדי שלא יתמעך: *Torrebant ipſum ad ignem*, *ut obſervent de eo mandatum de ariſtis toſtis*, *ſunt hæc verba R. Meir*; *Sapientes autem dicunt*, *baculis ac perticis percutiebant illum ne comminueretur*. Sententias Magiſtrorum habemus hoc circa negotium parumper variantes. Quidam, obſervante Maimonide ad h. l. uti R. Meir opinati ſunt quod hæ fruges non debuerint torreri, ſed tantum per ignem traduci, ſive ad eum aduri; alii defendunt, ſpicas demeſſas ante omnia debuiſſe percuti baculis ſ. triturari, quia tum ſint diſſolutæ magiſque aptæ ad torrefactionem, quum e contra antea ſint cohærentes humidæque, quod revera rationi magis videtur conſentaneum; quomodo autem fuerint trituratæ clare docet Ob. Bartenora ad h. l. וחכמים אומרים בתחלה חובטים ולא כדרך תבואה יבשה שחובטים אותו במקל אלא בקנים לחים ובקולחות בקלח של כרוב כדי שלא יתמעך ואחר כך מקיימין בו מצות קלי: *Sapientes ſtatuunt*, *quod prius manipulum decutiebant*, *ſed non ut proventum ſiccum quem percutiebant ope baculi*, *verum cannis virentibus truncisque braſſicæ ne comprimeretur*; *poſtea autem mandatum de toſtis ſpicis in eo obſervabant*. Quomodo toſta fuerint grana decuſſa docemur ex Miſna l. c. נתנוהו לאבוב ואבוב היה מנוקב כדי שיהא האור שולט בכולו שטחוהו בעזרה והרוח מנשבת בו: *Poſtea imponebatur manipulus vaſi dicto Abub*, & *Abub erat perforatum*, *eo ut ignis poſſet penetrare per totum bocce vas*, & *ventus illud tranſpirare*, *cum expoſitum foret in atrio* - אבוב quale fuerit vas exhibet Cl. Buxtorfius [8]; ſc. vas æneum utplurimum hinc inde perforatum, quo vento ac igni

igni penetrari pesset; fuisse nonnunquam fictile docet Misna (9) הטהורין שבכלי חרס טבלה שאין לה לזביז ומחתה פרוצה ואבוב של קלאין: *munda hæc sunt ex vase fictili, tabula cui non est cinctura, & acerra aperta, & sartago spicarum tostarum*; In Glossa autem ad Menachot (10) dicitur fuisse æneum, שנותנין אותו באבובי כלי של נחשת וזה שמו של נחשת וזה שמו של גרוסות שלא היו טוחנות דק אלא עבה שכן דרך הסולת: id est *indiderunt illum in sartaginem: vas æneum, & hoc est nomen ejus quod habet ex ære, & aliud nomen est quod habet a fabis, neque fuerunt tenuiter commolitæ, sed crasse uti quis commolere solet similam*; peculiare videtur instrumentum torrendis frugum granis, nomen enim citra dubitationem trahit ab אביב; Eadem de manipuli torrefactione egregie uti solet tradit Maimonides [11] קצרוהו ונתנוהו בקופות והביאוהו לעזרה וטחוהו וזורין ובוררין ולוקחין את השעורין ומהבהבין אותו באור באבוב מנוקב כדי שיהיה האש שולט בכולו שנאמר אביב קלוי באש גרש כרמל מפי השמועה למדו שאינו מדבר אלא במנחת העומר בלבד ואחר שקולין אותו שוטחין אותו בעזרה והרוח מנשבת בו: id est *Cum esset demessus imponebatur canistris, ac ferebant eum in atrium, hic excutiebant, ventilabant ac mundabant eum, cum vero excutiissent hordea, traducebant illa per ignem in sartagine perforata, ut ignis penetraret ea omnia uti dicitur* (Lev. II. 14.) spicas adhuc virentes torrebis igne, confringesque sicut far tusum, *eo quod traditio nos docet, quod sermo non sit hoc in loco nisi de munere manipuli solum; postquam vero excussæ essent* (spicæ) *& tostæ, exponebant eas in atrio, ut ventus eas perflaret*; Demessionem ergo excipiebat allatio in atrium Templi, hanc tritutatio, torrefactio hanc, hancque ad auram expositio, quo ad molendum hæ fruges redderentur aptiores, quæ sane omnia ad modum receptum præparationis terræ frugum etiam ad usum communem vitæque necessitatem erant accommodata. Subtilitatem autem nescio quam reperit Bartenorius Magister in torrefactione harum frugum ministrante sartagine perforata, quam propterea dicit adhibitam fuisse, quia fruges proprie nullo interveniente instrumento super ignem tostæ, vocari haud potuissent קלוי *tostum*, quum id nominis solum cadat in ea, quæ torrentur in vase aliquo & præcise hujus sartaginis ope; Quod quidem in tantum verum est, in quantum ejusmodi sartago commodior aptiorque talem ad torrefactionem reperta est, quum impediret quo minus spicæ nimium quid ignis ardore adurerentur, minusque aptæ ad oblationem hancce purissimam evaderent, quæ spicas tostas non in carbones redactas requirebat, quæ vero alios torrefaciendi fruges mores minime excludunt, qualis v. g. mos calidis illas imponendi saxis vel clibanis injiciendi, dummodo æque apti ac expediti reperti sint.

VI. Hisce succedebat ad molam frugum ita præparatarum adductio; quam breviter ita l. c. tradit Textus Misnicus ונתנוהו בריחיים של גרוסות והוציאו ממנו עשרון שהוא מנופה בשלש עשרה נפה: *Et indebant illum in molas fabarum, ac educebant ex eo decimam partem cribratam tredecim cribris*; Quales hæ molæ fuerint describit Bartenora, sc. non minute sed crasse molentes, ne si minute spicæ commolerentur surfures una cum farina cribrum penetrarent, sed hac ratione surfures per cribrum transeuntes farinam licet crassiorem in eo relinquebant; hæcque facta ad modum commolitionis fabarum eodemque instrumento, גרוסות quippe notat molam fabarum. Eundem molendi morem sic notat Maimonides loc. cit. ונותנין אותו לריחים של גרוסות וטוחנין את השלש סאין ומוציאין מן הכל עשרון שהוא מנופה בשלש עשרה נפה: id est *& indebant illum molæ fabariæ & molebant tria sata, & ex toto sucernebant decimam, quæ cribrata fuit* 13. *cribris*; R. Levi Ben Gerson ita eadem describit [12] ואופן מעשיה היא באופן שנתן שם והוא שצולין התבואה אשר בעומר ההוא באש כדי שייבש ויתכן לטחון אותו ולקחת הסולת ממנו וטוחנים אותו בריחיים של גרוסות כדי שתהיה הסולת יותר יפה והו אמרו גרש כרמל ואחרי כן יבררו הסולת יותר יפה ממנה בכל הפנים: id est *modus vero præparationis ejus talis erat, uti exponitur ibi; assabant enim fruges, quæ ad manipulum sumi solebant, ad ignem, eo ut arefierent aptæque redderentur ad molendum, exque iis sumendum similam s. florem; molebant vero eas in molis fabarum, donec prodiret simila insignis, & hæc est quam vocant* contusum spicæ virentis; *postea autem ventilabant hanc similam, quæ exinde fiebat omni modo nitidissima*; non in farinam minutam sad in fractum tusumque far quasi reducebant hasce spicas, nec ex mola fabaria aliud quid prodire poterat; summa vero diligentia tusas fuisse secretasque exinde patet, quod per 13. cribra transire debuerint, antequam legitima censeretur simila;

Non

Non vero tota massa ex agro demessa allataque in primitiarum cedebat oblationem, sed decima demum pars, purissimum quippe, castissimum optimumque.

VII. Eadem fere quæ apud Magistros de manipuli messe adductione &c. leguntur apud Josephum [13] Φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα καὶ πτίσαντες, καὶ καθαρὰς πρὸς ἀλεσμὸν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τῷ βωμῷ ἀσσάρωνα προσάγουσι τῷ Θεῷ καὶ μίαν ἐξ αὐτοῦ δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι καὶ τότε λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεστι πᾶσι καὶ ἰδίᾳ θερίζειν. *Siccato spicarum manipulo & contuso, ac a furfuribus repurgatis hordeis, ad altare assaronem Deo adducunt, ac pugillum unum ex eo injicientes, reliquum ad usum Sacerdotum relinquunt; ac inde omnibus publice privatimque messis faciundæ datur potestas*; Loquitur quidem egregius Scriptor de residuo decimæ ex toto manipulo oblatæ, de residuo vero totius adductæ massæ ne verbum quidem, de hoc residuo ita quid factum audiendi erunt Magistri; ita Misna l. c. והשאר נפדה ונאכל לכל אדם וחייב בחלה ופטור מן המעשרות רבי עקיבא מחייב בחלה ובמעשרות: *Reliquum vero redimebatur & ab unoquoque comedi poterat, placentæ obnoxium erat sed immune a decimis*; R. *Akiba obnoxium illud facit ad placentam & decimas*; ita & Maimonides l. c. והשאר נפדה ונאכל לכל אדם וחייב בחלה ופטור מן המעשרות כמו שביארנו; id est *Reliquum pretio redimebatur & comedebatur ab unoquque homine, & obstrictum erat uti alibi exposuimus*; Residuum ergo frugum manipuli, cum decima similæ ex illis esset separata, cedebat in usum profanum, ac a quolibet homine mundo, si pretio redemerit illud, comedi poterat, sed non nisi in loco Sancto intra montem Templi, uti alibi idem observat Doctor [14] מה הן השמנה שאין נאכלין אלא במקדש בשר החטאת וכו' שלמי צבור ומותר העומר: id est *Quænam sunt octo illa quæ non comeduntur nisi in Sancto? Caro Sacrificii pro peccato &c. Eucharistica totius cœtus, & residuum manipuli &c.* Altari enim sat cedere credebant, si optimum ei reservatum posthabitis minus puris castisve rejectoque quasi furfure; Residuum hocce a quocunque redemtum liberum erat a præcepto de Decimis ex quibuscunque terræ frugibus Deo solvendis, quoniam ventilatio manipuli frugum censebatur esse in potestate Sancta, quod vero Sacris addictum illud ad Decimas non erat obstrictum observante Bartenorio; sed non æque liberum erat a præcepto placentæ, quia debitum de separanda collyra in massa qualibet permanet, cujus subactio massæ est in potestate hominis, ex plebe etiam, postquam eam redemerit; paucissima quædam de hoc mandato ad intelligentiam eorum quæ diximus hic nobis addenda.

VIII. Mandatum de placentis primitiarum massæ legitur Num. xv. 20. his verbis ראשית ערסתכם חלה תרימו תרומה *Primitias massarum vestrarum placentam offertote in oblationem, uti oblationem ex area offertote illam; Collyra* sive *placenta* speciatim h. l. adhibetur pro illa particula, quam, cum massam farinæ ad panem coquendum subigebant, Judæi inde separabant ad Deo consecrandam; Magistrorum iterum audiemus decisiones, eo magis quoniam Lex Divina admodum parce hac in re loquitur. Is. Abarbanel observat, mandatum de placenta eandem rationem non habere cum reliquis præceptis, quæ pendent a terra S. veluti de decimis &c. quæ non observata neque obstringebant nisi post terræ distributionem, quum e contra præceptum de placenta observari debuerit statim a primo in terram promissionis ingressu, quia dicit Legislator בבואכם cum veneritis in terram hanc; posthæc vero ita pergit (15); וביאר שלא ירימו אותה מהחטה ולא מהסולת והקמח שיעשו ממנה אלא מראשית הבצק המתוקן בעריבה יהיו חייבים להריח החלה והענין שירימו מהעסה בראשונה פת אחד ויהיה תרומה ליהוה ויתן אותה לכהן המשרת לפניו ואמר כתרומת גרן להגיד שיתן חלק מועט מהעיסה כתרומה הנתנת מהחטה בהיותה בגרן והנה לא הגבילה התורה שעור התרומה ולא שעור החלה: i. e. *explicatur, quod non obtulerint placentam ex tritico neque ex simila neque farina confecta ex illa, sed ex primitiis massæ aptatæ in mactra; obligati erant ad oblationem placentæ, & sensus est, quod obtulerint ex massa farinacea unum frustum, ex prima scil., oblatio erat Domini, ac Sacerdos ministrans ponebat eam coram facie Dei; jubet vero* (Lex) *ac si esset oblatio ex horreo, ad indicandum, quod daret exiguam partem ex massa, uti oblatio quæ data ex tritico cum adhuc esset in horreo. Sed non determinat Lex quantitatem hujus oblationis, neque quantitatem placentæ*; in proxime sequentibus perhibet, se ex traditione sapientum accepisse, quod in oblationem placentæ debeatur unum ex quatuor & viginti; eadem tradit R. Salomo postquam observavit, Israelitas statim post terræ Canaanis ingressum primamque proventus

tus ejus fruitionem obligatos fuisse ad primitias placentarum persolvendas; ita ille (16) ראשית עריסותיכם כשתלושו כרי עסיתכם שאתה רגילין ללוש במדבר וכמה היא וימדו בעומר עומר לגולגלת תרימו מראשיתה כלומר קודם שתאכלו ממנו ראשית חלקו חלה אחת תרימו תרומה לשם יהוה חלה טורטיל בלעז כתרומת גורן שלא נאמר בה שיעור ולא כתרומת מעשר שנאמר בה שיעור אבל חכמים נתנו שיעור לבעל הבית אחד מכ״ד ולנחתום אחד ממ״ח: i. e. Primitias massarum vestrarum. *Quando depseris massas vestras quas subigere solebatis in deserto; sed quænam est quantitas ejus? ea quæ dicitur* [Exod. XVI. 18.] & metiebant cum Omer: *Omer vice versa offeretis de primitiis ejus, i. e. antequam comedatis de illa, primitias, partem ejus, placentam unam offeretis in oblationem nomini Domini. Placenta autem vocatur* Tourtille *in lingua exotica. Uti oblationem ex area, de qua non dicitur quantitas, sed sapientes æstimationem dederunt, præscribentes Patrifamilias unum ex* 24. *& pistori unum ex* 48. Erat ergo hæcce oblatio totius massæ consecratio, demta ex eadem parte aliqua exigua ad offerendam illam Jehovæ in primitias, in debitam gratitudinem pro cibo lautissimo quo vescebantur in regione omnibus benedictionibus affluente, non enim hoc statutum observabant nisi intra terræ promissæ limites, afferente Maimonide (17) אין חייבין בחלה מן התורה אלא בארץ ישראל בלבד שנ׳ והיה באכלכם מלחם הארץ וגו׳ i. e. *non obligantur ad placentam ex Lege nisi solum in terra Israelis, uti dicitur*, & erit cum comederitis ex pane terræ illius &c. sed ex annona, quæ, licet extra hanc regionem producta, tamen intra eam consumta, omnino offerebant placentas, quoniam æstimabatur quoad comestionis locum; ita idem paupost פירות חוצה לארץ שנכנסו לארץ חייבין בחלה ופירות הארץ שיצאו חוצה לארץ פטורין: *fruges extraneæ regionis quæ afferuntur in terram S. obligatæ sunt ad placentam, & fruges terræ S. quæ vehuntur in terram extraneam ab ea immunes sunt*, rationem dat infra ואין מביאין חלות חוצה לארץ לארץ כשם שאין מביאין תרומה ובכורים משם: i. e. *neque adducunt placentas ex terra extranea in terram S. uti neque adducunt Trumam vel primitiva exinde*; quare vero hæc non inde adducant ex ante dictis facile adparet; satis simile est hocce præceptum cum illo manipuli, quare pauca hæcce hic loci legisse non pigebit, quæ infra nobis lucem aliquam dabunt; quia vero in præcepto de placenta nunc operam nostram exercere non studemus, B. L. merito remittimus ad integrum Codicem Talmudicum, qui non nisi hæc agit, unde & rubricam חלה præ se fert, ubi abunde omnia huc spectantia discutiuntur, uti & apud Maimonidem toto capite 5. de primitivis.

IX. Secreta ac probe ventilata mundataque ex frugibus adductis parte decima, hæc ipsamet denique Deo offerebatur, hæcque erat oblatio manipuli stricte proprieque sic dicta, quæ in Lege Sacra solum exprimitur voce והניף *& agitabit sacerdos illum coram Domino*, denominatione desumta a potiori actuque præcipuo; Magistri paulo amplius ex majorum traditione nobis exhibent ritus circa hanc oblationem observatos, uti & quæ circa eandem addita; ita Misna l. c. בא לו לעשרון ונתן שמנו ולבונתו יצק ובלל הניף והגיש וקמץ והקטיר והשאר נאכל לכהנים: *Hisce peractis accipiebant decimam illam partem, addideruntque ei oleum ejus ac thus ejus affusum, miscebatur, agitabatur, adducebatur, ac pugillo colligebatur, adolebaturque, residuum vero comedebatur a sacerdotibus*. Eadem prolixius ac disertius paulo tradit Moses Ægyptius loc. cit. ולוקחין זה העשרון של סולת השעורים ובוללין אותו בלוג שמן בששה עשר בניסן ונותנין עליו קומץ לבונה כשאר המנחות ומניפו במזרח מוליך ומביא מעלה ומוריד ומגישו כנגד חודה של קרן מערבית דרומית כשאר המנחות וקומץ ומקטיר והשאר נאכל לכהנים כשיירי כל המנחות: i. e. *Et accipiebant hanc decimam similæ hordei, & commiscebant eam cum Log olei eodem illo die* 16. *Nisan, & addebant ei pugillum thuris uti cœteris fertis, & agitabant illam versus Orientem adducendo & reducendo, ascendendo & descendendo, & admovebant illam ad acumen cornu* (altaris) *Notozephyrini uti reliqua ferta, & pugillus inde acceptus adolebatur, reliquum vero comestum fuit a Sacerdotibus, uti residua omnium fertorum*. Quantitas hæc decimæ partis ita stricte erat observanda, ut ea neglecta tota oblatio temerata ac illegitima censeretur, affirmante eodem [18] שתי הלחם ולחם הפנים ועומר התנופה שהוסיף במדתן או חסר כל שהוא פסולות i. e. *Duo panes* [primitiarum] *& panes propositionis & manipulus agitationis, si additum fuerit ad mensuram eorum* (præstitutam) vel *si detractum fuerit, omnino redditi fuissent temerati*. Ratio vero commixtionis docetur a Rabi Bartenorio ad h. l. scil. oleum cum thure commixtum, antequam unum vel alterum affusum foret similæ hordeaceæ, oleum thure mixtum in-

infusum prius vasi, deinde simila, ac tunc reliquum olei, postea vero omnia subacta ac in unam massam conversa, quæ eadem ratio erat præparandi quæcunque ferta. Rationem offerendi diserte docet Levi Gersonides ad h. l. ויקחו ממנו עשרון שהוא שעור הקטן אשר ממנחות לפי שלא נזכר בתורה לזאת המנחה שעור ויבללו אותו בשמן בקטן השעור הנזכר בתורה והוא לוג כי לא נזכר שם שעור לשמן אשר יבללהו בו ונותנין עליו קומץ לבונה ומניף הכהן זאת המנחה במזרח ומנישה למקום הגשת המנחות וקומץ מגרשה ומשמנה על כל לבונתה כמו שנזכר בפרשת ויקרא ומקטיר זה הקומץ והשאר נאכל לכהנים i. e. *& accipiunt inde decimam partem, eo quod sit quantitas minima quæ cadere potest in ferta, ideo quod non memorata est quantitas hujus muneris in Lege, & miscebant illam oleo mensura exigua memorata in Lege quæ est Log, quoniam hic non memoratur quantitas olei quo miscebant illam, & addebant illi pugillum thuris, agitabatque sacerdos hanc oblationem in Orientali latere, & admovebat illam ad locum admotionis oblationum, & pugillabat ex contuso ejus, ex oleo ejus, & ex omni thure ejus, uti quoque memoratur in Sectione* Lev. 11. 2. *Et adolebat hocce pugillatum, reliquum vero comestum fuit a Sacerdotibus*. Divinitus quidem non præscriptum quantum olei thurisve huic muneri admiscendum, id autem Magistri constituere ex generali fertorum Lege, quantumque illis additum fuerat olei vel thuris, tantum quoque accedebat huic manipuli oblationi; Inter ferta autem hocce munus esse recensendum nullum restat dubium, cum diserte iis adnumeretur huic simile, ac in eadem cum fertorum generibus serie recenseatur Lev. II. Quoque Divina sancitum est lege, adesse debere aristis hordei tostis hujus muneris oleum cum thure, *illi addes oleum ac impones thus*, *nam* מנחה הוא *munus est* Lev. II. 15. quæ eadem Lex & ritum præparandi qualitatemque spicarum offerendarum quodammodo tradit, cum vocat munus primitiarum קלוי באש גרש כרמל *spicas virentes tostas igne, contusum e spicis virentibus*, v. 14. Oblatio vero hæc de qua Lev. II. sermo est ab hoc manipuli munere distincta videri posset, quum recenseatur inter munera spontanea, quorum ratio Israelitis hoc loco præscripta; Levi Gersonides vero unam eandemque cum Omer censet oblationem; malim tamen censere fuisse omnino distinctam ab hac, rationemque habuisse devoti peculiaris oblationisque particularis ac voluntariæ, quam quilibet privatus e spicarum primitiis propriis pro se domoque sua offerre poterat, cum Omer e contra fuerit מנחת הצבור, hoc vero probationi nil demit, nec impedit quin unius præparatio doceat adornationem alterius, cum sat arctam habuerint connexionem, materiam, formam, rationem plane eandem. Fermentum denique num inditum fuerit huic farinæ hordeaceæ, num vero illo caruerit, docet nos Misna (19) quæ diserte tradit legem generalem fertorum esse, ea offerri debere ex azymis; כל המנחות באות מצה חוץ מחמץ שבתורה ושתי הלחם שהן באות חמץ: *Omnia munera offeruntur ex azymis, excepto fermentato sacrificii Eucharistici & duobus panibus, qui offeruntur cum fermento*.

X. Decimam præcise ad munus hocce requisitam fuisse rursus docet Misna (20) העומר היה בה עשרון משלש סאין שתי הלחם שני עשרונים משלש סאין: *Manipulus offerebatur cum decima trium Satorum, duo panes cum duabus decimis 3. Satorum*; ad quæ hæc observat Bartenora מנחת העומר שמביאין ממחרת הפסח היו קוצרין שלשה סאין דהיינו איפה וטוחנים אותו ומניפין אותו בנפה י״ג פעמים עד שמעמידים סולתו על עשרון שהיא עשירית האיפה וטעמא דבעי עשרון של עומר ג׳ סאין של שעורים כיון דמתבואה חדשה היא ושל שעורים יש בהן סובין הרבה וסולת מועט ולא אתי עשרונו מובחר אלא משלשה סאין h. e. *munus manipuli, quod secundo die Paschatis offerebatur, metebatur e tribus satis, sive Epha una hordei, idque commolebant & cribrabant ter ac decies, donec farina illius decimam Ephæ conficeret; sed cur decima manipuli tribus hordei satis confici debuit? ratio hæc est, quod manipulus veniebat ex proventu novo, & quia hordeum multum furfuris & parum farinæ confert, idcirco decima illius electa tantum e tribus satis oblata*. Insignem quoque præbent lucem Maimonidis ad h. l. dicta, quæ secundum Cl. Surenhusium sic Latine sonant; *Decima requiritur in manipulo, decima Ephæ pars, & illius quantitas est cum quantitate Logi; Epha comprehendit sex sata, satum vero* 24. Logos; *præterea dicit, quod sumi debeant tria sata hordei eaque commolenda esse, postquam bene sint cribrata aliquoties, remanente decima farinæ; ratio est, quia hordeum est novum brevisque temporis, ea enim nocte qua demessum etiam commolebatur, uti hoc in isto tractatu exponitur, idcirco exigua similæ farinæque copia est in illo manipulo, decima igitur cocta non minor esse debet hac quantitate;* Hæc sat perspicua ut glos-

glossis nostris non indigeant; Residuum hujus decimæ, nil enim ex ea nisi pugillus altari cedebat uti §. præcedenti observatum, a sacerdotibus comestum, de quo peculiaris observatio s. narratio invenitur in Codice Joma, benedictionem divinam, qua hocce residuum sub ministerio Simeonis Justi pontificatum, nec non maledictionem, quæ post ejusdem decessum in idem cadebat, spectans; hoc modo enim ונשתלחת ברכה בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים וכל כהן שמגיעו כזית ויש אוכלו ושבע ויש אוכלו ומותיר מכאן ואילך נשתלחה מארה בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים וכל כהן מגיעו כפלו הצנועין מושכין את ידיהן והגרגרנין נוטלין ואוכלין: i. e. *Missa est quoque benedictio in manipulum & in panes primitiarum & in panes propositionis, ita ut cuicunque sacerdoti proveniret ad quantitatem olivæ, comedensque id saturabatur, adhucque supererat; Abhinc vero immissa est maledictio in manipulum & in duos panes & in panes propositionis, cunctisque sacerdotibus inde proveniebat ad quantitatem fabæ, honesti retrahebant ab eo manus suas, voraces autem manus suas injicientes comedebant illud residuum*. De agitatione manipuli non multum nobis restat dicendum, quum ea ab agitatione in reliquis fertis differentiæ nihil habuerit, ac ea quæ hanc spectant dudum a Viris Doctis egregie enucleata fuerint, quare Iliada post Homerum scribere otii nostri non est; observandum tantum erit ex traditione Magistrorum, quædam munera requirere tantum *adductionem* הגשה ad acumen s. cornu altaris Noto-Zephyrinum, ejusmodi erant munera similaginis, munus sacerdotum, munus gentilium, mulierum &c. absque agitatione; alia vero requirebant תנופה *agitationem* absque adductione, uti Logus olei pro leproso, sacrificium pro reatu ejusdem, ac primitiæ: alia tandem requirebant utrumque, מנחת העומר ומנחת קנאות טעונות תנופה והגשה: *munus Omer & Zelotypiæ requirunt agitationem & adductionem* (21). Significationem hujus agitationis recensebimus Abarbanelis verbis, והתנופה היתה מעלה ומוריד ומוליך ומביא לששת צדדי העולם להראות כי ליהוה הארץ ומלואה: *Et agitatio fiebat ascendendo & descendendo, ducendo & reducendo, versus sex mundi plagas, ad indicandum quod Jehovæ sit terra cum plenitudine sua*; Quantum veri hæc expositio contineat, mysteriorum indagatoribus examinandum relinquimus, cum hujus loci non sit, semper tamen longe saniora hæc ac Legis Commentatore digniora mihi visa sunt iis, quæ nugatur Rabi Salomo in h. l. scil. כל תנופה מוליך ומביא מעלה ומוריד מוליך ומביא לעצור רוחות רעות מעלה ומוריד לעצור טללים רעים: i. e. *Omnis agitatio fiebat antrorsum & retrorsum, sursum ac deorsum, antrorsum & retrorsum ad cobibendos malos spiritus, sursum ac deorsum ad cobibendas umbras malas*, spectra s. tenebriones &c. Agitatio autem ubinam sive qua in altaris parte facta fuerit, exhibet Maimonides (22) וכהן מניח ידו תחת ידי הבעלים ומניף הכל לפני יהוה במזרח וכן כל הטעון תנופה במזרח מניפין אותו: i. e. *Sacerdos vero supponebat manum suam manibus offerentium, & agitabat omnia coram Deo in parte Orientali, & ita omne quod debet agitari in parte Orientali aræ agitabatur*. Agitatio ejusmodi erat essentialis oblationis Omer actus, in Lege S. nil adeo de adolendo, sed tantum de agitando legitur, quod quidem alterum non excludit, sed potius tacite requirit, nihilominus autem exinde hoc munus κατ' ἐξοχὴν dictum legitur עומר התנופה *manipulus agitationis*.

XI. De hora diei 16. Nisan, qua hæc agitatio peracta, nos docet Maimonides (23) ואימתי קומצין אותו לאחר שמקריבין מוסף היום וכבש העולה קודם התמיד של בין הערבים i. e. *Sed quo diei tempore pugillum sumebant de illo* [s. adolebant illum]? *postquam oblatum esset Sacrificium quod addebatur die illo & agnus holocausti, i. e. ante Sacrificium juge Vespertinum*; quæ sat clare temporis momentum indicant, scil. factum esse immediate ante agnum jugis Sacrificii Vespertinum ac post Sacrificium dictum מוסף *addititium Festi*, solennitate quippe Paschatis tota singulis diebus a primo ad septimum usque quotidianis victimis addita fuit & alia peculiaris, eadem quæ Calendis, duo Juvenci, aries unus, agni septem in holocausta, nec non hædus in sacrificium piaculare, qui ex parte comedebatur, quibus omnibus peractis manipulus adducebatur cum proprio suo holocausto, de quo nunc paucis videndum.

XII. Ex mandato Divino similæ hordeaceæ addendum erat holocaustum cum fertis ac libaminibus suis; parare jubentur Israelitæ eodem die agnum anniculum in holocaustum, duasque Ephæ decimas similæ mistæ oleo in odorem benevolentiæ, libamenque addere vini quartam Hin; sacrificii hujus plane peculiaris erat ratio, cum fertum ejus modum fertorum alias pro holocausti agno præscriptorum excederet; hoc observat Maimo-

monides, expositis enim mensuris fertorum libaminumque divinitus præscriptorum Num. xv. hæc addit [24] אין מוספין על השעורין האלו ואין גורעין מהן ואם גרע או הוסיף כל שהוא פסל חוץ מכבש העולה שמקריבין ביום הנפת העומר שהנסכים שלו שני עשרונים בלול בשלישית ההין שמן אעֿפֿ שנכפלה סולתו לא נכפלה יינו ושמנו אלא יין לנסך רביעית ההין: i. e. *non addebant aliquid mensuris hisce, neque iis quidquam detrahebant, si vero detractum vel additum aliquid omne illud pollutum foret, excepto agno holocausti quem offerebant die illo, quo fiebat agitatio manipuli, cum illo enim libamina offerebant duas decimas mistas triente Hin olei; licet vero duplicetur similago agni hujus, non tamen duplicabant vinum ejus neque oleum ejus, sed quartarius Hin vini litabatur*. Gemara quodammodo rationem indicat, quare libamen non fuerit duplicatum, ubi ait (25) תֿר ומנחתו שני עשרונים לימד על כבש הבא עם העומר שמנחתו כפול יכול כשם שמנחתה כפולה כך יינו כפול תֿל ונסכו יין רביעית ההין יכול לא יהא יינו כפול שאינו נבלל עם מנחתו אבל יהא שמנו כפול שנבלל עם מנחתו: i. e. *Docuerunt Rabbini nostri, quod munus ejus sit duarum decimarum, ad docendum de agno quod offertur cum Omer, quod munus ejus sit duplicatum, forsan eo, quod uti munus ejus duplicatum ita & vinum ejus duplicatum esse debeat; Textus vero dicit, & libarunt vinum quartarium Hin, ergo non fuit vinum ejus duplicatum, eo quod non commisceretur cum ferto suo, sed erat oleum ejus duplicatum, eo quod commisceretur cum ferto suo*. Portio tamen ferti a Legislatore præscripta, erat pro agno una tantum decima Ephæ, uti duæ decimæ oblatæ cum ariete & tertia pars Hin in libamen, pro juvenco adhibitæ tres decimæ mistæ oleo ad dimidium Hin, hac in oblatione vero fertum agni æquabat fertum arietis, quum tamen præceptum divinum adeo sit expressum, ut exceptionem nullam videatur pati, *pro numero quem parabitis, sic facitote in unumquemque pro numero eorum* &c. Num. xv. 12. Pro lubitu itaque hoc non immutatum, sed diserta Divina Lege, quæ hanc præscripsit mensuram etsi alias pro holocausto agni insolitam, idque ob rationes quas dare nec ipsimet audent Judæi nisi admodum caute & per conjecturam, scil. cum manipulus ipse constiterit ex ignobili frumento hordeo scil. sic instituisse Numen sapientissimum, quod fertum hujus holocausti debeat esse duplicatum, eo ut vilitatis quasi nota, quam Omer præ se ferebat, inde quasi compensaretur; ita ratiocinatur Abarbanel ad h. l. ומפני שהיה קרבן השעורים גרוע כדי שלא יחשב שבזה קרבן יהוה נבזה הוא צוה שיביאו עמו שני עשרונים לחם סולת הבא בשאר הקרבנות עם כבשים ושתהיה כל המנחה ההיא אשה ליהוה: i. e. *Quia erat oblatio hordei virentium granorum, eo ut non existimet aliquis despectum esse hocce Jehovæ sacrificium vel vile, præcepit is, ut offerrent cum illo duas decimas panis similæ, ejusdem similæ quæ quoque offertur in reliquis oblationibus cum agnis, & quod esset totum hocce fertum igne absumendum Jehovæ*; Alius ejusdem gentis Commentator simpliciter vult, duplicatione hac indicari uberrimam messis benedictionem, ita ille [26] כפל מנחתו לפי שהוא קרבן תחלת הקציר סימן ברכה לתבואה שיתברכו ולפי שמנחתו כפולה משֿכ כשאר כבשים אנו מזכירין בתפלת מוספים יֿט: i. e. *Duplicatum est munus ejus, eo quod ille manipulus sit oblatio initii messis ac signum benedictionis proventus ejusdem, quod benedictus futurus sit, ac idcirco munus ejus duplicatum, id quod non ita sese habet cum reliquis agnis, qui memorantur in Oratione sacrificiorum additiorum in die festo*. Hæ expositiones, licet a Judæis procedant, nil tamen, quantum mihi videre concessum, adeo falsi vel absurdi involvunt, illasque firmare, id videtur quod, licet fertum fuerit duplicatum, libamen tamen in oblatione agni præscriptum unum idemque manserit, uti & observat Misna, pretium quippe quo hordeum carebat, duplicata similæ triticeæ quantitate quodammodo compensatum fuit, quod circa vinum libaminis ita non conveniens; Licet vero, uti generaliter rationes Legum positivarum, hæc a mero beneplacito Divino pendere videantur, citra omnem tamen rationem causamve facta jussaque sic & non aliter fuisse, quin credamus pietas vetat. Hoc Sacrificium, cum Omer oblatum, fuisse ex Sacrosanctis, docet id, quod jubetur totum esse igne absumendum Domino, quod agnoscit Levi Gersonides ubi ad h. l. ait איך תהיה זאת ההקרבה לנסכים וראוי שתדע שסולת הזאת הבלולה בשמן היתה כלה נשרפת על המזבח העולה שנאמר אישי ליהוה: i. e. *Quomodo facta hæc oblatio libaminum? videtur notari, quod simila hæc mista oleo fuerit tota combusta super altare holocausti, uti dicitur*, igne absumendum Jehovæ; quod & Phrasis hæcce manifeste infert, uti & multa commemorantur ferta in Misna [27], quæ tota cedunt altari nil vero sacerdotibus,

uti munus ſacerdotum gregariorum, munus Pontificis, & munus libaminum; quod autem in proxime antecedentibus munus Omer adcenſetur iis, quorum reſiduum poſt pugillationem cedit Sacerdotibus, id accipiendum de frugibus manipuli præparatis decima illa ante dicta; non vero de ferto ejus ſæpiſſime enim illa venit Magiſtris nomine מנחת העומר. In libatione hac aliud nil factum quam in ea quæ juncta aliis holocauſtis, eam ſic deſcribit Levi Gerſonis filius ad h. l. ואולם היין אסור לנסכו על מערכת האש שלא יכבה אש המזבח אבל הכהן יוצק משם על היסוד למקום שיהיה נשפך בו שירי הדם והיה היין מסיר עפוש הדם שהוא שנאמר בפרשת פנחס בקדש הסך נסך שכר ליהוה ולזה לא יחוייב שיהיה נשפך על המזבח: i. e. *Forſan probibitum erat vinum libare in ſtruem ignis* (ſ. in focum altaris), *ne aræ ignis extinguatur, ſed Sacerdos ex eo effudit ad baſin in locum ubi effundebant reſidua ſanguinis, vinum vero probibebat putrefactionem ſanguinis illius, uti dicitur in ſectione Pinchæ* (Num. XXVIII. 7.) in loco Sancto libato libamen vini inebriantis Jehovæ, *& inde non obligatio erat quod effundi debeat in altare ipſum*, ſ. in focum ejus. Vinum hujus libationis fuiſſe קרינן vinum dulce confectum ſ. aromaticum docet Chiskuni ad h. l.

XIII. Idem Author allegat ſententiam quorundam Judæorum, qui, cum viderent, hoc in loco mandari, duas decimas offerendas eſſe cum agno in fertum, neſciverunt illud concinno modo exponere, ut nihilominus legi Num. XV. firma ſua conſtaret auctoritas, quare unam ex illis decimis pro agno manipuli præſcriptis acceperunt de manipulo ipſo, ſ. de decima farinæ hordeaceæ e frugibus adlatis confectæ, quam una cum agno oblatam fuiſſe ita aſſerebant, alteram vero de decima, quæ ex Lege ſit offerenda in fertum pro agno unico, accipiebant; ita dictus Commentator ad h. l. ויש מפרשים אמר משני העשרונים הללו הוא העומר שהוא עשרון והוא בא עם כבש וזהו עשרון השני הוא העשרון הראוי למנחתו וראיה שלהם שהרי אינו מוסיף בנסך אלא רביעית ההין כמו לשאר כבשים ולאו מלתא היא שהרי שני עשרונים אלו באין חטים דהא כתיב בהו סולת וקים לן דאין סולת אלא מן החטין והעומר בא מן השעורים: i. e. *Sunt Interpretes qui dicunt de duabus decimis illis, quod ipſe manipulus* (comprehendatur in illis) *quia ipſe ſit decima, & quod ipſemet offeratur cum agno* [uti fertum non vero ante illud] *& quod ipſemet ſit decima altera, illa decima ſcil. quæ veniat cum ferto ſuo; ſed videtur quod ille certo non ſit additus libamini, ſed quartum Hin uti in reliquis agnis; & præceptum negativum eſt ex hac Lege, quod iſtæ duæ decimæ non ſint niſi ex tritico, uti ſcriptum eſt de hac ſimila, & conſtat nobis certo, quod non fiat ſimila* (cum fertis offerenda) *niſi ex tritico, manipulus autem erat ex bordeo*. Sane non male, ſufficit enim ad refutationem hujus opinionis eam recenſuiſſe, expreſſe enim poſt agitationem manipuli præcipit Lex offerre ferti duas decimas cum agno, quæ ergo cum manipulo commune nil habuere, ſed earum plane alia cum fuerit ratio, ab illo erant valde diſtinctæ.

XIV. Quodnam temporis ſpatium ſ. diei horam occupaverit oblatio ferti hujus, definitum præciſe nec in lege ſacra, nec in Commentariis, nec in traditionibus Judæorum eorundemque Pandectis reperio, in quantum quidem eas adire mihi licuit, vero ſimile tamen valde eſt, eam immediate ſucceſſiſſe oblationi ipſius manipuli, ſtricte quippe illi in Textu Sacro ſubjicitur; Regulæ ac conſtitutiones Judæorum generales circa ordinem ſacrificiorum addititiorum ſic ſe habebant, uti tradit R. Moſes Ægyptius (28); quando ſacrificium מוסף accidebat Sabbatho, offerebatur primo מוסף pro ipſo Sabbatho, dein מוסף diei iſtius particulare, e. g. ſi dies anni revolutionis incideret in Sabbathum, poſt juge holocauſtum matutinum offerebant מוסף Sabbathi, deinde Muſaph Novilunii, dein Muſaph novi anni, & demum juge veſpertinum; Ita eſt regula generalis, ut illud Sacrificium, quod frequentius eſſet minus, frequens præcedat, ita Miſna [29] כל התדיר מחבירו קודם את חבירו וכו' *quidquid frequentius eſt altero, præcedit id alterum*; ita jugia præcedunt addititia, addititia Sabbathi præcedunt addititia novilunii, hæc præcedunt addititia novi anni; ita & quidquid ſanctius præcedit id quod minus ſanctum; e quibus nunc ordo ſacrificii hujus quam facillime erui poterit, adeo ut Commentario noſtro opus non ſit, cum ad alia properandum, quæ neceſſitas inſtituti noſtri flagitat.

(1) Menachot. cap. 10. §. 3.
(2) Hilcot. Tamidin. &c. cap. 7. §. 11.
(3) Gemara Menachot fol. 72. 1.
(4) Comment. in Leg. l. c.
(5) Maimon. Hilc. Biccurim cap. 3. §. 12.
(6) Comment. in Leg. fol. 313. col. 4.
(7) Loc. cit §. 4.
(8) Lexic. Thalm. pag. 4.
(9) Miſn. Kelim cap. 2. §. 3.
(10) Ad cap. 6. fol. 66.
(11) Hil. Tamid. cap. 7. §. 12.
(12) Comment. ad Lev. 23.
(13) Antiq. lib. 3. cap. 10.

(14) Hil-

(14) Hilcot Biccurim cap. 1. §. 4.
(15) Comment. in Leg. fol. 238. col. 4.
(16) Comment. ad Num. xv. vſ. 20.
(17) Hilcot Biccurim cap. 5. §. 5.
(18) Hilc. Peſule Hammukdaſch cap. 12. §. 1.
(19) Menachot cap. 5. §. 1.
(20) Ibid. cap. *6.* §. *6.*
(21) Miſna Menachot cap. 5. §. 5. *6.*
(22) Hilc. Maaſe Hakorbanot cap. *9.* §. *6.*
(23) Hilc. Tamidin. ubi ſupra.
(24) Hilc. Maaſe Hakorb. cap. 2. §. 5.
(25) Gemara Menachot fol. 89. 2.
(26) Chiskuni ad hunc locum.
(27) Menachot cap. *6.* §. 2.
(28) In præfatione ad Miſnam Sebachim.
(29) Miſna Sebachim cap. 10. §. 1. 2.

CAPUT VI.

§. I. *Interdictum de nova annona explicatur, ac primo loco vox* קלי II. *Deinde vox* כרמל III. *Rabbinorum de illis ſententiæ.* IV. *De toſtis veterum.* V. *De polenta Romanorum.* VI. *De eorundem fricto cicere ac farre toſto.* VII. *De ſpicis virentibus apud Judæos in eſcam adhibitis.* VIII. *Interdicti hujus extenſio, ratio, ac limitatio ſecundum Rabbinos.* IX. *Quas ob cauſas Sapientes quædam ante oblatum Omer licita duxerint, tempore ſc. quo Templum jam vaſtatum.* X. *Quid ſtatuerint eo tempore ubi Templum adhuc in integro.* XI. *Quales fruges ad meſſem licitas reddiderit Omer.* XII. *Quænam ad uſum victumque communem licitæ fuerint redditæ.* XIII. *Tranſgreſſores hujus interdicti quam luerint pœnam.* XIV. *Quomodo dignoſci potuerint fruges num radices egerint ante Omer.* XV. *Extenſio hujus Interdicti quanta a Judæis cenſeatur.* XIV *De Judæis Americanis hodie adhuc Primitia offerentibus.*

I. SUperſunt nobis poſt exactam ipſam oblationem manipuli pauca quædam delibanda, qoæ cum Lege oblationis hujus conjuncta cernimus, ac ritum huncce propius ſpectant, ejuſque adeo annexa ſ. ſequelæ merito ideo vocari poſſunt; Lex Divina ita ſermonem proſequitur, ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו וגו׳ *& panem & toſta & virens ne comeditote uſque ad illum ipſum diem, uſque dum obtuleritis oblationem Deo veſtro.* Quæ voces קלי & כרמל hic paucis, quantum a nobis fieri poterit, exponendæ erunt, de לחם enim uti voce uſitatiſſima nil eſt quo moramur. קלי & קלוי dubio procul originem trahit a voce קלה quæ notat *aſſare, torrefacere*, notat itaqne derivatum *aſſatum toſtumque quid*, & ſpeciatim toſta frugum quarumlibet grana, hac notione occurrit *Ruth.* II. 14. 1. Sam. XVII. 17. XXV. 18. dubium aliquod movere videtur, bis enim in eodem commate vox hæc occurit, priori hemiſtichio jungitur cum *tritico, bordeo, farina*, poſteriori cum *fabis lentibuſque*, adeo ut in cenſum veniat leguminum; pro utraque vero ſpecie accipi poſſe neſcio quid vetet, ſi modo pro generali nomine omnis generis frugibus toſtis conveniens accipiatur, quod fieri debere evincit notio ejus originalis quæ infert notionem toſti ſ. fricti, quod in legumina æque ac frumentum quadrat, ac proinde de tritico, hordeo &c. quando de iis ſermo eſt, de leguminibus quando do iis adjunctum, de utroque vero quando nec unum nec alterum additum eſt, accipi neceſſario debere, manifeſte ſuadet locus proxime allatus, quare & B. Hieronymus in poſteriori hemiſtichio illud explicat per *frixum cicer*; Syrus reddit per ܩܠܝܬܐ *frixa ſ. toſta*, notione itidem generali; Arabs de ſpecie accipit cum habet وسويقا *bordeum toſtum*, cum alias Arabes hodie eadem cum Hebræa voce قلي ſc. vocent *frictum cicer*, uti obſervat Celeb. Bochartus. Alexandrini diverſimode hanc vocem accipiunt, mox habent πεφρυγμένα uti in loco noſtro, mox ἄλφιτον, ut in libro Ruth, & in loco 2. Sam. XVII. in priori hemiſtichio rurſus ἄλφιτον, in poſteriori vero vocem קלי quaſi redundantem plane omittunt, in vulgaribus editionibus recentioribus ſc. cum editio Complutenſis ἄλφιτα ponat in poſteriori poſt φακὸν; In loco noſtro קלי & כרמל una ſumit notionemque eorum conjungit hæc Verſio, per πεφρυγμένα χίδρα νέα *fricta grana nova* redens, adeo ut ubicunque me vertam ſemper קלי *toſtum* notare invenio; ἄλφιτον & ἄλφιτα ſpeciatim apud Græcos ſummi de herdeo Author nobis eſt Jul. Pollux qui ita fatur (1) ἀπὸ μὲν κριθῶν λέγεται πτισάνη καὶ ἄλφιτα, ἀπὸ δὲ σίτου χόνδρος καὶ σεμίδαλις. *Ab hordeis vero vocamus hordeum decorticatum & polentam, a tritico autem granum & ſiliginem*; Ita alibi illa uti videtur generaliori ſignificatu idem accipit (2) ἡ δὲ τροφὴ, ἄρτοι, κρέα, ἄλφιτα, μάζα, ὄψα, σιτία &c. *Cibi autem ſunt, panes, carnes, polenta, maſſa, abſonia*, &c. a tritico tamen alibi ſollerter diſtinguit, ita ut plerumque pro hordeacea farina ſumi vix dubitandi relinquitur locus, (3); τῇ δὲ ἀρτοπώλιδι, ὤνιχα ἄλευρα, ἄλφιτα, ὀλλύραι, ζέα, σεμίδαλις, χόνδρος, κρίμνα, πάλημα. *Sed panis venditrici conveniunt, farinæ tri-*

tritici, *hordei siligines*, *speltæ*, *similagines*, *granum*, *cremor*, *pale &c.* πεφρυγμένα itidem generaliter sumi pro tosto ex frumento alius evincit ejusdem locus, ubi enim in convivalibus ritubus explanandis versatur, notat [4]; καὶ μυῤῥίνην δὲ τι ες ἐπὶ δεξιὰ περιφέροντες, καὶ ἔκπωμα καὶ λύραν, ᾆδον ἠξίουν· τοῖς μέντοι διαπαννυχίσασιν, ἆθλα ἦν, σησαμοῦς, καὶ πυραμοῦς, πέμματα διὰ μέλιτος ἑφθοῦ; τὸ μὲν ἐκ σησάμου, τὸ δὲ ἐκ πυρῶν πεφρυγμένων. *Quidam vero myrinam dextra gerentes poculumque & lyram cantare solebant; pernoctantibus autem bravia dabantur, sesamus, & pyramus, placentæ in melle coctæ, illa quidem ex sesamo hæc vero e tostis frumentis;* Clarissime edocet aliud adhuc ejusdem dictum, hordea specialiter Veteribus dicta fuisse πεφρυγμένα, ac opposita tosta fuisse τοῖς ἀφρύκτοις *non tostis*, loquitur autem de speciebus panum, placentarum, collyrarum, nec non molarum &c. [5] ita de molis inter alia; καὶ βήρηκες δὲ μᾶζαι εἰσὶ μεμαγμέναι, διηθημένων τῶν ἀλφίτων. αἱ δὲ δανδαλίδες, πεφρυγμένων κριθῶν. καὶ πρόκωνα, καὶ προκώνια, τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτα. *& bereces molæ sunt ex cribratis farinis subactæ. Dandalides vero ex tostis hordeis; ac procona, proconiaque ex intosti hordei farinis.* Voces ergo pro קלי apud Alexandrinos occurrentes pro adjectivis sumendas esse, ac ita de quovis frugum genere æque ac Hebræam accipi posse, evictum ut opinor dedimus.

II. Altera vox in Lege S. contenta est כרמל vox est diversæ significationis, *spicam granumve adhuc virens* inter alia notare constat, Lev. II. 14. mentio fit גרש כרמל *comminutionis novæ frugis*, nostro in loco conjuncta cum sit pani tostisque adparet ab iis ideo esse distinguendam; 2. *Reg.* IV. 42. legitur ad virum Dei allatum fuisse כרמל idque בצקלנו *cum gluma sua*, aliud ergo nil fuit quam spica recens demessa v. decerpta; nomen tamen accepisse non videtur a כרמיל *coccineo s. purpura* ob affinitatem coloris, sed potius ab arvo, agro v. terra culta, observante Cl. Jacobo Goussetio ad hanc vocem; Judæis dicitur spica recens כרמל quasi כר מלא *pulvinar repletum*, uti statim videbimus; Cel. Bocharthus (6) hanc vocem, quando arvum notat, putat dici quasi כר מול *agrum s. pratum succisionis*, locum ex quo ob fertilitatem multa succiduntur ac demetuntur uti granum & spicæ; R. Dav. Kimchi (7) vocem כרמל hoc modo circumscribit נקראת כן השבלת כשהיא רכה והיא לחה עדין: *vocatur ita spica mollis adhuc & succosa*; Syrus reddit per ܘܦܪܝܟܬܐ *spicas tostas*, Arabs vero per وفريك *frumentum perfricatum*; Alexandrini, uti jam indicatum, habent χίδρα νέα, & pro גרש כרמל Lev. II. χίδρα ἐρικτὰ; Pollux itidem quid χίδρα velit docet, ubi de cibis Veterum sermonem fundit (8); πολφὸς δ' οὐχ ἧψον ὁμοῦ βολβοῖς. ἦν δ' ἂν ἰδέα καὶ τὰ χίδρα. γίγνεται δὲ ἐκ πυροῦ χλωροῦ, ὃν χιδρέα Ἀριστοφάνης καλεῖ. *Sed Polphos non coquebatur una cum bulbis, erat enim brodii species, chidra, fiebat vero ex frumento novo quod Aristophanes chidriam vocat.* Suidæ locus a Cl. Coccejo jam adductus apud eum videri potest (9) Cel. Casaubonus (10) χίδρα ἐρικτὰ dicit esse πυροὺς νεογνοὺς *novella tritici grana*; Eusebius a Cl. Martinio (11. citatus χίδρα sic interpretatus est, χίδρα ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τῶν ἀκμασάντων σταχύων λαβὼν διαθρύψῃ τις χερσὶν &c. iterum enim hæc vox pro granis, tam hordei quam tritici ac ex illis præparato cibo venire, adparebit ex iis quæ mox dicenda, generatim vero ex Interpretum collatione videmus esse כרמל escam quandam e virentibus frugum aristis ad usum communem aptatam.

III. Quid Hebræorum Magistri de his duobus alimenti generibus, tosto & granis recentibus, tradant, operæ pretium erit indagare; hæc habet Abarbanel ad h. l. *& dicitur panem &c. ne comeditote* להגיד שיהיה אסור לאכול מן השעורים החדשים לא לחם אפוי ולא קלי שהוא קמח של שעורים שנתיבשו בתנור ולא כרמל שהם שעורים הרכים הנמללים: id est *Ad indicandum quod sit vetitum comedere de bordeo novo, neque panem coctum* (ordinario præparatum modo) *neque tosta quæ sunt molita* [sive tusa] *ex bordeo quod arefactum est in furno, neque spicas virentes, quæ sunt bordeum tenerum confricatum*. Solummodo accipit de genere hordei, nec insulse, tum temporis enim quo oblatus manipulus, proventus terræ S. alius vix ad maturitatem pervenerat nisi hordeum, frustra enim maxima ex parte præceptum hocce de aliis frugibus, plerisque saltem, latum foret R. Salomo sic negotium explicat ad h. l. קלי קמח עשוי מכרמל רך שמייבשין אותו בתנור. כרמל. הן קליות שקורין גרנילי״ש: *tostum: est farina facta e spicis virentibus teneris quæ torrentur in furno. spica virens; est idem quod alias Kaliet, ac vocant illud* Grainelles. ad locum vero Lev. II. 14. idem ita glossatur. קלוי באש שמיבשים אותם על האור באבוב של קלאי שאילולי כן אינה נטחנת בריחים לפי

לפי שהיא לחה . גרש כרמל . גרוסה בעודה לחה גרש לשון שבירה וטחינה גרוסה בריחים של גרוסות כמו ויגרס בחצץ וכן גרסה נפשי. כרמל . בעור הכר מלא שהתבואה לחה ומלאה בקשין שלה ועל כן נקראים המלילות כרמל וכן כרמל בצקלונו: id eſt toſta igne . *Siccant quippe illa ſuper igne in ſartagine* [Abub dicto] *toſtarum ſpicarum* [ad tale negotium communi], *ſi enim non ita factum eſſet , non potuiſſent illa frangi mola , quia humida ſunt* . Comminuta ſpica virens. *id eſt fracta, dum adhuc viret*, גרש *ſignificat fractionem ac commolitionem, frangebatur enim in mola fabarum fractarum , uti dicitur* (Thren. III. vs. 16.) comminuit in ſcrupis [dentes meos] *& ita* (Pſ. CXIX. 20.) fracta eſt anima mea . Spica virens. *quaſi dicatur arvum plenum , dum frumentum virens ac plenum eſt in culmis ſuis , & ita vocantur ſpicæ virentes*, (Lev. XXIII. 14.) *& ita dicitur*, ſpicas recentes cum glumis ſuis , (2. Reg. IV. 42.] R. Salo. ben Melech ita breviter rem tangit (12) וכרמל נקראת כן השבלת כשהוא רכה והיא לחה עדין וספרא כרמל רך מל כלומר רך ומלא רבי רבי ישמעאל תנא כש מלא כלומר שמלאה השבלת ככר שהוא מלא נוצה: id eſt Carmel . *vocatur ſic ariſta quæ eſt tenera cum adhuc virens eſt , & circumſcribitur Carmel, tenue repletum , ac ſi dicas tenerum & repletum; R. Iſmael tradidit* (quod dicatur quaſi) *impletum pulvinar repletum pluma;* convenientiſſime hic ſignificatum ac derivationem vocis alias ſat obſcuræ habemus ; R. Levi Gerſonides hæc tradit hd h. l. ולחם וגו׳ הזהיר מאכילת לחם מהתבואה חדשה ולא קלי ולא כרמל והוא הגרש רוצה לומר שנפרך בריחים של גרוסות קודם הקרבת העומר: id eſt & panem &c. *eſt admonitio, ne fiat comeſtio panis ex annona nova, neque toſti neque ſpicæ virentis , quæ eſt comminuta , vult dicere , quæ franguntur in molis fabarum*, (ne fiat talis rei comeſtio) *ante oblationem manipuli*; Alia adhuc Magiſtrorum dicta allegata videri poſſunt apud Cel. Bochartum (13) Ex iis quæ hic recenſita patet, Magiſtris ſat convenire circa rem ipſam his vocibus ſignificatam, licet circa etymologiam vocis כרמל diverſæ eorum expoſitiones , Miſna vero ejuſve Commentatores grave circa hæc obſervant ſilentium , haud quidem magno noſtro damno , cum abunde ex allatis Magiſtrorum verbis plena vocum harum explicatio hauriri poterit . Prohibuit ergo Divina lex veſci novo proventu quocunque modo præparato , expreſſis tantummodo toſto ac virente contuſo, quippe duobus ſpicas ad eſum aptandi modis maxime receptis ac vulgaribus.

IV. Veteribus fruges toſtas granaque fricta comedere uſu receptum num fuerit , paucis hic loci inveſtigare inutile vel injucundum non ducimus , cum id egregie ad pleniorem Legis ſive interdicti hujus intelligentiam conducat. Græcis fere quoad dapes nil ſuavius magiſque commune fuit frugibus toſtis, ἄλφιτον dicebant quod Latini *polenta* , uti e Polluce jam ſupra indicatum ; quod tamen de integris granis accipiendum non videtur , quin potius de ſubtiliori vel ac nonnunquam craſſiori e toſto frumeuto confecta farina ad inſtar cineris ; Ἄλφιτα λευκὰ ſunt Veteribus quæ Plinio *polenta* , non ſimpliciter hordei erat farina , ſed ex hordeo toſto prius deinde ſubtiliter fracto & molito fiebat, rebus etiam aliis admiſtis , uti obſervat III. Salmaſius (14) Heſychius ἄλφιτον ſic exponit , τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς , ἢ σίτου πεφυρμένον ἄλευρον , *a novo hordeo ſ. tritico conſperſa farina* ; ἄλευρον & ἄλφιτον vero ſic diſtinguit ; ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου , ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν, prius farinam eſſe triticeam poſterius hordeaceam aſſerens ; ἄλφιτα carnibus ſolebant adſpergi, unde ἠλφιτωμένα κρέα *polenta adſperſæ carnes*; quomodo facta apud Græcos ſit polenta tradit Plinius [15] *Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una, ac poſtero die frigunt, deinde molis frangunt . Sunt qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant , & ſiccent prius quam molant. Alii vero virentibus ſpicis decuſſum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt , atque in corbibus eluunt , ac ſiccatum Sole rurſus tundunt , & purgatum molunt* . Dein ἄλφιτα apud Athenienſes erat farina e publico civibus data dimenſaque , unde porticus quædam Heſychio aſſerente ἀλφίτων στοὰ , ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο, *farinæ porticus in qua farinæ venditæ* . Alias fruges leguminaque Græcis fuiſſe toſta ad alimentum inde parandum, utque facilius mola frangi poſſent , docet Comicus (16)

> Κ᾽ ἀνθρακίζων τοῦ ρεβίνθου,
> Τὴν φηγὸν ἐμπυρεύων,
> Χ᾽ ἅμα τὴν Θρᾷτταν βινῶν.
>
> *Et cicer juvat me*
> *Urere , & torrere fagum,*
> *Permolentem Threiciam.*

Et Theocritus de fabis toſtis (17)

> Τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ,
> Πὰρ πυρὶ κεκλιμένος . κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ,

Χαὶ στιβὰς ἔσεται πεπυκασμένα ἐς
 ἐπὶ πάχυν
Κνύζα —— —— ——
Vinum in Ptelea natum e cratere
 hauriam,
Ad ignem recubans: interea in igne
 aliquis torrebit fabas,
Et thorus densatus erit ad cubitum
 usque
Chyza —— —— ——

Licet alias fabæ immundæ habitæ sint quibusdam populis, uti de Ægyptiis narrat Herodotus [18]; Κυάμους δὲ οὔτε τι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τοὺς δὲ γενομένους οὔτε τρώγουσι, οὔτε ἕψοντες πατέονται. οἱ δὲ δὴ ἱρέες, οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρὸν μιν εἶναι ὄσπριον. *Fabas nec admodum serunt Ægyptii in sua regione, nec eas, quæ provenerunt, aut crudas aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes vero ne aspicere quidem eas sustinent, arbitrantes non esse mundum illud legumen.* Ita & Pausanias narrat de Pheneatis, eos fabas non respexisse pro dono magnæ Ceteris (19). Ἄλφιτα Græcis quoque in proverbium transivere pro facultatibus ac alimentis, de quo illustris apud Comicum est locus [20].

Πολλοὶ δ' ἔσονται χ' ἅτεροι νῷν ξύμ-
 μαχοι,
Ὅσοις δικαίοις οὖσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα.

Aderunt etiam alii adjutores plu-
 rimi,
Qui quod justi sunt, non habent
 quod esitent.

Ad quæ Scholiastes notat, οὐκ ἦν ἄλφιτα. ἀντὶ οὐκ ἦν χρήματα. ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀλφίτων τὴν περιουσίαν δηλοῖ ἢ ἀπὸ τοῦ προηγουμένου τὸ ἑπόμενον: *non habent polentam: est pro non sunt eis facultates ad comedendum s. farinæ, a parte enim totum hic appellatur, a polenta enim victus hic designatur quotidianus, uti ab antecedenti consequens*, unde & aliud dictum Græcis usu receptum, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα, *nil ad farinas*, i. e. opes utilitatem, vitæque commoditatem conducit.

V. Romanis polentam fuisse sat communiter in victum adhibitam evincunt Latii Scriptorum effata; vetus Vocabularium a Martinio ad hanc vocem allegatum ita vocem *polenta* definit, *genus leguminis v. farina subtilis, de fabis v. de tritico v. de hordeo, vel quidam cibus inde factus dicitur polenta, & dicitur a pollis v. pollen pollinis*. Distinguebant tamen inter *farinam* & *polentam*, priorem proprie dicebant fieri e farre ac tritico, posteriorem genus esse ex hordeo & quidem tosto, utrumque enim ante quam molæ immitteretur torrebatur, sic canit Poeta [21]

Quæque capit Lictor domibus pur-
 gamina certis,
Torrida cum mica farra vocantur
 idem.
Sola prius furnis torrebant farra co-
 loni, (22).
Et Fornacali sunt sua sacra Deæ
Ante nec birsuti torrebant farra co-
 loni,
Nec notum terris area nomen
 erat [23].

Ac bis quidem ignem far esse expertum idem est Author (24)

Triticeos fœtus, passuraque farra bis
 ignem,
Hordeaque ingenti fœnore reddat
 ager.

Polentam tostam Cereri defessæ a muliere in cibum porrectam fuisse idem narrat [25]

—— —— *Lymphamque roganti*
Dulce dedit, tosta quod coxerat an-
 te polenta.

Far quidem bis coctum, est quod vocatur alias *panis*, cum ad molam ut aptaretur prius coctum, deinde iterata vice cum panis fieret, de quibus egregie disserit Ill. Salmasius laudato loco; Alio autem loco Poeta tostas fruges mensæ impositas narrat [26]

—— —— *gaudenti mensas posue-*
 re ministri
Exstructas dapibus, nec tostæ frugis
 egentes.

Polentam tamen vilius quoddam nutrimentum ac ut plurimum pauperibus concessum fuisse, erudiunt nos duo Philosophi loca, priori ad frugalitatem admonens hæc suadet (27); *Non enim jucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis; sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit;* altero delicias luxumque dum ridet, hoc saluberrimum exhibet consilium (28); *ad veras potius te converte divitias; disce parvo esse contentus, & illam vocem magnus atque animosus exclama: habeamus aquam, habeamus polentam, Jovi ipsi de felicitate controversiam faciamus.* Polentæ usum admodum invenimus particularem in Historia gestorum Alexandri M. scil. ab Architectis eam fuisse adhibitam defectu cretæ, ad delineandas urbis condendæ, Alexandriæ Ægypti scil. limites, quod fuse narrat Q. Curtius [29] & brevius Valerius M. his verbis [30]; *Cum Rex Alexander urbem in Ægypto constituere vellet, Architectus Dinocrates*
cum

cum Cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo proximo lacu emerſa polentam depaſta eſt; quod Sacerdotes Ægyptiorum interpretati ſunt, advenarum frequentiæ alimentis ſuffectarum urbem.

VI. Præter polentam Romani veſcebantur leguminibus frictis, uti frictum cicer ſat frequenter a Scriptoribus eorum notatum invenire licet; Ita Comicus loquentem inducit Chryſalum ſervum Seni ſic minitantem (31);

> —— —— *Qui ubi me aſpexerit*
> *Verſabo ego illunc hodie, ſi vivo, probe,*
> *Tam frictum ego illum reddam, quam friſtum eſt cicer.*

Ita Satyricus Scevolam avarum ludit (32);

> *Deque decem plures ſemper ſervantur olivæ,*
> *Explicat & cœnas unica menſa duas.*
> *Et Vejentani bibitur fæx craſſa rubelli;*
> *Aſſe cicer tepidum conſtat.* ——

Et Horatius (33);

> *Nec ſi quid fricti ciceris probat, aut nucis emtor,*
> *Æquis accipiunt animis, donantve corona.*

Madidum vocatur cicer, forſan ante torrefactionem aquæ immerſum [34], vel etiam quod adhuc virens:

> —— —— *quod otioſæ*
> *Vendit qui madidum cicer coronæ.*

Farre quandoque fabam fuiſſe mixtam, unde *puls fabaria ſ. fabata*, ac *fabaria vaſa*, ob hujuſmodi iis infuſa alimenta, docet Ovidius (35);

> *Pinguia cur illis guſtentur larda Kalendis,*
> *Miſtaque cum calido ſit faba farre, rogas.*

Vilis tamen exiguique ſemper aliquid præ ſe tuliſſe leguminum alimentum, colligi poteſt e Poetæ dicto, quo frugalitatem ſuam prædicat (36);

> —— —— *aſſiſto Divinis; inde domum me*
> *Ad porri & ciceris refero, laganique catinum.*

Ubi porrum, cicer, laganumque juncta, *lagana* vero, inquit Vetus Scholiaſtes, *ſunt placentulæ quædam vulgares, quaſi membranulæ compoſitæ, cum pipere & liquamine conditæ;* Et Satyricus amicum ad frugalem tenuemque cœnam vocans ſic ſcribit (37);

> *Succurrent tibi nobiles olivæ,*
> *Piceni modo quas tulere rami,*
> *Et fervens cicer & tepens lupinus.*
> *Parva eſt cœnula quis poterit negare?*

In ſpectaculis ludiſque publicis munera ambientes Romani ad plebis gratiam captandam ei cicer fabaſque ſpargebant, de quo Horatius (38);

> *In cicere atque faba bona tu perdaſque lupinis,*
> *Latus ut in Circo ſpatiere, aut æneus ut ſtes,*
> *Nudus agris, nudus nummis inſane paternis.*

Quæ hoc modo exponit Vetus Scholiaſtes. *In cicere, Antiqui ædiles hujuſmodi res populo Floralibus ſpargebant; pauperes enim initio Romani fuerunt.*

VII. Spicas frugum Veteres non raro crudas virenteſque comediſſe, inter alios ipſimet S. Scriptores Hiſtoriæ Evangelicæ produnt, J. Chriſti videlicet Diſcipuli Sabbathi die per ſata tranſeuntes cum eſurirent, ἤρξαντο τίλλειν ϛαχύας *cœperunt vellere ſpicas* eaſque comedere, Matth. XII. 1. Marc. II. 23. Luc. VI. 1. quod Judæis ſat uſu receptum fuiſſe, edocet Lex Deut. XXIII. 25. ſcripta, ubi ſancitur, tranſeunti per ſegetem licere vellere ſpicas; *ſi intraveris ſegetem proximi tui, decerpes quidem ſpicas manu tua, ſed falcem ne agitato in eam.* Ita Maimonides inter opera, quibus in Sabbatho peractis homo reus fit lapidationis ac excidii pœnæ, inter alia recenſet ſpicas vellere [39]; ומנין כל אבות מלאכות ארבעים חסר אחת ואלו הן. החרישה והזריעה והקצירה והעימור והדישה והזרייה והברירה וכו׳ i. e. *Et genera omnium principalium operum ſunt 40. uno minus, hæcque ſunt; aratio, ſeminatio, demeſſio*, (quæcunque ſcil. ſive manu ſ. falce &c. facta, uti mox probatum dabimus) *manipulatio, trituratio, ventilatio, purificatio* &c. quæ iiſdem fere verbis leguntur in Codice Miſnico [40]; omnis itaque meſſis quocunque modo facta prohibita erat Sabbatho; ſic idem Doctor Hebræus infra præcipuis operibus vetitis accenſet colligere annonam quamcunque וכן הקוצר תבואה או קטנית או הבוצר ענבים או הגודר תמרים או המוסק זתים או האורה תאנים כל אלו אב מלאכה אחת הן: i. e. *Et ita demetens proventum vel legumina, aut præcidens uvas, aut colligens Dactylos, aut decerpens olivas, aut colligens ficos, omnia hæc ſunt præcipua, unumquodque ex iſtis operibus prohibitum:* meſſem ergo ſ. demeſſionem intelligimus qualemcunque, licet non ſemper falcis ope nec magna ſit facta copia, quod alius adhuc ejuſdem declarat locus (41); הקוצר כגרוגרת חייב ותולש תולדת קוצר הוא וכל העוקר דבר מגידולו חייב משום קוצר: i. e. *Qui metit* [Sabbatho] *ad quantitatem*

tatem ficus aridæ reus est , & qui vellit generationes [spicas q. d. generationes culmorum] *est æque ac metens , & omnis decerpens rem a generatione sua s. stirpe reus est sub nomine messoris.*

VIII. Prohibita ergo ex Lege Divina & Magistrorum constitutionibus erat messis quocunque modo facta , illicitusque proventus novus usque post oblationem Primitiarum Manipuli peractam; audiamus quædam Synagogæ Doctorum hanc in rem effata; Maimonides extensionem hujus prohibiti sic exponit (42); אסור לקצור בארץ ישראל מין מחמשת מיני תבואה קודם לקצירת העומר שנאמר ראשית קצירכם שיהיה התחלה לכל הנקצרים במה דברים אמורים אקציר שראוי להביא ממנו עומר : i. e. *Vetitum est demetere in terra Israelis ullum e quinque generibus annonæ ante demessionem manipuli, uti dictum*, primitias messis vestræ , *eo quod hæc sit initium omnium demetendorum , & hæc verba dicta sunt de omni messe , quæ apta esset , ut ex ea afferretur manipulus* ; sed multo magis ad usum sacrum novus proventus censebatur illicitus , uti idem observat (43); כבר ביארנו שאין מביאין מנחות ולא מנחת נסכים ולא בכורים מן החדש קודם הבאת העומר ואם הביא פסול : i. e. *Ita exposuimus* (supra in Hilc. Pesule Hammikdasch) *quod non attulerint munera , neque munus libaminum , neque primitias e proventu novo ante oblationem manipuli , & si allatum fuisset illicitum reputabatur* . Exceptionem vero hic non raro locum habuisse Sapientum Constitutiones docent; ita Misna (44); קוצרים בבית השלחים שבעמקים אבל לא נודשים: *Demetunt agrum siticulosum in vallibus situm , sed non metas erigunt* . sc. agrum siticulosum demetere licitum censebant , quia talis fundi proventus illicitus reputatus erat ad manipulum inde sumendum ; atque hoc modo conciliant Maimonides & Ob. de Bartenora verba Levit. XXIII. 10. ubi dicitur & *metetis messem*, & tamen Omer vocatur *principium messis* , scil. in loco apto ad inde sumendum manipulum nefas fuisse ante manipulum demessum quidquam demetere , sed in loco ad id inepto fruges demetere licitum censebatur ; metas tamen culmorum erigere s. cumulos facere ante manipulum oblatum , graviter vetitum erat e traditionibus sapientum, mutatio scil. instituenda erat quanta fieri poterat, ac transgressio hujus mandati evitanda quantum possibile, nec enim vel in fundo siticuloso metebant ante Omer nisi necessitate id flagitante, scil. si messis illa alias periret &c. Aliam exceptionem præter dictam adhuc proponit Misna , scil. קוצר לשחרת ומאכיל לבהמה אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהתחיל עד שלא הביאה שליש ר' שמעון אומר אף יקצור ויאכיל [ש״ס] אף משהביאה שליש: i. e. *Demetere licet ut alimentum præbeatur bestiis , dixit R. Juda , quando ? cum nondum tertia ex parte maturuerit . R. Simeon dixit , etiam demetat & pabulum præbeat , licet maturum sit tertia ex parte*; Quicquid enim demetebatur ad pabulum inde parandum jumentis , id non pro messe æstimabatur , cum id non fieret , nisi antequam fruges ad tertiam ut plurimum maturitatis partem pervenissent , circiter quando in culmos ascendere cœperant . Exceptionem quoque seu potius infractionem huic præcepto fecere Cives Hierichuntini , qui jam ante agitationem Omer messem suam inchoaverant , uti Misna l. c. tradit ; אנשי יריחו קוצרים ברצון חכמים וגודשים שלא ברצון חכמים ולא מיחו בידם חכמים : *Viri Hierichuntis metebant ex concessione Sapientum , sed metas erigebant citra beneplacitum Sapientum , sed non probibebant hoc ipsis Sapientes* . Quare legem hanc irritam reddere ausi sint Hierichuntis incolæ indicat Bartenorius , quia scil. agri ipsorum fuerint admodum aridi & siticulosi; ita in Codice Pesachim (45) recensetur , quænam fecerint Hierichuntini contra Legem Oralem, inter alia קוצרין ונודשין לפני העומר : *messuerunt & coacervarunt ante Omer* , partim hac dispensatione gaudebant , ob admodum præcoces fruges suas ac solum Solis continuo æstu torridum , partim vero quod eorum segetes , utpote in humili natæ convalli , aptæ licitæque ut plurimum non censerentur ad oblationem Omer , prærogativa tamen hac abusi, cum limitationem Doctorum nihili facientes cumulos metasque erigerent. Gemara quoque nos docet , Hierichuntinos quædam contra Sapientum constitutiones fecisse (46); ששה דברים עשו אנשי יריחו שלשה ברצון חכמים ושלשה שלא ברצון חכמים ואלו שברצון חכמים מרכיבין דקלים כל היום וכורכין את שמע וקוצרין את העומר ברצון חכמים ואלו שלא ברצון חכמים גודשין לפני העומר ומתירין גמזיות של הקדש של הרוב ושל שקמה ופורצין פרצות בגנותיהן ובפרדסותיהן להאכיל נשר לעניים בשני בצורת בשבתות ובימים טובים : i. e. *Sex actiones peregerunt Hierichuntini , tres cum approbatione Sapientum & tres contra eorum beneplacitum ; hæc vero sunt quæ approbarunt sapientes ; inseruerunt palmas quolibet die* , [inocularunt ac commiscuerunt eas fœminas cum

cum masculis], *complicarunt sectionem Audi Israel*, [male eam pronunciantes], *messuerunt Omer* (ante legitimum diem) *idque adprobatione sapientum*, [quoniam ea impedire nequiverant, nec magni momenti hæc ducebant, itaque connivebant]; *Et hæc sunt quæ fcere citra beneplacitum Doctorum; manipulos colligarunt ante Omer, & licita ad usum communem ducebant germina Sycominorum usui sacro devota a Patribus, uti & fructus siliquæ, nec non perfringebant olivas fructusque deciduos in hortis ac plantariis suis, comedendo quidquid deciduum, licet incertum esset, num deciderit Sabbatho aut die festo vel non.*

IX. Genera terræ proventus ante oblationem Omer usui profano interdicta erant quinque, quæ enarrat Misna [47] החטים השעורים והכוסמים ושבולת שועל והשיפון חייבין בחלה ומצטרפים זה עם זה ואסורים בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר: *Triticum, hordeum, spelta, avena, & secale ad placentam obligata sunt, & inter sese conjunguntur, atque ante Pascha probibita sunt ob novam annonam, & ob id quod meti probibita ante menipuli oblationem.* Hæ species sibi conjunguntur eademque omnium est ratio; exceptio iterum hic locum habuit; præter casus adductos etiam hos observant Magistri (48) קוצרים מפני הנטיעות מפני בית האבל מפני ביטול בית המדרש לא יעשה אותן כרוכות אבל מניחן צבתים: *Metunt ob plantas, ob intermissionem Scholæ; non colliget ea in fasciculos, sed in fasciculis minutis relinquet*; quæ clarius proponit Maimonides (49) וקוצרין מפני הנטיעות שלא יפפדו וקוצרין לפנות מקום לבית האבל או לבית המדרש שנאמר קצירכם ולא קציר מצוה: id est *metebant ob plantas ne iis nocerent*, (ob teneras arbores ne iis intertempore messis messores damnum inferrent, vel etiam ne incrementum plantarum in segete collocatarum damnum acciperet), *itaque metebant ut locus esset sepulchro vel etiam Scholæ, uti diciтur messis vestra, neque hæc messis præscripta ex Lege*, s. prohibita potius; Restrictionem vero ac limitationem præscriptam fuisse, in sequentibus idem indicat hocce modo; ואף על פי שמותר לקצור לא יעשה אותן כריכות כדרך הקוצרין אלא יניחם צבתים צבתים: id est *Licet vero his de causis licitum esset metere non tamen colligabant quod demessum in fasciculos ad morem messorum, sed relinquebant id manipulatim*; כריכות notare *fasciculos colligatos* s. mergites, צבתים vero *fasciculos parvos illigatosque* docet R. Obadia ad Misnæ locum. Varias vero transgressiones, præsertim a dissidentibus in hocce negotio, Constitutiones ac limitationes Sapientum nonnunquam expertas fuisse colligere licet ex hoc Misnæ dicto [50] משקרב העומר יוצאין ומוצאין שוק ירושלם שהוא מלא קמח וקלי ולא ברצון חכמים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר ברצון חכמים היו עושים: *Quando adducebant Omer, exibant ac inveniebant plateas Hierosolymitanas plenas esse farinæ tostique; idquæ non ex voluntate sapientum uti perhibet R. Meir; R. Juda dixit quod fecerint hoc ex voluntate Sapientum.* Controversia ergo in his videtur versari, num concessio novi proventus dependeat ab adductione ac demessione manipuli, num vero ab ejus oblatione stricte sic dicta, atque circa hæc sententiam Legisperitorum variasse uti in multis aliis, ex loeo hoc apparet, particulam enim עד Lev. XXIII. 14. alii *inclusive*, uti integrum sextum decimum diem Nisan designantem, accepere, iique numero erant præpollentes; alii vero illam exponebant *exclusive*, quod non prohibitus sit esus nonæ annonæ, nisi donec aurora diei sexti decimi in Oriente illuxerit; hæc vero intelligenda de permissione illa quæ spectabat solam Metropolim, nam quid in provinciis factum mox videbimus. Templo destructo ea controversia ut plurimum jacebat extincta, tunc temporis enim rigidiores novum proventum per totum oblationis diem vetabant, uti docet Misna l. c. משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא יום הנף כולו אסור אמר רבי יהודה והלא מן התורה הוא אסור שנאמר עד עצם היום הזה: *Ab eo quo destructum erat Templum decrevit R. Jochanan filius Saccai ut dies agitationis totus probibitus foret; dixit R. Juda, an non ex ipsa Lege ille probibitus est, uti dicitur*, usque ad illum ipsum diem? ad morem constitutionemque adversariorum Veterum, qui solum ad auroram diei decimi sexti restringebant hoc mandatum, reponit Jochanan Saccaides, quod sit ignoratio elenchi, cum nesciant distinguere inter Tempus quo stabat Templum, & inter illud quo jacet destructum: Fusam admodum de his legimus Disputationem in Gemara [51] cujus pauca tantum referenda; רב ושמואל דאמרי דאמרי תרויהו בזמן שבית המקדש קיים עומר מתיר בזמן שאין בית המקדש קיים האיר מזרח מתיר מאי טעמא תרי קראי כתיבי כתב עד יום הביאכם וכתב עד עצם היום הזה הא כיצר בזמן שבית המקדש קיים כאן בזמן שאין בית המקדש קיים רבי יוחנן וריש לקיש דאמרי תרויהו אפילו

אפילו בזמן שבית המקדש קיים האיר מזרח מתיר והכתב עד הביאכם למצוה משקרב העומר הותר חדש מיד למצות העומר: id est *Rab & Samuel dicunt, commonefacit te, quod tempore illo, quo Templum stabat, Omer licitum faciebat proventum, tempore quo non amplius existit Templum, nonnisi crastino mane licitum facit; quænam vero ratio est duorum Variantium lectionnm? scriptum est*, usque ad diem quo obtuleritis, *& scriptum est*, usque ad illum ipsum diem, *cum He demonstrativo, tam de tempore quo Templum extitit, quam de illo ubi non amplius est; R. Jochanan & Risch Lakisch dicunt, adhortatio est, quod forsan Templo stante non nisi crastina luce licitum reddebat Omer, & locus ille*, usque dum obtuleritis, *sit loco mandati, quod ex illo momento quo oblatum Omer licitus sit novus proventus, ex ipso mandato de Omer.*

X. Qnid autem Templo adhuc in integro stante extra Urbem Sanctam circa permissionem novæ frugis actum sit, liquet e Misnæ verbis loc. cir. משקרב העומר והתר החדש מיד והרחוקים מותרים מחצות היום ולהלן: *Cum esset oblatum Omer, licitus erat novus proventus statim; & longinquiores permissum eum habebant a meridie & statim deinceps*; & paulo post exponit rationem, מפני מה הרחוקים מותרים מחצות היום ולהלן מפני שהן יודעין שאין בית דין מתעצלים בו: *Quare longius dissiti licitum habebant* [novum proventum] *a meridie & deinceps? ideo quia isti sciebant Synedrium hoc in negotio non cunctari*; ad quæ observat Maimonides, nonnullos homines ad id fuisse constitutos, ut meridiem observarent Hierosolymis non vero quoad alia loca, cum differre possit meridiei punctum pro distantia locorum, ideoque Synedrium cunctationis accusari potuisset, si meridiem exactissime notari haud curasset.

XI. De 5. frumenti generibus diverso tempore seminatis, adeoque non eadem celeritate ad maturitatem perductis, gravior oritur controversia, quando & quomodo manipulus usum eorum licitum reddiderit; De his regula est generalis in Misna his verbis [52] אם השרישו קודם לעומר העומר מתירם ואם לאו אסורים עד שיבא עומר הבא: *si radices egerint ante Omer adductum, Omer ea licita reddebat, sin minus, prohibet ea, usque dum offeratur manipulus sequens*; quæ alibi uberius explicat Maimonides, hoc vero loco exemplum proponit isto modo; v. g. grana quædam per terram fuerint dispersa ante manipuli messem, nec tamen radicaverint, post vero manipulum oblatum radices egerint, non liceat ea demetere nisi demum post manipulum anni sequentis demessum; quoad demessionem vero frugum in usum profanum ita commentatur [53]; כל תבואה שהשרישה קודם הקרבת העומר אף על פי שלא נגמרה אלא אחר שקרב מותרת באכילה משקרב העומר. ותבואה שהשרישה אחר שקרב העומר אף על פי שהיתה זרועה קודם שקרב העומר הרי זה אסורה עד שיקרב העומר של שנת הבאה ודין זה בכל מקום ובכל זמן מן התורה: id est *Omnis prrventus qui radices egerit ante oblationem manipuli, licet nondum absolutus* (maturus) *sit, duntaxat postquam oblatum esset* [Omer] *licitus fiebat ad comedendum, ex eo quo offerebatur Omer, & proventus qui radices egit postquam oblatus esset manipulus, licet jam seminatus sit ante oblationem manipuli, ecce ille prohibitus est, usque dum offeratur manipulus anni sequentis; hoc vero statutum obtinens est in omni loco omnique tempore idque ex Lege*; sed quomodo tempus manipuli sit accipiendum, num de ipsa oblatione num vero de messe ejusdem, docet Author כסף משנה ad hunc Maimonides locum; כתיב ואמרינן תו בגמרא מאי קודם לעומר רבי יונה אמר קודם הבאת העומר רבי בר זבדא אמר קודם קצירת העומר ופסק רבינו כרבי יונה: id est *Scriptum dictumque nobis est in Gemara, quid sit illud ante manipulum; R. Jona dicit, ante oblationem ejus; R. Jose filius Zibdæ dicit, ante messem ejus; & exponit hoc Magister noster uti facit R. Jona.* Subtilitas videri possit sat superflua, quod enim in puncto demessionis manipuli radicibus nondum erat instructum, id in momento oblationis non multum profecisse reperiri potuisset, cum sat prope duo hi actus sibi conjuncti; Dubia quædam sat obscura ac cavillationes pueriles in sequentibus hi Authores proponunt, uti de tritico radicato secunda vice &c. quæ vero cum levioris sint momenti missa facimus.

XII. De limitatione usus annonæ novæ in Sacris eadem obtinet Statuta Sapientum, quæ sese extendebant usque ad tempus oblationis duorum panum Primitiarum posterius, qui demum novum proventum plane permittebant, cum pleraque ferta ferenda ex tritico, cujus messis pleno modo in iis panibus sanctificata censebatur; Videntur tamen hæc non ita stricte fuisse observata, cum ipsemet peritissimus Juris Hebræi Interpres dubio admodum ea decidat (54);

תבואה

תבואה שזרעה אחר שקרב העומר וקצרה אחר שקרב העומר של הבארה הרי זו ספק אם מביאין ממנה מנחות לכתחילה טרם הבארת שתי הלחם. הואיל ותבואה זו עבר עליה הבארת שתי הלחם וקצירת העומר או אין מביאין עד שיביאו שתי הלחם אחר הבאת העומר של שנה אחת: id est *Annona quæ erat sata post oblatum manipulum & damessa post oblatam manipulum anni sequentis, ecce dubium est de illa, num sc. offerant ex ea munera de integro ante oblarionem duorum panum; num vero, cum de annona hac seml oblati sint* (dum sc. adhuc crescebat] *duo panes & demessus* (pro illa) *etiam manipulus, non ex ea ferenda* (ferta), *donec oblati sint denuo duo panes post oblationem manipuli anni sequentis*. Quare etiam si qui e tritico post manipulum & tamen ante panes primitiarum fertum offerre volebat, recusabant illum Sacerdotes, uti idem in anterioribus notat [55] ולא יביא קודם להבארת שתי הלחם ואם הביא כשר: id est *neque quidquam inde offerebat, antequam oblati essent duo panes, si tamen quis inde aliquid offerebat, licitum erat*; Quæ sat clare in Misna declarantur (56) העומר היה מתיר במדינה ושתי הלחם במקדש אין מביאים מנחות ובכורים ומנחת בהמה קודם לעומר ואם הביא פסול קודם לשתי הלחם לא יביא ואם הביא כשר: *Manipulus in Provincia licitum reddebat* [quoad usum profanum) *& duo panes in Templo* (id est quoad usum sacrum); *non adducebant ferta nec primitiva nec fertum pro animali*, [munus quod una cum sacrificio pecudum offerendum), *si vero quis adduxisset, temeratum erat*, (quia proventus novus erat illicitus in genere suo etiam idiotæ]; *Ante panes primitiarum non offerebat* (ex constitutione Legis), *si vero quis offerebat, licitum erat*; quia nempe ex sententia Doctorum in genere id licitum ducebant unicuique; ante manipuli messem quicquam metere vetitum, sed post eam peractam licitum ducebatur.

XIII. Transgressionis hujus præcepti pœna licet divinitus constituta manifeste non sit, ea tameo, & quidem sat gravi, illam caruisse verosimile non est, cum mandatum adeo sit expressum ac insigniatur חקת עולם *statutum perpetuum*, quod fete de omibus Legibus positivis dictum reperimus, quarum vero transgressio non uno tantum in casu morte erat luenda; præcipuam tamen pœnam, divinitus illatam sc., violato hocce præcepto annexam, in negatione Divinæ benedictionis ejusque ablatione quoad proventus messemque integram, constitisse, ratio hujus statuti, quæ debitam pro uberrima annona poscebat gratitudinem, obscure haud suadet; Magistri tamen pœnam humanas per manus infligendam quoque constituere, sed eam sat levem; audiamus Maimonidem [77] האוכל לחם וקלי וכרמל כזית מכל אחד ואחד לוקה שלש מלקיות שנאמר ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו: id est *Quicumque camederit panem v. tosta v. virentem spicam ad quantitatem olivæ ex unoquoque* (genere novæ frugis) *ille vapulat tribus verberibus, uti dicitur*, & panem & tosta grana & virentia ne comeditote. Extensionem latitudinemque hujus constitutionis ita exponit in proxime antecedentibus; וכל האוכל כזית חדש קודם הקרבת העומר לוקה מן התורה בכל מקום ובכל זמן בין בארץ בין בחוצה לארץ בין בפני הבית בין שלא בפני הבית אלא שבזמן שיש מקדש משיקרב העומר הותר החדש בירושלם. והמקומות הרחוקים מותרים אחר חצות שאין בית דין מתעצלין בו עד אחר חצות: id est *Et quicunque comederit ad magnitudinem olivæ ex novo fructu ante oblationem manipuli vapulat ex Lege, quocunque loco, quocunque tempore* (id fecerit) *sive in terra S. sive extra terram S. in conspectu domus s. non in conspectu domus; sed eo tempore quo stabat Templum, exinde quo oblatum Omer licita erat nova annona Hierosolymis; & in locis remotioribus licita erat post meridiem, neque Synedrium cunctabat in illo post meridiem*. Si vero quis comederit vel collegerit aliquid ex tali proventu, qui dubius censeri potuisset num sit licitus ante manipulum nec ne, אינו לוקה ומכין אותו מכת מרדות *non percutiunt illum ex Lege sapientum, sed percutitur plaga rebellionis*; messem vero ante manipulum ejusmodi pœnæ non fuisse obnoxiam quali erat comestio novæ annonæ, iterum docet idem (58) והקוצר קודם קצירת העומר אינו לוקה והקציר כשר: id est *si quis ante manipuli messem peregisset, non vapulabat, sed messis nihilominus erat licita*; Quæ cum alias, si stricte acciperem pugnarent cum aliis Maimonidis constitutionibus decretisque sapientum, mallem ea intelligere de messe in casubus supra dictis connivatione eorum permissa.

XIV. Generalis regula ad quam cognosci potuisset quis proventus a manipulo licitus redditus esset vel non, erat, uti jam vidimus, si cognosceretur num fruges jam essent radicibus instructæ num secus; An vero radices egerint ju-

judicatum fuit ut plurimum e foliis, ac ubi hæc aderant ibi & radices esse non dubitabant; quod, licet per se sat sit clarum ac ex quotidiana experientia comprobatum, tamen Magistri non pro indubitato signo permissionis ejusmodi frugum hoc accipere audent, nec aliquid certi circa hoc definiunt, unius cujusque arbitrio potius id committentes, ita Maimonides [59] וכן תבואה שהיתה בקרקע וחנטו עליה או הנצו עלים שלה כשהביאו שתי הלחם הרי זה ספק אם הנצת העלין או חנטתן כמו השרשה והותרה להביא ממנה מנחות או אינה חשובה השרשה לפיכך לא יביא ואם הביא הורצה; id est *& ita fruges quæ adhuc sunt in fundo, si herbam ediderint, aut germinaverint folia post oblatos duos panes, ecce dubium est, num germinatio foliorum aut editio herbæ idem sit ac radicatio, numque licitum sit adducere ex iis ferta, num non censendæ sint radices egentes; ideoque non offerebatur quicquid ex iis, si tamen quidam attulisset gratum erat.*

XV. Præceptum de vetito proventu novo ante oblationem manipuli primitiarum sat grandem habuit extensionem, cum dicatur *præceptum sempiternum per generationes* Israelitarum *in omnibus habitationibus* eorum, quæ statim addita sunt prohibitioni tosti & polentæ; De obligatione hac variaque extensione vocis עולם amplam dissertationem instruere loci hujus non est, paucis solum audiemus quid Judæorum Doctores hac in quæstione statuant, quantamque hanc obstrictionem ducant; Ita exponit Abarbanel; prius quæstionem format, quomodo statutum manipuli dicatur perpetuum, restringaturque ad omnes generationes habitationesque Israelis posterorum, cum tamen illum offerre extra terram Sanctam non minus ac agnum Paschalem cœterasque oblationes nefas sit; Ad quæ singulatim sic responsum dat (60); והנה מה שכתב בעומר חקת עולם וגו' לא בא להגיד שינהג מצות העומר גם בחוצה לארץ אבל הוא לענין אסור אכילה החדש עד הבאת העומר שהאיסור ההוא נוהג גם בחוצה לארץ והותרה בזה השאלה הי' וכן השאלה הי"א הותרה ממה שפירשתי ולפי שלא יביאו השעורה לבדה להקריבה לגבוה צוה יתברך שיביאו עמה קרבן כבש אחד ומנחתו שני עשרונים סולת: i. e. *Et ecce quid dicitur de Omer*, statutum perpetuum &c. *non est hoc ad indicandum, quod more obtineat observatio præcepti de Omer etiam in terra extera, sed hoc dicitur sensu prohibendi comestionem novi fructus usque ad tempus oblationis manipuli, eo quod interdictum hocce observetur etiam in terra peregrina; & permissionem dedit de hoc quæstio decima, itaque quæstio undecima permittit magis quam hæc uti explicui; Idcirco autem quia hordeum solum non offerebant in oblationem excellentiorem, præcepit Deus ut offerant cum eo sacrificium agni unius cum ferto suo duabus scil. decimis similæ;* Raschi unice hoc accipit de obligatione qua tenebantur Israelitæ Veteres, num ea cœperit jam ante occupationem terræ Cananææ, num vero demum post ejus partitionem de obligatione autem hodierna Judæorum altum tenet silentium. Author Commentarii minoris hæc observat [61]; חקת עולם וגו' אף על פי שאין קרבים מיני הקרבן במושבות הגלות לא יחדל ענין הספירה וענין מקרא קדש: i. e. statutum seculi &c. *Licet non offerant species sacrificii in habitationibus exilii* (status hodierni) *non tamen cessavit negotium numerationis* (septem hebdomadarum) *neque negotium cœtus Sancti* (instituendi die oblationis manipuli; Nemo tamen Magistrorum rem distinctius pertractat quam R. Bechai, qui diserte affirmat, Judæos hodiernos adhuc teneri hac obstrictione, sive occupent pristinas sedes sive in exilio degant; ita ille (62); חקת עולם וגו' הזכיר כאן באסור החדש בכל מושבותיכם חקת עולם לדורותיכם ללמדך שהחדש אסור מן התורה בכל מקום ואפילו בחוצה לארץ בזמן גלותנו ועל' כן אמר בכל מושבותיכם שהיא מצוה נוהגת לדורות בכל מושבותיכם בין בארץ בין בחוצה לארץ וכן דרשו רז"ל אמר ריש לקיש שלשה דברים תלוין בארץ ונוהגין בין בארץ בין בחוצה לארץ החדש והערלה והכלאים החדש מן התורה והערלה הלכה למשה מסיני והכלאים מדברי סופרים; i. e. statutum perpetuum &c. *mentio hic fit de prohibitione novæ annonæ in omnibus habitationibus vestris, statutum seculi generationibus vestris; idque ad docendum te, quod novæ fruges vetitæ sint ex Lege omni in loco, etiam in regione extera tempore exilii nostri; propterea dicitur, in omnibus habitationibus vestris, quod hocce præceptum observari debeat a generationibus vestris in omnibus habitationibus earum, sive in terra S. sive in terra peregrina, & hoc modo exposuerunt id Magistri nostri p. m. Dixit Risch Lakisch; tria annexa sunt terræ S. & tamen observantur in terra peregrina æque ac in terra S. eaque sunt, novus proventus,* (ejus prohibitio ante diem 16. Nisan) *& præputium,* (fructus arborum trium priorum a plantatione annorum) *& heterogenea,* (plura diversi generis semina in agro non commiscenda) *novæ fru-*

fruges ex Lege (Divina prohibitæ) *præputium ex constitutione Mosis a Sinai*, *& heterogenea ex verbis Jure-Consultorum*; Eadem fere habet princeps Jure-Consultorum Hebræorum (63); ובזמן שאין בית המקדש כל היום כולו אסור מן התורה ובזמן הזה במקומות שעושין שני ימים טובים החדש אסור כל יום שבעה עשר בניסן עד לערב מדברי סופרים; i. e. *Sed inde ab illo tempore quo non amplius stat Templum toto die* [oblationis Omer] *omnia hæc vetita sunt ex Lege*, *& hoc tempore in iis locis*, *ubi tantum observant duo festa*, *nova annona vetita est toto die*, *usque ad diem decimum septimum Nisan vesperam usque*, *idque ex sententia Jurisperitorum*. Ita Misna diserte dicit, die, quo olim manipulus primitiarum agitabatur, eo ipso & hodie novum proventum comedere vetitum esse (64); משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא לולב ניטל במדינה שבעה זכר למקדש ושיהא יום הנף כולו אסור: *Destructo Templo statuit R. Jochanan ben Saccai ut fasciculum ramorum gestarent* (in Tabernaculorum festo) *per septem dies in memoriam Templi*, *& ut dies agitationis* (manipuli) *esset prohibitus*; conferri omnino merentur quæ ad hæc adnotavit Clariss. Houting; Hæc tam diserte dicta ut dubium non relinquant quin Judæi obstrictione hujus statuti se adhuc teneri firmiter credant, licet ipsam oblationem in terra exilii offerre nefas ducant.

XVI. Menasse ben Israel Celebris Judaicæ gentis Doctor Judæorum reliquias non contemnendas ostendere conatur in Tartaria Magna, ubi integram iis attribuit Provinciam Thabor dictam, quod nominis forsan sibi fabricavit e טבור *umbilicus*, quoniam scil. medium circiter vastæ hujus regionis tractus iste juxta eum occupat, (65). Ortelius magni nominis Geographus in Tartariæ delineatione Regnum indicat *Arsareth*, ubi refugium invenere Judæi e Palæstina extorres nomen adsciscentes novum *Gauthæorum*, unde Regnum dictum hodie *Cathai*, variaque de ingenti Judæorum in hisce tractubus numero incrementoque tradit æque ac Menasse, qui in eo cardinem ponit spei suæ de recuperanda suo tempore terra S. ac Romano Imperio destruendo; E Tartaria Colonias ingentes Judææ gentis migrasse narrant iidem in Sinæ Imperium, sed majori numero adhuc in Americam, ubi hodierno die adhuc superstites eorum posteros ritusque patrios observantes volunt, quod idem & referunt nonnulla e recentioribus novæ Terræ Itinerariis, quæ præsertim memorant, hanc gentem frugum terræ primitias Deo offerre; audiamus eorum verba imprimis ea quæ famosissimus Eques Anglus literis mandavit in descriptione novæ Hyperboreæ Reipublicæ (66); *Leur visage ressemble si fort a celui des Juifs*, *& sur tout celui des enfans*, *que lors qu' on les regarde*, *on croiroit etre dans le quartier des Juifs a Londres*. *Leurs yeux sont petits*, *& noirs comme ceux des Juifs*; *d' ailleurs ils content par Lunes*, *ils offrent les Premices des fruits*, *ils ont une espece de Fete des Tabernacles*, *on dit que leur autel est sur douze pierre*; *Leur deuil dure un an*; *Les coutumes de leurs Femmes sont sembables a celles des Juifs* &c. Quæ sat memoratu digna sunt, ejusque gentis originem Judaicam haud obscure præ se ferunt, si omnia ita sese habent uti Author iste refert, licet ejusmodi transmigratio arduas quasdam difficultates patiatur; plura desiderans adeat Cl. Jac. Basnage in erudito suo opere (67), unde ex occasione oblationis Omer & vetiti proventus novi inter modernos Judæos hæc mutuo sumsimus.

(1) Onomast. Lib. 1. segm. 247.
(2) Lib. 6. segm. 32.
(3) Lib. 7. segm. 21.
(4) Onomastic. Lib. 6. segment. 108.
(5) Lib. 6. segm. 77.
(6) Hieroz. Lib. 2. cap. 48.
(7) Lib. radicum ad h. vocem.
(8) Onomast. Lib. 6. segm. 62.
(9) Lex. Hebr. ad h. v.
(10) In Athenæum Lib. 14. cap. 15.
(11) Lex. Philol. ad voc. *Granea*.
(12) Miclal Jophi ad h. l.
(13) Hieroz. Lib. 1. cap. 7.
(14) Exercit. Plinianæ pag. 231.
(15) Nat. Hist. Lib. 18. cap. 7. §. 14.
(16) Aristoph. Irene v. 1136.
(17) Idyll. 7. v. 65.
(18) Lib. 2. cap. 37.
(19) In Arcadicis cap. 15. pag. 630.
(20) Aristoph. in Plut. v. 218. p. 15.
(21) Fastor. Lib. 2. v. 24.
(22) Ibid. Lib. 6. v. 313.
(23) Amor. Lib. 3. eleg. 10.
(24) Fastor. Lib. 1. v. 693.
(25) Metam. Lib. 5. v. 450.
(26) Ibid. Lib. 11. v. 119.
(27) Seneca epistol. 18. pag. 418.
(28) Epist. 110. pag. 641.
(29) Lib. 4. cap. 8.
(30) Lib. 1. cap. 4.
(31) Plautus Bacchid. Act. 4. Scen. 5.
(32) Martial. Lib. 1. epigr. 104.
(33) De Art. Poet. v. 249.
(34) Martial. Lib. 1. ep. 42.
(35) Fastor. Lib. 6. v. 170.
(36) Horat. Serm. Lib. 1. Sat. 6. v. 114.
(37) Martial. Lib. 5. ep. 79.
(38) Serm. Lib. 2. Sat. 3. v. 182.
(39) Hilc. Schabbat. cap. 7. §. 1.
(40) Massec. Schabbat. cap. 7. §. 2.
[41] Hilc. Schabbat cap. 8. §. 3.
[42] Hilc. Tamidin cap. 7. §. 13.
[43] Hilc. Tamidin §. 17.
[44] Menachot cap. 10. 8.
[45] Cap. 4. §. 8.

(46) Ge-

[46] Gemara Menachot fol. 71. col. 1.
[47] Menachot cap. 10. §. 7.
[48] Ibid. §. 9.
[49] Hilc. Tamidin cap. 10. §. 15.
[50] Menachot. l. c. §. 5.
[51] Gemara Menachot fol. 68. col. 1.
[52] Menachot loc. cit. §. 7.
[53] Hilc. Meocelot Afurot cap. 10. §. 4. Tom. 2. fol. 181.
[54] Hilc. Tamidin l. c. §. 19.
[55] Hilc. Tamidin §. 17.
[56] Ibid. l. c. §. 6.
[57] Hilc. meocelot afurot cap. 10. §. 3.
(58) Tamid. loc. cit. §. 21.
(59) Tamid. l. c. §. 20.
(60) Comment. in Leg. ad h. l.
(61) R. Obad. Sephorno Com. ad h. l.
(62) Comment. in Legem fol. 146. col. 3.
(63) Hilc. meocelot Afurot cap. 10. §. 3.
(64) Mifna Rofch Hafchana cap. 4. §. 3.
(65) In Libro Efperanza de Ifrael.
(66) Lettres de Mr. William Pen, l' etat prefent des Terres des Anglois dans l'Amerique, pagin. 143. & 156.
(67) Hiftoire des Juifs. Livr. 7. chap. 4.

CAPUT VII.

§. I. *Mundum Terramque ob infignia ab iis recepta bona Numina conftituere Gentiles*. II. *Telluri Fana confecrarunt Græci*. III. *Oraculum Fanaque ejus antiquiffima*. IV. *Omnium eam vocarunt Matrem Nutricemque*. V. *Nec non Romanorum gens*. VI. *Utrique eam facrificiis coluere*. VII. *Cererem Terram vocantes Divinum ei exhibuere cultum quicquid boni illi acceptum ferentes*. VIII. *Inde Primitiis omnis generis Deos placare ratum duxere*; *Comæ Primitias iis devovere*. IX. *Nec non Frugum, facultatum, fpoliorum &c. Decimas*. X. *Græci Terræ frugum Primitias obtulere Dianæ, fundofque Diis facrare*. XI. *Primitias devovere Cereri*. XII. *Et Ifidi*. XIII. *Romani eundem Cereri exhibuere cultum*. XIV. *Fefta Græci oblationis Primitiarum caufa inftituere*. XV. Θαργήλια, Εἰρεσιώνη, Πυανέψια *quid fuerint*. XVI. *Delon Apollini Gentiles frugum attulere Primitias*; *ejus Infulæ in horum Religione celebritas*. XVII. *Hyperborei Primitias Delon ferentes quinam, ex Scriptoribus Græcis*. XVIII. *Ex Clemente Alex. & Latinis*; *non Gentis unius nomen*. XIX. *Summo hæ Gentes ftudio colebant Apollinem*. XX. *Primitiæ quas Delon mittebant, qua ratione ac ceremoniis illuc perlatæ*. XXI. *Num Sacrorum victimarumque num frugum Primitiæ fub iis intelligendæ*. XXII. *De Pelafgis frugum Decimas Primitiafque Diis devoventibus*. XXIII. *De Primitiis oblatis Neptuno, Apollini Delphico, Baccho, Vertumno &c.* XXIV. *Romanorum in urbis natalibus oftenfa Religio*. XXV. *De Primitiis menfæ, hominum, &c.* XXVI. *Quid apud Plutarchum de Cretenfibus hominum primitias offerentibus fit intelligendum*. XXVII. *Antiquiffimus Nationum ritus ac Religio offerendi Primitias*.

I. ABS re forte non erit abfoluto nunc in Sacris ftadio in profana excurrere, ritufque offerendi Primitias a Deo populo fibi peculiari inculcati veftigia quædam non obfcura inter Nationes Deo vero non fœderatas paucis oftendere; Meffem ingredimur uberrimam, in quam licet falx jam fit immiffa aliorum, uti Cl. Spenceri & Rev. Crameri (1), fat parce tamen factum, nec omnia ita demeffa, quin egregium adhuc fieri poffit Spicilegium, nec mergites adeo funt anxie collecti, ut defperandum fit nec ullos nos ligaturos manipulos; Paulo altius rem repetamus a generalioribus ordientes inde progreffuri ad fpecialiora.

Effe Ens Supremum, Creatorem, Suftentatorem, Benefactorem omnium, Gentibus firmiter perfuafum erat, id docet e Platone Philofophus (2); Ἀναθαῤῥῶ δὲ πάλιν αὐτοῦ Πλάτωνος ἀκούων πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦ τε κόσμου καὶ τῶν ἄλλων γεννητῶν, τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον θεὸν ὀνομάζοντες, οὐ διὰ σπέρματος δή που γενόμενον, ἀλλὰ δὲ δυνάμει τοῦ Θεοῦ τῇ ὕλῃ γενόμεν ἀρχὴν ὑφ' ἧς ἔπαθε καὶ μετέβαλεν, ἐντεκόντος. *Recipio tamen animum, audiens ab ipfo Platone, Deum non natum & æternum nominari Patrem, opificemque mundi & aliarum rerum natarum, non fane quod femine ifta genuiffet, fed alia quadam vi materiæ principium genitabile, quod affecerit & mutaverit eam, inferuiffet*; quod idem accumulatis teftimoniis evincere uti facillimum ita & fuperfluum hic loci effet; fed inde quidam Gentilium Mundum univerfum Deum conftituere non dubitarunt, rationem docet M. Tullius (3); *Placet enim illi*, Epicuro, *effe Deos, quia neceffe fit præftantem effe aliquam naturam, qua nihil fit melius. Mundo autem certe nihil eft melius; nec dubium, quin, quod animans fit, habeatque fenfum, & rationem, & mentem, id fit melius, quam id quod his careat*; Undé Terram in Deorum numerum relatam nemo ignorat, ob innumera, quibus homines mactabat, beneficia, de quo ita *Deus Philofophorum*, uti eum vocare amat Cicero, ratiocinatur [4]; Γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκ-

νυκτός τε ϗ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην ϗ πρεσβυτάτην σωμάτων ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. *Terram vero matrem & altricem omnium terrestrium animantium, constrictam limitibus per omnia vadentis & cuncta continentis poli, diei noctisque custodem locavit, antiquissimam ac præcipuam eorum, qui intra mundi ambitum continentur, corporum;* Id vero Cicero interpretatus est *antiquissimam Deorum*, uti eandem alibi vocat, *Sacram Deorum omnium focumque domiciliorum* (5), quare & inutile censet agros Diis consecrari; Dicta quoque est, *Mater omnium*, (6), & pro Numine reputatum diserte prodit Plutarchus [7]; οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ κοινὰ, ϗ διήκοντα τῆς χρείαις, ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκθειάζουσι, ὡς τὸ ὕδωρ, ὡς τὸ φῶς, τὰς ὥρας, τὴν δὲ γῆν, οὐ μόνον θεῖον, ἀλλὰ ϗ Θεὸν ὑπολαμβάνουσιν. *Etenim ab hominibus quæ vulgata sunt, suisque usibus inservientia, quam plurimum Deos effecerunt, uti aquam, lucem, tempestates, Terram vero non modo Divinum quid, sed Deum esse arbitrantur.*

II. Hac opinione pervulgata, nil tam anxie curabant, ac a Diis accepta bona beneficiaque debito modo proque viribus referre, uti Cap. I. quodammodo vidimus; inde fusus pecudum cruor, extructæ aræ, immolatæ Hecatombæ, inde donaria omnis generis Diis dicata Delubrisque illata &c. Huc præsertim facit cultus Divinus Terræ exhibitus ab Antiquis, ob ingentia imo fere omnia ab Ea humano generi porrecta vitæ & necessitatis & suavitatis commoda, qui cultus ideo propius nobis lustrandus erit. Ignaræ quippe Gentes extra Dei Fœdera positæ veri omnis boni Largitoris, summæque victus alimentorumque procreationis Causæ, ad causas ministrantes potius attendentes, iis omne hac ex parte bonum attribuere, Creaturæque cultum ac gratitudinem Creatoris loco exhibuere, quod haurire licet e Plutarchi verbis, ubi inquirit in causas quæ mortalibus Dei notitiam suppeditarunt; ita ille [8]; Θεοῦ γὰρ ἔννοιαν ἔσχον ἀπὸ τῶν φαινομένων ἀστέρων, ὁρῶντες τούτοις μεγάλης συμφωνίας ὄντας αἰτίους, καὶ τεταγμένας ἡμέραν τε ϗ νύκτα, χειμῶνά τε ϗ θέρος, ἀνατολάς τε ϗ δυσμάς, ϗ τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ζωογονούμενα ϗ καρπογονούμενα· διὸ πατὴρ μὲν ἔδοξεν αὐτοῖς ὁ οὐρανὸς ὑπάρχειν, μήτηρ δὲ ἡ γῆ. τούτων δὲ ὁ μὲν οὐρανός, πατὴρ, διὰ τὸ τὰς τῶν ὑδάτων ἐκχύσεις σπέρματ᾽ ἔχειν τάξιν. ἡ δὲ γῆ μήτηρ, διὰ τὸ δέχεσθαι ταῦτα ϗ τίκτειν. *Dei enim notionem habuere ab adparentibus astris, cum viderent illa tantæ haberi concinnitatis causas, ac disponere diem & noctem, hyemem ac æstatem, ortum ac occasum, & vivificare ea ac fructificare illa quæ in terra sunt. Itaque pro Patre acceperunt cœlum ac pro matre Terram. Cœlum pro Patre, eo quod effusio aquarum quam facit sit ad instar seminis, Terram vero pro matre, eo quod conciperet ac pareret.* En totam rationem Religiosi cultus Terræ exhibiti pulcherrime ac verissime proditam. In Religionis Veterum Mysteriis cernuntur fana Telluri dicata imo Oracula tributa, ita tale fanum memorat idem (9); τὰς δὲ Μούσας ἱδρύσαντο παρέδρους τῆς μαντικῆς ϗ φύλακας αὐτοῦ παρὰ τὸ νᾶμα, καὶ τὸ τῆς γῆς ἱερὸν, ἧς λέγεται τὸ μαντεῖον γενέσθαι τῆς ἐν πέτροις ϗ μέλεσι χρησμῳδίαν. *Musas vero vaticinio collocaverunt adsidentes, ejusque custodes ibi ad aquam & Telluris templum, cujus dicitur ipsum fuisse Oraculum versibus carmineque contentam divinationem.* Strabo Derbices populos ad Caucasum habitantes asserit Terram colere religiose [10]; Σέβονται δὲ γῆν οἱ Δέρβικες, θύουσι δ᾽ οὐδὲν θῆλυ οὐδὲ ἐσθίουσι. *Derbices terram colunt religione, nil fœmellum immolant neque comedunt.* Herodotus inter Scytharum Numina numerat & Tellurem (11); Θεοὺς μὲν μόνους τούσδε ἱλάσκονται, Ἱστίην μάλιστα, ἐπὶ δὲ Δία τε ϗ Γῆν, νομίζοντες τὴν γῆν τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα. *Deorum solos hos placant, Vestam ante omnes, deinde Jovem ac Terram, existimantes Terram Jovis esse Conjugem*; alibi de Persis hæc narrat (12): οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. θύουσι δὲ ἡλίῳ τε ϗ σελήνῃ καὶ γῇ ϗ πυρὶ ϗ ὕδατι ϗ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν: *moris habent editissimis conscensis montibus Jovi sacra facere, omnem gyrum cœli Jovem appellantes; soli sacrificunt, Lunæ, Terræ, igni, aquæ, ventis; hisque solis Numinibus sacra faciunt jam antiquissimo tempore.* Idem narrat Strabo [13]; De Phlyensibus narrat Pausanias magni fecisse eos terram (15); Φλυεῦσι δέ εἰσι ϗ Μυῤῥινουσίοις, τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος Διονυσοδότου ϗ Ἀρτέμιδος Σελασφόρου βωμοὶ, Διονύσου τε Ἀνθίου ϗ Νυμφῶν Ἰσμηνίδων, ϗ Γῆς, ἣν μεγάλην θεὸν ὀνομάζουσι. *Phlyenses vero Apollinis Dyonysodori & Dianæ Luciferæ uti Myrrhinenses ostendunt aras, Bacchi etiam Floridi, & Ismenidum Nympharum, & Telluris, quam magnum dicunt Deam.*

III. Lacedæmonii eidem Divæ Fanum struxere referente eodem Pausania (15) Λακεδαιμονίοις δὲ ἐστὶ μὲν Ἀπόλλωνος Ἀρχεβωμός, ἐστὶ δ᾽ ἐπονομαζόμενον Γάσηπτον ἱερὸν

ρὸν Γῆς. *Lacedæmoniis est Apollinis Akritæ ara, est item Telluris fanum Gareptum dictum.* Pervetustam Telluris ac famigeratissimam aram prædicat idem (16), cum qua Oraculum conjunctum prope thesaurum Sicyoniorum, ἐπὶ δὲ τῷ Γαίῳ καλουμένῳ βωμός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ Γῆς, πέτρας καὶ οὗτος. τὰ δ' ἔτι ἀρχαιότερα καὶ μαντεῖον τῆς Γῆς, αὐτόθι εἶναι λέγουσιν. *In ea parte quam terræ dicatam vocant est ara Telluris, eaque ex cineris aggere, antiquitus enim Oraculum Telluris ibi fuisse tradunt.* Imo Celebratissimum Apollinem Pythium in Oraculis edendis non nisi Deæ Telluris partes occupasse, hujusque antiquissimæ Divæ successorem fuisse, idem ex veteri traditione narrat, ubi hæc notatu dignissima leguntur (17); φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι πρόμαντιν ἀπὸ τῆς γῆς. εἶναι δὲ αὐτὴν τῶν περὶ τὸ ὄρος νυμφῶν &c. πεποιημένον οὖν ἐστιν ἐν τοῖς, Ποσειδῶνος ἐν κοινῷ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον. καὶ τὴν μὲν χρᾶν αὐτὴν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα. καὶ οὗτος ἔχει τὰ ἔπη.

Αὐτίκα δὲ χθονίης σοφὸν δὴ πινυτὸν φάτε μῦθον,

Σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ Ἐννοσιγαίου.

Ajunt enim fuisse antiquitus Telluris Oraculum, & Daphnen ab ipsa terra fuisse delectam ut præsideret; fuisse vero eam unam ex Nymphis montanis. In ea quoque traditur, Neptuno ac Telluri commune fuisse illud Oraculum, Tellurem quidem ipsam ore proprio responsa dedisse, Neptunum vero Interpretem habuisse Pyrconem, itaque sonant versus.

Telluris cuncti sanctas cognoscite voces,

Et magno Pyrcon Neptuno sacra ferebat.

Unde & Peleadæ fatidicæ apud Dodonæos mulieres cantu suo Tellurem cum Jove jungentes æque ac hunc celebrarunt hisce versubus [18];

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστί, Ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ,

Γᾶ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε ματέρα γαῖαν.

Jupiter est, fuit, atque erit; o bone Jupiter alme,

Quæ tribuit fruges, Tellurem dicite Matrem.

Mira sane cantilena, quæ veræ traditionis reliquias non uno solum in verbo præ se fert, cum tam arcte Jovem æternum cum Bona Matre Terra jungit, ut hæc illius bonitati debita, & quidquid boni ex illa fluit ad illum referendum esse innuisse videatur. Atheniensibus a Theseo in civitatem ex agris adductis pervetustum erat Telluris uberrimæ solertissimæque Nutricis Templum (19); ἔστι δὲ καὶ Γῆς κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν χλόης. τὰ δὲ ἐς τὰς ἐπωνυμίας ἐστὶν αὐτῶν διδαχθῆναι τοῖς ἱερεῦσιν ἐλθόντα ἐς λόγους. *Est & Telluris puerorum Nutricis & Cereris pubescentis fanum, cognominum vero causas a sacerdotibus qui sciscitant discent.* In Achaia 30. stadiis a vastata urbe Ægæ idem perhibet, esse fanum Telluris Euristernæ (20); ὁδὸς δὲ ἀπὸ τοῦ τάφου σταδίων ὅσον τριάκοντα ἐπὶ τὸ καλούμενον Γαῖον, γῆς δὲ ἱερόν ἐστιν ὁ Γαῖος ἐπίκλησιν εὐρυστέρνου. ξόανον δὲ ἐν τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον. *Ab eo tumulo 30. circiter stadiis via est ad Gæum ita dictum [Terræ sacratum], Gæum enim est fanum Telluris quam vocant lati pectoris, simulacrum enim ejusmodi est vetustissimum ei.*

IV. Vatum Græcorum Pater ac Princeps Terram vocat μητέρα πάντων, eamque peculiari collaudans hymno θεῖον quid ipsi manifeste tribuit [21];

Γαῖαν παμμήτειραν ἀείσομαι ἠυθέμεθλον,

Πρεσβίστην, ἣ φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάνθ' ὁπόσ' ἐστίν.

Ἠμὲν ὅσα χθόνα δῖαν ἐπέρχεται, ἠδ' ὅσα πόντον,

Ἠδ' ὅσα πωτῶνται τάδε φέρβεται ἐκ σέθεν ὄλβου.

Terram omnium matrem canam bene fundatam,

Prstantissimam, quæ nutrit superiora quotcunque sint,

Et quot per terram diam incedunt,

& quot per Oceanum,

Et quot volant, hæc nutriuntur e tuis divitiis.

Imo Divum Matrem Jovisque Conjugem in sequentibus eam vocat,

Χαῖρε θεῶν μήτηρ, ἄλοχ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Salve Deorum Mater uxor cœli stellati.

Lati Pectoris eam quoque vocat Hesiodus [22];

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα

Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ

Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου.

Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde

Tellus lata, omnium sedes tuta semper

Immortalium, qui tenent juga nivosa Olympi.

Et

Et Apollonius Rhodius matrem vocat Deorum (23);

Γαῖα θεῶν μήτηρ, ὅσσον σθένος ἐστὶν ἐμεῖο.

Alma parens superum Tellus, mea robora quanta.

Propterea nomen Reginæ Telluri non raro tributum uti in illo Comici (24);

Σύ τ' ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτηρ,

Καὶ γῆτ' ἄνασσα χεῖρας ἣ δίδωμ' ἐμάς.

Et tu Pater locos profanos incolens Telluris, ac Regina Tellus cui manus trado.

V. A Romanis Tellurem in Deorum numerum relatam fuisse Author inter tot alios est M. Tullius, qui inter Magnos Deos eandem numerat [25] *De ea re scriptum est, postulatione esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cœlestibus*. Ædes illi extructas idem memorat [26] & Valerius M. qui ita famorat [27] *Senatus enim Populusque Romanus, non contentus capitali eum* (Sp. Cassium) *supplicio afficere, interemto domum superjecit, ut Penatium quoque strage puniretur; In solo autem Ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religiosæ severitatis monumentum est*. In Telluris Ædibus Senatum Romanum conscriptum fuisse demonstrant Ciceronis verba [28] *Nec vero usquam discedebam, nec a Republica dejiciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus; in quo Templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis*; quod infra confirmat; *Tu autem M. Antoni, unum illum diem, quo in æde Telluris Senatus fuit* &c. & ubi violentiam M. Antonii extollit [29] *Post diem tertium veni in Ædem Telluris, & quidem invitus, cum omnes aditus armati obsiderent* &c. Genitricem terram agnoverunt omnium, calorisque vitalis causam, uti Bucolicus (30);

Omniparens æther, & rerum causa liquores,

Corporis & genitrix Tellus vitalis & aer.

Quod Martialis in petulanti Tonsoris Epitaphio scribit [31]

Sis licet, inde sibi, Tellus placata, levisque,

Artificis levior non potes esse manu.

Vulgarem indicat mortuis bene precandi formulam, *sit tibi Terra levis*, tam a Græcis quam Latinis usurpatam, ad incantationes amovendas, quæ noxiæ essent sepultis quibusque Terra ipsis implacata ac gravis admodum reddita, uti persuasum sibi habuit cæca superstitio, de quo videatur Celeberr. Brissonius (32), quæ tam vim occultam humana majorem Telluri adscriptam non obscure indicant; sed de Tellure prima ex elementis in Deorum relata numerum videri possit Cel. Vossius (33).

VI. Agnam nigram olim Telluri immolatam fuisse docet Homerus (34).

Οἴσετε δ' ἄρν', ἕτερον λευκὸν ἑτέρην δὲ μέλαιναν,

Γῇ τε, καὶ Ἠελίῳ. Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον.

Adferte agnum, alteram album alteram vero nigram,

Terræque & Soli. Jovi vero afferemus alium.

Nec non suem perhibet Aristophanes (35);

Ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος κόρη.

Ὡς ἡδύ μοι, προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

O Veneranda Cereris filia Proserpina:

Quam suavis odor suillarum me afflat carnium.

Ad quæ Scholiastes notat; παρόσον χοῖροι τῇ Δήμητρι καὶ τῷ Διονύσῳ ἔθυοντο, ὡς λυμαντικοὶ τῶν θεοῖν δωρημάτων. *Consuetum porcos immolare Cereri & Libero, eo quod porci essent destructores munerum horum Deorum*, vitis & segetis sc. De Agricolis prisci Temporis refert Romanus Vates, quod Telluri porcos immolarint. (36)

Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,

Floribus & vino Genium, memorem brevis ævi.

& Ovidius (37),

Nec Tellus captas miserat ante feras.

Sus erat in pretio; cæsa sue festa colebant.

Terra fabas tantum, duraque farra dabat.

& quidem gravidam immolare suem Cereri eosdem in more habuisse idem docet (38)

Vana laborantis si fallat vota Coloni,

Accipiat gravidæ cur suis exta Ceres.

Quod amplius exponit Macobius (39) *affirmant quidam, quibus Crrnelius Labeo consentit, hanc Majam cui mense Majo res divina celebratur, Terram esse, hoc adeptam nomen a magnitudine, sicut & Mater magna in sacris vocatur; assertionemque æstimationis suæ etiam hinc colligunt, quod sus prægnans ei mactatur, quæ hostia propria est Terræ, & Mercurium ideo in sacris illi adjungi dicunt, quia vox nascenti homini terræ contactu* da-

datur. Ob ingentem ac pene miraculosam fœcunditatem videtur hæc bestia Telluri fœcundissimæ Matri immolata, *hac enim pecude nil genuit natura fœcundius* ait Cicero (40) vel primum ex omnibus animantibus sus immolatus Cereri, ob damnum ab eo segetibus illatum genere, asserente Ovidio (41) ubi in victimarum species inquirit,

> *Longius inde nefas abiit, & prima putatur*
> *Hostia sus meruisse mori; quia semina pando*
> *Eruerit rostro, spemque interceperat anni.*

Veneris in sacrificiis quoque porcum fuisse adhibitum docet Strabo [42], quod tamen negatur ab Aristophane [43] eo quod porcus Veneri sit exosus ob interfectum Adonidem; Aliisque Diis præterquam Lunæ & Baccho suem immolare nefas duxit Ægyptiorum gens, docente id Herodoto (44).

VII. Tellurem ergo cum Gentiles, ob ingentia quæ quotidie ab illa recipiebant bona, Divino cultu prosequuti sint ejus nomine comprehendere vim universæ naturæ, a sole ac æthere quasi concipientem semina, quare diversis admodum nominibas diversæ gentes hocce Numen compellarunt, uti Cybele, Dindymene, Berecynthia, Pessinuntia, Mygdonia, Asporene, Phasiana, Cimmeris, Cybeba, Vesta &c. imo Magnam celebratissimamque Cererem aliud Numen haud fuisse ac Terram eamque frugiferam, adeoque omnem hisce Deastris exibitam Religionem ad Terram benefactricem esse unice fere referendam, multis comprobare opus non est, cum id abundanter factum a Cel. Vossio (45), Cereremque Romanorum, Græcis Δημήτηρ dictam, eandem cum Tellure fuisse Divinitatem, vel unicus probat locus Comici (46)

> ——— ——— Δημήτηρ θεὰ
> Γῆ δ' ἐςὶ, ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει καλει.
> ——————— *Ceres Dea est*
> *Tellus, utrum magis nomem libet, voces.*

unde *Reginam frugiferam* eam vocat alius (47);

> Ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν τὴν καρποφόρον βασίλειαν
> Δήμητρα θεὰν ἐπικοσμοῦντες Ζαθέαις μολπαῖς κελαδεῖτε.
> *Age nunc alio genere hymorum, Cererem frugum genetricem,*
> *Magnam exornate Deam, divinis carminibus celebrantes.*

Omnia ergo Cereris sacra omnes ei oblatæ fruges ad Terram respiciebant, Illi bona messis segetisque accepta ferebant moratiores imo sæpe ferociores populi: Illi vota hostiasque ideo persolvebant; Videtur ergo gentibus Mundi aliquid de ratione rituque hujus Judæorum moris, Deo ob uberrimum terræ proventum debitas reddendi gratias, innotuisse, quod magis adparebit, ubi demonstratum erit gentiles præcise frugum *Primitias* Diis obtulisse, quod uti operæ pretium erit, ita od id evincendum nos nunc accingimus, cum id specialiter institutum nostrum exigit.

VIII. Primitias qualescunque Idololatriæ deditæ Gentes Numinibus sacras facere Religioni duxere, uti e monumentis tum Historiæ tum Poeseos earum constat; Ita pueri impuberes Comam summo studio non raro alebant, eamque nuces relinquentes detondebant, Numinique cuidam in ara consecrabant, ad hæc alludit Tragicus (48);

> *Pars adhuc currit melioris ævi,*
> *Virgines nondum thalamis jugatæ,*
> *Et comis nondum positis ephebi,*
> *Matris & nomen modo doctus infans.*

Et Lucanus (49)

> *Illa genæ florem, primævo corpore vulsit,*
> *Illa comam læva morienti abscidit ephebo.*

Unde Satyricus Jovem Ganymedem sic adloquentem introducit [50]

> *At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles,*
> *Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit.*

Quod & Græcis in usu fuisse docet a Thesei exemplo comprobat Plutarchus [51]; ἔθους δὲ ὄντος ἔτι τότε τοῖς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεὺς &c. *Cum solenne tum esset, ut ii, qui ex pueris excedebant, profecti Delphos sacrificarent primitias Comæ Deo, adiit Delphos Theseus*, &c. qui inciput tantum totondit, quod indicat alias integram comam devovere in more fuisse positum. Fluminibus quoque sollenni admodum ritu comæ primitias deposuere, uti Author nobis est Pausanias (52) Ἀγάλματα δὲ ἐπὶ τῷ ποταμῷ Μνησιμάχης, τὸ δὲ ἕτερον, ἀνάθημα κειρομένης τὴν κόμην τοῦ παιδός οἱ ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ. Καθεστάναι δὲ ἐκ παλαιοῦ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο Ἕλλησι, τῇ Ὁμήρου τις ἀντεκμαίροιτο ποιήσει, ὃς τὸν Πηλέα εὔξασθαί φησι τῷ Σπερχειῷ κερεῖν ἀνασωθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην. *Juxta flumen simulacra sunt, Mesimaches unum, alterum vero, filii, devotam ponens comam*

mam Cephisso fluvio. Ab antiquo tempore enim Græcis in more positum fuisse omnibus hoc ipsum, ex iis Homeri conjicias versubus, in quibus ait, Peleum Sperchio pro felici a Troja Achillis reditu vovisse comam, filii sc. non propriam, quod votum ipsemet Achilles irritum redditit in acerbo Patrocli funere illam abscindens uti ait Homerus (53);

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
Τὴν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπεν ἰδὼν ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

Stans seorsim a pyra flavam abscidit comam,
Quam sane Sperchio fluvio alebat florescentem,
Ingemiscens autem dixit conversis oculis in nigrum pontum.

Quod uti Græcis ita Romanis more receptum fuisse eo in casu nemo forsan qui ignorat; Fluminibus comam non raro alebant, uti de Memnone narrat Philostratus [54]; σκόπει γὰρ ὅσος μὲν κεῖται κατὰ τῆς γῆς, ὅσος δὲ ὁ τῶν βοστρύχων ἄσταχυς, ὃς οἶμαι Νείλῳ ἔτρεφε. *Vide enim quantus humi jaceat exporrectus, quantaque cincinnorum spica sit, quos Nilo, ut opinor alebat*. In Delo comæ primitias tum Virgines tum Ephbi dicarunt, de quo Poeta (55);

Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐηχὴς ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην
Παρθενικαὶ, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.

Etenim Deliades, cum suaviter cantatus Hymenæus
Thalamos puellarum terret, coætaneos capillos
Virgines puellis, at Juenes messem primam lanuginis
Masculi Juvenibus primitiarum loco offerunt.

Hyperboreis istis puellis, Upi Loxo, ac Hecaergæ Virgines Deliades comæ primitias ad illarum sepulcra loco inferiarum offerebant; Juvenes vero Hyperboreis Juvenibus qui hasce puellas in Delum adduxerant primam languinem inferias mittebant; Videri possunt quæ fuse commentatus est h. l. Illust. Spanhemius; De Troczeniis Virginibus memoriæ idem prodidit Pausanias [56] δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόδε. ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεται οἱ πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. *Præter cæteros sacrorum ritus virgines ante nuptias succisum sibi capillum in Templum* (Hippoliti) *seponere, referunt*. Eadem de Deliarum Virginum ritu quæ Callimachus, idem refert Pausanias (57) De Megarensibus puellis; τὸ δὲ Ἰφινόης Ἀλκάθου θυγατρός. ἀποθανεῖν δέ φασιν αὐτὴν ἔτι παρθένον. Καθέστηκε δὲ ταῖς κόραις, χοὰς πρὸς τὸ τῆς Ἰφινόης μνῆμα προσφέρειν πρὸ γάμου, καὶ ἀπάρχεσθαι τῶν τριχῶν, καθὰ καὶ τῇ Ἑκαέργῃ καὶ Ὤπιδι αἱ θυγατέρες ποτὲ ἀπεκείραντο αἱ Δηλίων. *Jam ad Iphinoes Alcathoi filiæ tumulum, quam virginem decessisse memorant, patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt, capillique primitias detondent, non aliter quam Hecaergæ & Opidi Deliorum filiæ*. De Nestore Palladi sacra faciente ita Homerus (58)

——— ——— γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ
Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

——— *senex eques vero Nestor*
Aquamque molasque spargere primas cæpit, multis Minervæ
Supplicavit, primitias offerens capitis pilos igni injiciens.

Comæ primitias non raro in prægrandi luctu ad sepulchra defunctorum ac cognatorum inferiarom loco vel simul atque cum iis deponebant, ita Helena Hermionem filiam ad Clytemnestræ tumulum ad ferendas inferias mittens loquitur apud Euripidem in Oreste, vers. 96.

Κόμης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς.
Ferens primitias comæ meæ, & meas inferias.

Nec non Antigone apud eundem in Phœniss. v. 1523.

Τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας σπαραγμοῖς
Ἀπαρχὰς βαλῶ, ματέρος ἐμᾶς ἐν διδύμοις.
Γάλακτος παρὰ μαστοῖσιν.
Ἢ πρὸς ἀδελφῶν οὐλόμεν' αἰκίσματα νεκρῶν.

Ad quem primum a laceratione comæ
Primitias jaciam; an ad gemina matris meæ
Ubera lactis?
An ad mortuorum fratrum vulnera perniciosa?

IX. Fruges olim Diis fuisse oblatas partim jam supra a nobis ex occasione hordei observatum, & a multis qui Gentilium sacra illustrarunt demonstratum est; Decimas Terræ frugum ac fa-

facultatum Diis quædam gentes dicarunt, non obscuro indicio, se frugum ubertatem Numinum debere benignitati. Opum suarum victoriæ jure Cyro traditarum Decimas Jovi consecrare Croesus victus suasit Victori, uti refert Herodotus (59). κάτισον τῶν δορυφόρων ἐπὶ πάσῃσι τῇσι πύλῃσι φυλάκους, οἳ λεγόντων πρὸς τοὺς ἐκφέροντας τὰ χρήματα ἀπαιρεόμενοι, ὥς σφεα ἀναγκαίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διΐ. *Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satellitibus custodes, qui auferentes vetent exportare opes, tanquam earum decimæ Jovi necessario reddendæ sint*. Spoliorum consecrare decimas pervulgatum erat, uti videri potest apud eundem [60] Pausaniam [61], Plutarchum (62) Valerium M. (63), ac Historicus passim. Ex aurifodinis Syphniorum Decimas poscere sibi sumsit Apollo Pythius referente Pausania (64); ἐποιήθη δὲ καὶ ὑπὸ Σιφνίων ἐπὶ αἰτίᾳ τοιᾷδε θησαυρός. Σιφνίων ἡ νῆσος χρυσοῦ μέταλλα ἤνεγκε, καὶ αὐτοῖς τῶν προσιόντων ἐκέλευσεν ὁ θεὸς ἀποφέρειν δεκάτην ἐς Δελφούς· οἱ δὲ τὸν θησαυρὸν ᾠκοδομήσαντο, καὶ ἀπέφερον τὴν δεκάτην. ὡς δὲ ὑπὸ ἀπληστίας ἐξέλιπον τὴν φορὰν, ἐπικλύσασα ἡ θάλασσα ἀφανῆ τὰ μέταλλα σφίσιν ἐποίησεν. *A Syphniis etiam tali ex causa factus est thesaurus: Syphniorum insula aurifodinas habet, de quarum proventu jussit Deus sibi offerri decimas Delphis. Illi vero thesauro condito Decimas obtulerunt; postea vero avaritia moti intermissa est hæc oblatio, tunc maris alluvie metalla penitus ablata sunt*. En Deastros neglectæ Decimarum oblationis acerrimos vindices. L. Corn. Syllam universi patrimonii decimas consecrasse narrat Plutarchus [65]; ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην, ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελεῖς. *Consecrans Patrimonii totius Sylla Decimas Herculi, præbuitque splendidum epulum populo*, idemque narrat de M. Crasso (66); Herculem præcipue inter Deastros hacce prærogativa honoratum fuisse a Veteribus indicat Macrobius (67); *Testatur etiam Terentius Varro in ea Satyra, quæ inscribitur* περὶ κεραυνοῦ *majores solitos Decimam Herculi vovere, nec decem dies intermittere quin pollucerent ac populum* ἀσύμβολον *cum corona laurea dimitterent cubitum*. Athenis Decimas Minervæ & quinquagesimas aliis Diis fuisse sacratas docet Demosthenes, & de Dianæ fano, in Scilunte extructo consecratisque illi agri proventus Decimis, Xenophon, uterque citatus ab Illustr. Spanhemio (68); plura de hac materia videantur apud Ill. Potterum. (69)

X. Decimas frugum proventum facultatumque Diis Ethnicos non raro sacrasse, mirari non debet, id quod, æque ac oblatio ab iisdem observata primitiarum annonæ ac terræ frugum, vel rectus notionum naturalium usus, vel quædam obscurior notitia Legum Divinarum ipsis persuadere valuit. Videndum nunc proprius quo modo ac ratione primitias consecrarint. Apud Pap. Statium non unius generis Primitias Diis devotas pro recepto more invenimus, uti *operum*, quas Tydeus, si Thebis potiretur, Palladi vovet solenni precatiuncula, cujus ultima verba sic sonant. Thebaid. Lib. 2. v. 742.

Tu bellis, Tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana.

Apud eundem Eurydice quasi furiis agitata ob acerbam nati cladem, Diis quasi eam exprobrans ita nudo vocem de pectore rupit, Theb. Lib. 6. v. 145.

——— *at tua nondum*
Cadme domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
Primitias egomet lachrymarum & cædis acerbæ
Ante tubas ferrumque tuli. ———

Armorum Primitias idem vocat prima artis bellicæ pugnarumque specimina Lib. II. v. 185.

Hei mihi primitiis armorum & rite nefasto
Libatus jussusque mori. ——— ———

Ritum hunc perantiquum fuisse extra dubium est, cum ejus vestigia apud Antiquissimos Authotes de gentibus ultimam jactantibus antiquitatem reperiantur, quod ultimo paucis notandum nobis reservamus loco. Apud Porphyrium de abstinent: reperitur antiqua Draconis lex, quæ inter Leges Atticas a Cel. Viris Petito ac Pottero vulgatis secundum occupat locum, hisque verbis concepta est. θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνοις ἐπετείοις. *Lex esto antiquissima ac æternæ auctoritatis in Attica, venerandos esse Deos ac Heroas patrios & indigenas publice secundum patrias sanctiones, privatim vero bonis verbis, frugumque primitiis, libis annuis, pro facultatum modulo.* Homerus jam Dianam introducit irascentem de neglecta sibi debita primitiarum oblatione [70];

Καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε

Χω-

Χωσαμένη, ὃ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἰνεὺς ῥέξ', ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας,
Οἴῃ δ' οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
Ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησεν. ——

Etenim inter hos malum aurea sede
Diana excitavit,
Irata, quod sibi non primitias post
fruges comportatas in ubere solo.
Oeneus sacrificasset, alii vero Dii
epulati essent Hecatombas,
Soli vero non fecisset Jovis Filiæ
magni,
Sive oblitus sit, sive non animad-
vertisset.

Variis Diis certas agrorum portiones a Græcis antiquis consecratas fuisse idem variis in locis docet, quæ dictas asserit τεμένεα *amputatas* q. d. τετμημένας. Sic Jovi sacrum agrum in Ida monte ostendit (71);

Γάργαρον, ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.

Ad Gargarum, ubi ei ager sacer ac
ara odorata,

Et Cereri (72);

Οἳ δ' εἶχον Φυλάκην καὶ Πύρρασον ἀνθεμόεντα,
Δήμητρος τέμενος, Ἴτωνά τε μητέρα μήλων.

Qui vero tenebant Phylacen & Pyr-
rhasum floridam,
Cereris sacrum, Itonaque feracem
ovium.

Nec non Veneri Paphiæ (73);

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἐς Πάφον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.

Hæc vero ad Cyprum pervenit risus
amans Venus,
In Paphum, ubi illi sacrum araque
odorata.

Et alibi proprius rem ostendit (74);

—— —— τεμένη δέ ἑ κικλήσκουσιν
Ἀθανάτων, τὰ δ' οὔ τι βροτοὶ κείρουσι σιδήρῳ.

—— —— *Delubra autem ipsas*
vocant.
Divorum, hæc non tondent morta-
les ferro.

Agrorum sacrorum quoque mentionem facit Pausanias, uti ejus, qui a Temessensibus impuro Ulyssis socio, lapidibus ob violatam virginem obruto, consecratus fuit (75); τὸν δὲ Ἥρω σφᾶς ἐκέλευσεν ἱλάσκεσθαι, τέμενός τε ἀποτεμομένους οἰκοδομήσασθαι νεών, διδόναι δὲ κατὰ ἔτος αὐτῷ γυναῖκα τῶν ἐν Τεμέσῃ παρθένων τὴν καλλίστην. *Jussi sunt* (Oraculo Pythii Apollinis) *Heroen placare. & consecrato ei agro ædificare Templum devovere ei præterea quotannis Virginem ex Temessensibus puellis formosissimam.* Τεμεῖν alias est vox usurpata potissimum de inferiis, cum in iis hostiis mactandis in terram projectis caput amputabatur, unde ἔντομα dictæ, quod & usurpatum de inferiis devotis quibus genitalia amputata, juxta Scholiasten Apollonii Rhodii (76); Τεμεῖν invenies apud Philostratum [77], χέασθαί τε καὶ ἐπενεγκεῖν σφίσιν ὁπόσα νόμιμα, πλὴν τοῦ τεμεῖν τι ἢ καταγίσαι. *Libamina vero & alia jure manium præscripta obtulisse, non tamen mactasse vel sacra cruenta fecisse*: ubi conferatur Commentarius Cl. Olearii; Τέμενος Æsculapii & Jovis invenies apud comicum (78)

Ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ᾖμεν τοῦ θεοῦ.
Ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα
Καθωσιώθη, πέλανος Ἡφαίστου φλογί.

Post in Delubrum Æsculapii conces-
simus,
Et aræ impositis sacrificii præludiis
& popanis,
Igni præterea Vulcanio admotis libis.

Et alibi (79);

Ὅ, τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κραναὰν
Κατέλαβον, ἐφ' ὅ, τι τε
Μεγαλόπετρον ἄβατον
Ἀκρόπολιν ἱερὸν τέμενος.

Quid enim cranai urbem ut ita ac-
ciperent
Adigere potuit has?
Et ingenti petra inaccessibilem
Acropolin ubi sacrum Delubrum.

Ubi nil melius forte ad hujus vocis expositionem quam quæ notat Vet. Scholiastes, τέμενος, τεμένη, ναοί, ἱερά, ἄλση, ἢ τὰ ἀφωρισμένα κατὰ τιμὴν χωρία, *Templa, fana, lucos, dicatasque ex Religione terras s. fundos*, ex Suidæ sententia, citatque locum Homeri insignem (80);

Καὶ μέν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων
Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμοιτο.

Quin & ei Lycii portionem agri
dederunt separatam cæteris præ-
stantiorem,
Bonam arboribus & arvis ut coleret.

Sermo est de Lyciæ Rege qui post superata pericula Bellerophonti filiam cum Imperii regionisque portione tradidit; quod Eusthatius inde accipit dici tam de hominibus concesso quam de Diis consecrato agro, quicquid terræ S. agri alicui in usum tradatur proprium illud vocari τεμένη & τέμενος; πᾶν τὸ περιωρισμένον, ἤτοι ἀποτετμημένον τῆς πόλεως, καὶ εἰς κτῆσιν ἰδίαν τινὸς ἀφωρισμένον χωρίον. παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον μόνα τὰ τοῖς θεοῖς ἀφωρισμένα χωρία, τεμένη λέγονται; improprie de quavis

vis privato usui tradita terra, proprie solum de Diis sacrato agro de jure sumi, inde & significat Templa, fana &c.

XI. Illustrissimus est locus Calimachi, qui edocet Cereri frugum primitias, primas spicas, sacros offerre maniplos antiquis in more positum fuisse, ita canit (81);

Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε.
Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρᾶτα
Ἀσταχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι.

Pulchrius dicta, ut civitatibus gratas Leges dederit,
Pulchrius dicta, ut civitatibus gratas Leges dederit,
Pulchrius, ut culmum & Sacros manipulos primos
Spicarum absciderit, & boves calcare immiserit.

Mirum est Gentilem eadem uti locutione qua Judæus qui rationem oblationis frugum primitiarum optime in perspecto habuit [82], πέμπτη δ' ἡ τῶν ἀσταχύων ἀπαρχή. τὸ ἱερὸν δράγμα: *quinta feria est, spicarum primitiæ, sacer manipulus.* Conferri hic omnino merentur quæ adnotavit ad Callimachi locum Ill. Spanheim. Cereri primitias fuisse oblatas quoque enarrator apud Theocritum indicat (83);

——— ἁ δ' ὁδὸς ἅδε Θαλυσιάς.
ἦ γὰρ ἑταῖροι
Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
Ὄλβω ἀπαρχόμενοι. μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.

——— ——— *Iter vero hoc nobis est ad Thalysia, sane enim sodales*
Viri epulum parant pulchræ Cereri,
Opum offerentes primitias, nam ipsis sat pingui mensura
Dea egregio frumento implevit horreum.

Thalysia festum erat Græcorum, quo Liber Pater & Ceres communi venerabantur cultu, iis gratias persolvebant post fruges comportatas, læti ob εὐθαλίαν anni fertilitatem, de quo Menander Rhetor apud Cel. Vossium (84) τῶν λόγων τὰς ἀπαρχὰς ἀνατιθεὶς τῇ πατρίδι, καὶ τοῖς πολίταις, ὥσπερ τῇ Δήμητρι, καὶ τῷ Διονύσῳ, οἱ γεωργοὶ τὰ θαλύσια. *Primitias Orationum dedicans Patriæ & Civibus, ut Agricolæ Cereri & Baccho Thalysia;* alias vocatur συγκομιστήρια ob comportationem frugum, cum *comportare* Græcia dicat συγκομίζειν. θαλύσια videtur dici a θάλλω *germino*, ab eo ἄρτος θαλύσιος *panis ex novis frugibus paratus*, qui & dicitur θάργηλος; θαλύσιας vero Hesychius dicit αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαί, & Eusthatius ad 1. Iliad. Θαλύσια δὲ αἱ ἀπαρχαί, ἤγουν αἱ μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι Θεῷ, ὑπὲρ τοῦ καὶ ἐς ἔπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας. *Thalysia vero primitiæ sunt, quæ post collectionem frugum Deæ penduntur, ut in posterum quoque arva florescant;* De hoc festo amplius videatur Cel. Meursius (85).

XII. Isis Ægyptiorum eadem Dea quæ Græcorum Δημήτηρ testante Herodoto (86), Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ: eam vero ab antiquissima hac gente frugum primitiis fuisse veneratam illustris demonstrat Diodori Sic. locus jam a Cel. Spencero & Cl. Cramero allegatus, quem tamen nec hic legisse pigebit. Μαρτύριον δὲ φέρουσι τῆς εὑρέσεως τῶν εἰρημένων καρπῶν τὸ τηρούμενον παρ' αὐτοῖς ἐξ ἀρχαίων νόμιμον· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὸν θερισμὸν τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς θέντας τοὺς ἀνθρώπους κόπτεσθαι πλησίον τοῦ δράγματος, καὶ τὴν Ἶσιν ἀνακαλεῖσθαι καὶ τοῦτο πράττειν ἀπονέμοντας τιμὴν τῇ Θεῷ τῶν εὑρημένων κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῆς εὑρέσεως καιρόν. *Pro testimonio inventarum* [ab Iside] *frugum afferunt ritum, qui ab antiquo apud illos servatur. Nam etiam nunc messis tempore, oblatis spicarum primitiis, incolæ juxta manipulos plangere, Isidemque invocare solent, id quod idcirco faciunt, ut honorem pro inventis Deæ sub primæ inventionis tempus retribuant* [87]. Fabarum novarum primitias eosdem eidem dicasse Divæ narrat Plutarchus simul addita ejusmodi ritus ratione (88); Διὸ καὶ λέγεσθαι, τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει, περιάψασθαι φυλακτήριον, ἕκτη μηνὸς ἱσταμένου φαωφί. τίκτεσθαι δὲ τὸν Ἁρποκράτην περὶ τροπὰς χειμερινὰς, ἀτελῆ καὶ νεαρὸν ἐν τοῖς προανθοῦσι καὶ προβλαστάνουσι. διὸ καὶ φακῶν αὐτῷ φυομένων ἀπαρχὰς ἐπιφέρουσι. *Ideo dicitur, Isin, cum sentiret se gravidam esse, appendisse sibi amuletum, sexta die mensis Phaophi, & genuisse Harpocratem circa solstitium hybernum, quod tum prævii flores & germina prima enascuntur; idcirco ei lentium* [f. fabarum] *nascentium offerunt primitias.* Ad Cereris aram primitivos attulisse manipulos rusticorum gentem declarant versus Philippi a Nat. Comiti adlegati (89);

Δράγματά τοι χώρου μικραύλακος, ὦ φιλόπυρε
Δηοῖ, Σωσικλέης θῆκεν ἀρουροπόνος.
Alma Ceres parvo, ut potuit, de rure maniplos
Hos tibi Sosiklees dedicat agricola.

XIII.

XIII. Ad Romanos Cereris cultum e Græcia venisse Author mihi est M. Tullius ita differens (90). *Sacra Cereris, Judices, summa majores nostri religione confici, cæremoniaque voluerunt; quæ cum essent assumta de Græcia, & per Græcas semper curata sunt sacerdotes, & Græca omnia nominata*; a Romanis præsertim prisci ævi Cereri primitiæ fuerunt oblatæ e Terræ frugibus, ubi Bucolicus canit [91];

Ille dat, ut primas Cereri dare cultor aristas
Possit, & intacto Bromium perfundere vino,
Ut nudus ruptas saliat calcator in uvas.

Et alibi ruris incolæ sua jactant sacrificia ceu incruenta (92)

Nos quoque pomiferi Laribus consuevimus horti
Mittere primitias, & fingere liba Priapo;
Rorantesque favos damus, & liquentia mella.
Nec fere gratia minus, quam si caper imbuat aras.

Ita Ovidius canit de sacrificiis incruentis Cereri aliisque Numinibus libatis (93);

Cenea namque ferunt pleni successibus anni
Primitias frugum Cereri, sua vina Lyæo,
Palladios flavæ latices libasse Minervæ.
Cœptus ab agricolis superos pervenit ad omnes
Ambitiosus honor; solas sine thure relictas
Præteritæ cessasse fuerunt Lotoidos aras.

Festum Cereris oblatione Primitiarum celebratum idem memorat (94);

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus nivea velatæ corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum.

De farre Primitias cessisse Cereri alibi docet (95);

Farra tamen Veteres jaciebant farra metebant;
Primitias Cereri farra resecta dabant:
Usibus admoniti flammis torrenda dedere.

Ceres itaque hanc ob causam spicea corona ab Agricolis donabatur docente Horatio (96);

Fertilis frugum pecorisque tellus
Spicea donet Cererem corona;
Nutriant fœtus & aquæ, salubres
& Jovis auræ.

Quod confirmat Tibullus [97];

Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea quæ Templi pendeat ante fores.

Vini novi quoque Primitias s. mulsum Cereri libasse Veteres testatur Macrobius (98), *Poeta enim æque in rebus doctrinæ & in verbis sectator elegantiæ sciens Cereri mulso libari adjecit, miti Baccho favos dilue, scil. mitescere vinum dicens, cum mulsum cœperit fieri*. Pietatem eorundem in Primitiis offerendis quoque prædicat Plinius (99), *ac ne degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent*; nec non in recensendis moribus quibusdam religiosis Romanorum memorat primitiarum ex pomis consecrationem (100), *cur ad primitias pomorum, hæc vetera esse dicimus, alia nova optamus:* de qua & Tibullus loc. cit.

Et quodcumque mibi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

XIV. Aliam primitivarum frugum consecrationi destinatam solennem invenimus in Græcorum Sacris Feriam dictam Θαργήλια; De eo sic Suidas; ἥψυν τὰς ἀπαρχὰς τῶν πεφυκότων καρπῶν, τῷ θεῷ, θαργήλιος ὀνομαζομένῳ, ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, τῷ ἡλίῳ: *coquebant frugum proventus primitias, Deo vocato Thargelios, a calefaciendo terram, qui est sol*. Mentio ejus fit apud Scholiasten Aristophanis, verba sic sonant [101], Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ὥραις θύουσιν Ἀθηναῖοι. φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τὰ προκατειλεγμένα ἀκρόδρυα, καὶ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσι: glossa est ad vocem εἰρεσιώνη quæ non raro apud Comicum occurrit [102], fuit ramus, oleastri utplurimum, lana obvolutus, unde spicæ, ficus, poma, aliaque frugum genera pendebant, qui solenni pompa circumferebatur; de hoc ritu sic disserit Strabo (103), ὡς ἂν εἴ τις, φησὶν ὁ Ἵππαρχος, Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη, καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν μῆλα καὶ ὄγχνας, οὕτως ἐκείνης πᾶν μάθημα καὶ πᾶσαν τέχνην: *est enim, ut Hipparchus ait, perinde ac si quis rami Attici mala etiam ac pyra, & alia quæ ferre nequit, adesse dicat, si quis in Poeta omnes disciplinas artesque requirat*. Optime negotium explicat Suidas, Εἰρεσιώνη. θαλλὸς ἐλαίας ἐστεμμένος ἐρίοις, καὶ προσκρεμαμένους ἔχων παντοδαποὺς τῆς γῆς καρπῶν. τοῦτον δὲ ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλὴς καὶ τίθεσι πρὸς ταῖς θύραις τοῦ Ἀπόλ-

Ἀπόλλωνος ἱερᾶ τοῖς πυανεψίοις: *est Oleæ ramus lana velatus, habens omnigenos terræ fructus dependentes, hunc autem efferebat puer utroque parente vivo florens, ponebatque ante fores Templi Apollinis in Pyanepsiorum festo*. Festum hoc dici putat quasi Κυαμέψια a Κύαμος *faba*, quæ olim πύανος dicta, & ἕψειν *coquere*, quod adeo festum sit novarum fabarum; quid vero de ramo factum statim indicat: μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω τῶν ἀγρῶν τιθέασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας: *festo peracto extra agros ad templi fores illum collocant*; Mox vero ex Cratis Atheniensis libello de sacrificiis hæc ait; εἰρεσιώνη δὲ θάλλος ἐλαίας, ἢ δάφνης ἐξ ἐρίων πεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον, καὶ κοτύλην, ὅ ἐστιν ἡμίξεστον. καὶ πάντα τ' ἀγαθά. ταύτην δὲ πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθησαν, καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν ἤλλαττον. *Eiresione vero est ramus oleæ vel lauri lana velatus, habens panem dependentem, & cotylam, hoc est dimidium sextarium, ficusque ac omnia bona; hunc autem ante ædes ponebant, & quotannis ipsum mutabant*. Ejus meminit quoque Statius (104)

> *Vittatæ Laurus & supplicis arbor olivæ*.

Insignis est Plutarchi locus de hoc ritu, qui manifeste indicat Athenienses frugum eo libasse primitias, ita enim narrat de Theseo (105); Θάψας δὲ τὸν πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εὐχὴν ἀπεδίδου τῇ ἑβδόμῃ τοῦ πυανεψιῶνος μηνὸς ἱσταμένου. ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ σωθέντες. ἡ μὲν οὖν ἕψησις τῶν ὀσπρίων λέγεται γενέσθαι διὰ τὸ σωθέντας αὐτοὺς εἰς ταυτὸ συμμίξαι τὰ περιόντα τῶν σιτίων, καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντας συνεστιαθῆναι καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις. τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, (τότε τὴν ἱκετηρίαν) παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων, διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν, ἐπᾴδοντες

> Εἰρεσιώνη σῦκα φέρειν καὶ πίονας ἄρτους,
> Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι,
> Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃ.

Ἔνιοι ταῦτα τινὲς ἐπὶ τοῖς Ἡρακλείδαις γενέσθαι λέγουσιν, οὕτως διατρεφομένοις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, οἱ δὲ πλείονες ὡς προείρηται. *Sepulto Patre Apollini vota reddidit die septimo mensis Pyanepsionis, eo enim sospites urbem invivere; ac legumina memorantur elixari, quod incolumes cibariorum reliquias in unum confuderint, unaque coctas communi olla epulati simul inter se manducaverint. Eresionem ferunt, oleæ ramus est lana obvolutus (uti tunc erat moris) variis vero fructuum primitiis distinctus, quia tunc desierat sterilitas, cantabant autem*

> *Eresiona fores, ficus & pinguia farra,*
> *Et pateram mellis, cum fructu dulcis olivæ,*
> *Fœcundum calicem, sopiaris ut ebria somno.*

Quamvis hæc quidam in memoriam facta dicant Heraclidarum, qui ita ab Atheniensibus sustentati fuere, sed plures adstipulantur antedictis.

XV. Meminit hujus ritus quoque Clemens Alex. [106], Ἣ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν κυρίαν ἔχουσιν οἱ τῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς, ἀτεχνῶς κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπηνθισμένην προσφορὰν, περὶ ἧς ὁ Σοφοκλῆς γράφει.

> Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ κ' ἀμπέλου
> Σπονδή τε, καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη.
> Ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὄλαις παγκαρπία,
> Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
> Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

αὐτίκα οἱ Στρωματεῖς ἡμῶν, κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ Κωμικοῦ, σῦκα, ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου. δι' ἣν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει.

> Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.

ἐπιφωνεῖν γὰρ εἰώθησαν Ἀθηναῖοι

> Εἰρεσιώνη, σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
> καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

Unde etiam propriam habent inscriptionem Stromata commentariorum, similem plane illi veteri undique decerptæ oblationi, de qua scribit Sophocles:

> *Ovisque vellus, vitiumque illic erat*
> *Libamen, uvaque optime recondita.*
> *Eratque fructus, & quidem haud modi unius,*
> *Et pingue olivum, defuit nec flavæ apis*
> *Molimen, olim quod sibi ex cera struxit.*

Proinde Stromata nostra, ut inquit agricola Timoclis Comici, ficus, oleum, caricas, mel proferunt, tanquam ex agro feracissimo, propter quam feracitatem subjungit:

> *Tu quidem Iresionem non agrum cultum refers.*

Consueverunt enim acclamare Athenienses:

> *Fert ficus pingues & panes Iresione,*
> *Mella quoque in catino, ac oleum quo te ungere possis.*

Mensem penultimum, qui cum Majo nostro conveniebat, Attici vocarunt θαργηλιῶνα, ejusque sexta die multa evenisse secunda universæ Græciæ narrat Ælianus (107) uti nativitas Socratis, Alexandri M. victoriæ ad Platæas ac ad Mycalen &c. quæ ergo dies pro admodum

dum læta, fausta, ne dicam sacra habita sit, ea ergo ut plurimum sacra θαργήλια peracta fuisse perquam verosimile est, cum festum a mense, hic vero a calefaciendo solum nomen sit sortitus. Oblatio vero hæc nostra non hoc mense Attico quarto, qui dictus Πυανεψιὼν ac cum Octobri Romanorum coincidebat, peracta, quod colligi potest ex Thesei historia antea ex Plutarcho allata, nec non ex etymologia data a Suida, πυανεψία enim hoc festum vocatum a fabis, & inde mensis quoque adpellatus, uti jam observavimus; Scholiastes Aristophanis quoque admodum sollerter duas hasce ferias distinguit, non ergo confundendæ sunt. De illa observat Jul. Pollux, Prætori Atheniensium ejus ordinationem fuisse quondam demandatam (108) Ὁ δὲ Ἄρχων διατίθησι μὲν Διονύσια, καὶ θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. *Prætor vero Orgia disponit & Thargelia cum suis Procuratoribus;* De hac autem ita fatur [109], Κύαμοι, οἱ καὶ πύαμοι. ἀφ' ὧν καὶ τὰ πυανέψια ἑορτή. Pro duabus ergo dimaxime distinctis accipit Feriis cum diversimode ac diverso loco earum faciat mentionem. Harpocration de utraque loquitur, de priori [110], ἑορτή ἐστὶ τὰ Θαργήλια. ἄγεται δὲ Θαργηλιῶνι μηνὶ, ὅς ἐστιν ἱερὸς Ἀπόλλωνος, *Festum est Thargelia, quod celebratur mense Thargelioni, qui Apollini sacer est:* de altera hæc tradit; δεῖν δὲ φασι λέγειν πυανέψια, καὶ τὸν μῆνα πυανεψιῶνα, πύανα γὰρ ἕψουσιν ἐν αὐτῇ, καὶ ἡ εἰρεσιώνη ἄγεται. *Oportet enim dici, inquit Apollonius, Pyanepsia & mensis Pyanepsiona, fabas enim elixant in illa feria, ac oleæ ramus circumagitur.*

XVI. Insigne Testimonium de oblatis a Veteribus frugum Primitiis extat apud antiquum Poetam, qui de Delo insula sic fatur (111)

> Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
> Πέμπονται· πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόληες,
> Αἵ τε πρὸς ἠοίην, αἵ θ' ἕσπερον, αἵ τ' ἀνὰ μέσσην
> Κλήρους ἐστήσαντο, καὶ οἱ καθύπερθε Βορείης
> Οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἷμα.
> Οἱ μέντοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
> Ἀσταχύων φορέουσιν. ἃ Δωδώνηθε Πελασγοὶ
> Τηλόθεν ἐκβαίνοντα πολὺ πρώτιστα δέχονται,
> Γηλεχέες θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος.
>
> *Sed tibi quotannis decimiferæ semper Primitiæ*
> *Mittuntur; omnesque tripudia agunt civitates,*
> *Quæque ad Auroram, quæ ad Vesperam, quæ ad Austrum*
> *Sedes posuerunt, & qui supra Boream*
> *Domicilia littus habent, valde longævum genus.*
> *Hi quidem tibi aristas & Sacros Maniplos primi*
> *Spicarum afferunt, quos e Dodone Pelasgi*
> *Procul exeuntes, omnium primo accipiunt,*
> *Terricubæ ministri perstreperi lebetis.*

Sacram fuisse Delon Insulam ob refugium Latonæ gravidæ præstitum natosque ibi Apollinem & Dianam sat notum est, patetque ex primo Hymni versu

> Τὴν ἱερὴν, ὦ θυμὲ, τίνα χρόνον ἢ πότ' ἀείσεις
> Δῆλον, Ἀπόλλωνος κουροτρόφον ——
>
> *Sacram, o anime, quo tempore aut quando celebrabis*
> *Delum Apollinis nutricem* ——

Ac e Strabone, qui narrat quatuor stadiorum a Delo spatio sitam esse exiguam Insulam Rheneiam dictam, ubi tumuli sint Deliorum, hac addita ratione (112), οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν, οὐδὲ καίειν νεκρόν. οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν, *nefas enim in Delo sepelire aut cremare mortuum; nefas quoque est canem ibi alere.* In Delo instituisse Athenienses & Jonios Ludos quinquennales, Δήλια quos vocabant, magnoque spectatorum concursu fuisse celebratos, tradunt Thucydides [113] & Homerus (114)

> Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ, τε καὶ ὀρχηθμῷ, καὶ ἀοιδῇ
> Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσονται ἀγῶνα.
>
> *Hi autem te pugilum certamine, & tripudio, & cantu*
> *Memores exhilarant, cum dixerint certamen.*

Delum ab omnibus fere finitimis gentibus quotannis eo missis oblationibus, Apollini ac Latonæ litandis, honoratam fuisse, e versubus jam adductis Callimachi patet; idem adstruit Homerus [115)

> Αἱ δὲ κ' Ἀπόλλωνος ἑκάεργου νηὸν ἔχησθα,
> Ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινήσουσιν ἑκατόμβας,
> Ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι, κνίση δέ τοι ἄσπετος αἰεὶ.

Donec eris Phœbi felix atque incly-
ta Templo,
Omnes sacra ferent tibi , Dele am-
plissima, gentes,
Et semper gratus tibi surget ad
æthera nidor.

Et Strabo (116); ἔνδοξον δ᾽ ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλούμεναι Κυκλάδες , κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ , θεωροὺς τε, καὶ θυσίας, καὶ χοροὺς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας. *Celebrem eam fecere circumjacentes Insulæ Cyclades vocatæ , honoris causa publice mittentes , qui Sacra frequentarent , tum victimas , tum choros Virginum , solennes ibi magnos agitantes conventus .* Messeniorum Delon erga Religionem s. potius superstitionem memorat Pausanias (117) , ἐπὶ δὲ φίντα τοῦ Συβότα πρῶτον Μεσσήνιοι τότε τῷ Ἀπόλλωνι ἐς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλλουσι . τὸ δέ σφισιν ᾆσμα προσόδιον ἐς τὸν θεὸν ἐδίδαξεν Εὔμηλος . *Regnante Phinta Sybotæ filio, primum Messenii Apollini hostiam cum virorum choro Delum miserunt ; Illud vero canticum salutatorium Dei ipsos docuit Eumelus.* Sed mirum magis , quod & longissime dissiti populi Delio Apollini sacra attulerint.

XVII. Inter tot gentes enim Delio Numini sacra facientes etiam innuit Vates quasdam , οἳ καθύπερθε Βορέης οἰκία ἔχουσι , *quæ vel ultra Boream domicilia collocaverint* , quarumque in veterum monumentis non infrequens occurrit mentio , quibus audiunt *Hyperborei* , quasi ultra Boream mundique cardines collocati , quam vero nominis Originem rejicit Rudbekius (118) , autumans , eos a Sueonum Rege antiquissimo *Borea* id nominis sortitos *Oserbone* , quasi celsissima genitos stirpe ; de quo litem impræsentiarum non faciemus contenti id de hisce gentibus brevissime referre quod Veterum Libri nobis tradunt. Constanter Græcis vocantur Ὑπερβόρεοι ac Latinis inde *Hyperborei*, quod eos accepisse de situ supra v. trans Aquilonem patet ex Callimachi verbis, qui vocem s. nomen sejungit , aliisque qui etymologiam subjiciunt , quorum verba mox recensebimus . De *Hyperboreis* multa narrat Herodotus (119) quæ huc transcribere non vacat , ipsemet tamen ea ridet, cum dicit, εἰ δὲ εἰσὶ τινες ὑπερβόρεοι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι: *si enim sint quidam supra aquilonares homines sunt & alii supra australes*; ridet opinionem eam nonnullorum qui perhibent , horum regione non spirare Boream, quod ortum ex fabulosa descriptione Poetarum, præsertim Homeri ac Hesiodi, quorum meminit Herodotus ; hoc autem sano sensu accepit Strabo ideoque Herodotum notavit , fretus testimonio Eratosthenis (120) Καὶ γὰρ εἰ οἱ ποιηταὶ μυθικώτερον οὕτω φασὶν, οἵ τ᾽ ἐξηγούμενοι τὸ ὑγιὲς ἂν ἀκούσαιεν , ὑπερβορέους τοὺς βορειοτάτους φασὶ λέγεσθαι . ὅρος δὲ τῶν μὲν βορείων ὁ πόλος , τῶν δὲ νοτίων ὁ ἰσημερινός , καὶ τῶν ἀνέμων δ᾽ ὁ αὐτὸς ὅρος . *Nam licet fabulosius Poetæ hæc dicant , Interpretes illorum saniora audire debuissent , scil. Hyperborei , ut ajunt , illi dicuntur , qui omnium sunt maxime septentrionales ; porro septentrionalium terminus est Polus , meridionalium æquinoctialis , idemque est ventorum terminus.* Pro generali nomine ultimos , aquilonarem Polum versus , populos, maximaque ex parte ignotas terras designante sumi debere apud Veteres Scriptores *Hyperboreos* , ex hoc Strabonis dicto conjicere licet ; ita omnes qui extant Veteres Geographi de iis fantur , uti Marcianus (121) , μετὰ δὲ τὸν χέσιυνον ποταμὸν ὁ ἄγνωστος καὶ ὑπερβόρειος ἑξῆς ἐστὶν ὠκεανὸς συνάπτων τῇ ὑπερβορέῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. *Ultra Chesunum fluvium deinceps est ignotus & Hyperboreus Oceanus , contiguus Hyperboreæ ac incognitæ terræ .* Pro Scythis indefinite eos sumit Clemens Alex. cum eorum sacrificia ita describit (122) Σκύθαι δὲ τοὺς ὄνους ἱερεύοντες μὴ παυέσθων, ὡς Ἀπολλόδωρός φησι καὶ Καλλίμαχος

Φοῖβος ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται
ἱροῖς.

Scythæ asinos immolare ne desinant , cujus sacri meminit Apollodorus & Callimachus

Phœbus Hyperboreis asinorum immolationibus exoritur.

quod & testatur Pindarus (123),

παρ᾽ οἷς ποτε Περσεὺς
ἐδαίσατο λαγέτας δώματ᾽ ἐσελθών,
κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας,
ἐπιτόσαις θεῷ
ῥέζοντας ὧν θαλίαις ἔμπεδον
εὐφαμίαις τε μάλιστ᾽ Ἀπόλλων
χαίρει. —— ——

Apud quos olim Perseus Dux
epulatus est ædes ingressus,
inclytas Asinorum hecatombas,
nactus Deo
sacra facientes : quorum festis dapibus
lætisque plausubus gaudet maxime
Apollo.

XVIII. Ex Latii Scriptoribus Pompon. Mela hæc de iis tradit (124) ; *In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem Rhiphæosque montes sub ipso siderum cardine jacent , ubi sol non quotidie , ut nobis , sed primum verno*

æqui-

æquinoctio exortus, autumnali demum occidit; & ideo sex mensibus dies, & totidem aliis nox usque contiuua est. Terra augusta, aprica, per se fertilis. Cultores justissimi, & diutius quam ulli motalium & beatius vivunt; Quippe festo semper otio læti non bella novere non jurgia. Apud Ptolomæum bis conspiciuntur (125) vocanturque *Hyperboræi Sarmatæ*, situsque illis adsignatur inter fluvii *Rha* fontem orientalem ac occidentalem, supra Sarmatiam plaudesque Mæotides, ultra Alexandri columnas ejusdemque ac Cæsaris aras, ultimusque Terminus habitabilis orbis, Polum Arcticum versus, videtur esse eorum regio, cum ultra Hyperboreos montes Geographus iste ponit *Terram incognitam*. Maxime vero notanda sunt quæ Plinius de hac gente narrat, ita ille (126); *Pone eos (Rhiphæos) montes, ultraque Aquilonem, gens felix, (si credimus) quos Hyperboreos appellavere, annoso degit ævo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce & una die solis aversi; non ut imperiti dixere, ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora, lucique, & Deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota & ægritudo omnis. Mors nonnisi satietate vitæ, epulatis delibutoque senio luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum. Quidam eos in prima parte Asiæ littorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi simili consuetudine, Attacorum nomine. Alii medios fecere eos inter utrumque solem, Antipodum occasum exorientem nostrum: quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interveniente. Qui non alibi quam in semestri luce consituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente sole fœtus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec libet dubitare de gente ea, cum tot Authores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferebant eas, hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles; donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique ad conterminos ferre, atque ita Delon usque. Mox & hoc ipsum exolevit*. Jul. Solinus integrum de iis habet caput, quod eadem fere, cum iis ex Plinio mox attulimus, continet, vocat eos quoque gentem beatissimam, sedes habentem ultra Aquilonem (127) Macrobius quoque ultra Scythiam Hyperboreorum gentem collocat (128); *Rursus quæ usque ad frigidæ fines pressius accedunt, ut est palus Mæotis, ut regiones quas præterfluunt Tanais & Ister, omniaque super Scythiam loca quorum incolas vetustas Hyperboreos appellavit, quasi originem Boreæ introrsum recedendo transiissent, adeo æterna pene premuntur pruina, ut non facile explicetur, quantum sit illic frigidæ nimietatis injuria*. Hecatæus a Diodoro Sic. allegatus (129) insulam ab Hyperboreis habitatam ultra Galliam in Oceano sitam indicat, hoc vero contra tot Veterum testimonia; Heraclides vero quidam Gallorum exercitum, qui Brenno Regulo Duce Romam vastavit, ex Hyperboreis egressum asserit, ideo a Plutarcho (130); apud Ælianum (131) Silenus Midæ narrat, novi mundi incolas aliquando trajecto Oceano cum exercitu mille myriadum ad Hyperboreos usque penetrasse, quos comperti sint beatissimos esse inter universi habitatores. Latii Poetis Hyperborei semper audiunt ultimæ Aquilonem versus gentes, monstri horridique nescio quid præ se ferentes; Ita eorum Princeps [132] Orpheum Conjugem quærentem sic introducit.

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
Arvaque Rhipæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat. —— —— ——

ita alibi,

Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiæque hiemis atque harrida differt
Nubila. —— —— ——

Ad quæ Servius notat; *Hyperborei montes sunt Scythiæ, sic dicti, quod supra, id est, ultra eos flet Boreas*. & Poeta alibi,

Talis Hyperboreo Septem subjecta trioni
Gens effræna virum Rhipæo tunditur Euro,
Et pecudem fulvis velatur corpora setis.

Servius Ad Æneid. XI. v. 858. notat Græcorum traditionem, *Opin & Hecaergon* οὐλοφόρυς, *ex Hyperboreis, qui & ipsi sunt Threci, in insulam Delum venisse* Ovidius Herodoti narrationem sequutus canit (133)

Esse viros fama est, in Hyperborea Pallene;
Qui soleant levibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies subiere paludem.

Horatius cum ultimis eos conjungit tractubus (134)

Jam Dædaleo ocyor Icaro
Visam gementis littora Bosphori,
Syrtesque Getulas canorus
Ales, Hyperboreosque campos.

Martialis Dumitianum Imp. ait risisse nives (135)

Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ,
Et madidis Helicen dissimulare comis.

Innuit tamen Germanorum fines ultimos in quibus bellum gessit Domitianus adhuc Juvenis, asserente Suetonio [136] & idem Martialis alibi Domitiano plaudit de triumpho quem de Sarmatis tulit (137),

Ecquid Hyperboreis ad nos conversus ab oris
Ausonias Cæsar jam parat ire vias.

& de eadem Victoria [138]

Sæpe recusatos Parthos duxisse triumphos,
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.

Marcellinum in Scythiam abeuntem ita adloquitur [139]

Miles Hyperboreos modo, Marcelline, Triones,
Et Getici tuleris sidera pigra Poli.

Satyricus fucatas delicatulasque mulierculas, quæ ingenti sumtu asinarum lacte ad præservandam a rugis cutem utebantur, ita perstringit [140],

His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit;
Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,
Propter quod secum comites educit asellas,
Exul Hyperboreum si dimmittatur ad axem.

Lucanus opponit Zonam torridam tractumque Hyperboreum, quem prope Arcticum Polum locat [141],

Nam vel Hyperboreæ plaustrum glaciale sub Ursa,
Vel plaga qua torrens, claususque vaporibus axis,
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles.

Ex iis quæ hactenus ex Latii Græciæque compilavimus scriniis apparet, Hyperboreorum nomen haud fuisse gentis unius proprium, sed commune quoddam omnium nationum ignotarum longiusque remotarum versus mundi Polum Aquilonarem, quod & aliud Strabonis dictum firmat, ubi de Scythis Nomadibus loquitur (142); οἱ δ᾽ ἔτι πρώτερον διελόντες, τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου, καὶ Ἴστρου καὶ Ἀδρίου κατοικοῦντας, Ὑπερβορέους ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας καὶ Ἀριμασπούς. τὰς δὲ πέραν τῆς Κασπίας θαλάττης τὰς μὲν Σάκας, τὰς δὲ Μασσαγέτας ἐκάλουν &c. οὐκ ἔχοντες ἀκριβῶς λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδὲν &c. διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἁπλότητα καὶ τὴν φιλομυθίαν. *Antiquiores autem ita diviserunt eos, ut qui supra Euxinum, Istrum, & Adriam incolerent, eos omnes Hyperbores, Sauromatas & Arimaspos appellarent; qui trans mare Caspium, Sacas & Massagetas; neque vero de iis quicquam potuerunt accurate scribere &c. idque ob Scriptorum simplicitatem & fingendi studium.* Alias fictiones quibus fabulosa Vetustas gentes hasce celebres reddere studuit, uti de victus regiminisque forma aureum referente seculum, de comestis ægrotantibus, de vitæ termino ad mille annos usque perducto, impræsentiarum missas facimus, videatur Herodotus l. c. nec non Strabo [143].

XIX. Hi Hyperborei summo studio colebant Apollinem, qui & inde inter cognomina centum & illud Hyperborei tulit teste Æliano (144); Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα Ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι. *Aristoteles dicit a Crotoniatibus Pythagoram Hyperboreum cognominari.* Ad quæ Cel. Perizonius annotat, quod Abaris Sacerdos Apollinis Hyperborei in Italiam veniens Pythagoram adsimilarit Apollini suo, adfirmaritque ipsum illum esse Apollinem. M. Tullius varios recensens Apollines inter alia dicit; *Tertius Jove tertio natus & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse* [145]; Ratio ergo culti Apollinis a gentibus hisce videtur fuisse, quoniam existimaverint, illum ab ipsis quondam & ortum duxisse, & variis beneficiis populares suos affecisse; Religionem eorum erga Apollinem recenset Diodorus Sicul. (146); Sacram eos gentem vocat Pindarus (147) Apollini,

δᾶμον ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλλωνος θεράποντα λόγῳ
πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει πανδόκῳ
ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα.

Populo Hyperboreorum cum persuasisset,
Apollinis cultori, ipse
Amica cogitans, Jovis petit omnes excipienti
Luco umbrosamque plantam &c.

Apollinis ob cultum ac Templum versusque Pherenicos a Scholiaste ejus citatos refert Cel. Vossius [148]

Ἀμ-

Ἀμφὶ θ' ὑπερβορέων οἵ τ' ἔσχατα ναιετάουσι
Ναῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο.

Circa Hyperboreos apud quos ultimum incolitur.
Templum ab Apolline, quique ignari sunt belli.

Aurum Apollini sepositum ab iis fuisse tradit Jamblichi locus apud Ill. Spanhemium, sic sonans; ἦλθε μὲν γὰρ Ἄβαρις ἀπὸ ὑπερβορέων, ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖ Ἀπόλλωνος, πρεσβύτης καθήκων, καὶ τὰ ἱερατικὰ σοφώτατος, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποστρέφων, εἰς τὰ ἴδια, ἵνα τὸ ἀγερθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ ἀπόθηται εἰς τὸ ὑπερβορέων ἱερόν. (149) *Siquidem Abaris ex Hyperboreis venit, Sacerdos illic Apollinis, ferme senex, & eorum quæ ad sacra spectant callentissimus, e Græcis ad suos revertens, ut aurum collectum Deo reponeret in Hyperboreorum fano.* Videtur Græcos sua vice Phœbum Aquilonarem donis placare studuisse, uti Hyperborei Deliacum Primitiis.

XX. Sacras Primitias eosdem Delum misisse præter Callimachum perhibet & Plutarchus (150), qui, dum de Musica in Apollinis cultu adhibita differit, ita fatur; Ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ κατακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρομαρτεῖ αὐλητής. καὶ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἱερὰ μετὰ αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ κιθάρας εἰς τὴν Δῆλον φασὶ τὸ παλαιὸν στέλλεσθαι. *Sed & puerum, qui Tempicam laurum Delphos fert, comitatur Tibicen. Qui & Hyperboreorum Sacra adhibitis tibiis, citharis, & fistulis in Delum missa ferunt antiquitus.* A quibus vero hæc sacra in Delum deportata sint docet Pomp. Mela loc. c. *Sacris operati maxime Apollinis; quorum primitias Delon misisse initio per Virgines suas, deinde per populos, subinde trndentes ulterioribus, moremque quamdiu, & donec vitio gentium temeratus est, servasse referuntur.* Traditionem hanc Primitiarum successivam indicat quoque Pausanias (151) ἐν δὲ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐστι ναός. ἐνταῦθα τὰς Ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἰέναι λέγεται. παραδιδόναι δὲ αὐτὰς ὑπερβορέους μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασποὺς δ' Ἰσσηδόσι, παρὰ δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν, ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς. Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας. *In Prasiensibus autem* [pago Atticæ] *Apollinis est Templum quo Hyperboreorum primitias mitti tradunt; eas enim Hyperborei Arimaspis committunt, Arimaspi Issidonibus, ab iis acceptas Scythæ Sinopen portant; inde ad Prasienses Græci ferunt, eas deinde Delum Athenienses mittunt*; hoc vero est, quare Callimachus dicit primitias hasce a Dodonæis Pelasgis Delum deportatas fuisse, quas sc. a vicinis acceperant in suum deponendas locum; conferri hic omnino merentur quæ adnotavit Ill. Spanhemius quæ tamen, ad nostrum institutum cum minus faciant, Lectori consultanda relinquimus; Plinius eadem de traditione hæc habet, uti vidimus; ejus Epitomator Solinus hæc tradit (152); *ajunt etiam solitos per Virgines probatissimas primitiva frugum Apollini Delio missitare. Verum hæ quoniam perfidia hospitum non inlibatæ revenissent, devotionis quam peregere prosequbantur, pontificium mox intra fines suos receperunt.* Herodotus sat longam ex Veterum traditione de hac in Delum Sacrorum aduetione narrationem instituit, nos summam ejus tantum recensuisse contenti erimus; Ita ille (153); πολλῷ δὴ πλεῖστα περὶ αὐτέων Δήλιοι λέγουσι, φάμενοι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, ἐξ ὑπερβορέων φερόμενα, ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας. *Sed multo plurimum de his* (Hyperboreis) *Delii memorant, narrantes sacra illigata in stipula triticea ex Hyperboreis delata venisse ad Scythas*, ab his vero gradatim per quoslibet vicinos ad primos Græcorum Dodonæos, ab his per Eubœos, Carystios, Andrios tradita Peniis, qui illa in Delum portarint; Causam quare ita tradita sint ab una gente semper vicinæ, eandem reddit quam Solinus, primis sc. temporibus Hyperboreos misisse castas Virgines binas ac una tutelæ causa quinque Viros, illas sacra portantes, hos vero ea cum portatricibus protegentes; Puellis autem Hyperoohe ac Laodice quadam vice non revertentibus, indigne populares hoc tulisse facinus, sibique de alia hæcce Sacra transmittendi prospexisse via, οὕτω δὴ φέροντας ἐς τοὺς οὔρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ, τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέας ἀπ' ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος; Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω προπεμπόμενα, ἀπικνέεσθαι λέγουσι ἐς Δῆλον. *Ita ferentes ad fines suos sacra in stipula tritici illgata, mandavisse vicinis, jubentes illos deducere ad aliam nationem; atque ita hæc gradatim missa ajunt devenisse tandem in Delum.* Hyperboreæ Puellæ vita in Delo functæ summo honore adfectæ fuerunt, uti vidimus, monumentumque ipsis erectum sat sumtuosum in Dianæ fano, supra quod oleam sponte natam ramos extendisse, idem refert.

XXI. Primitias hoc modo Delon allatas præcise e frugum terræ quotannis primo proventu constitisse in dubium

vocat ſummus Vir Claud. Salmaſius (154), qui refellit Plinium, Solinum ac Callimachum laudatque Melam, eo quod illi ἱερὰ δράγματα ac ἱερῶν ἀπαρχὰς acceperint ac uſurpaverint de *præmetivis frugum ſ. præmetiis*, cum tamen revera fuerint, uti hic accepit, *ſacrorum primitiæ*, ſtipula triticea involutæ; eas V. C. nil aliud fuiſſe dicit quam θυμάτων ἀπαρχὰς *Proſicias* ex immolata hoſtia extorumque partes, cum *Proſicias* ἀπαρχὰς θυμάτων καὶ ἀπαρχὰς ἱερῶν explicent Veteres Grammatici. Conjecturam hanc non leviter firmare conatur e loco Servii a ſe allegato [155]: *quidam dicunt, Opim & Hecaergen primas ex Hyperboreis ſacra in Inſula Delum occultata in faſcibus mergitum pertuliſſe*: & Pauſanias l. c. ſic pergens adſtipulatur, τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ' οὐδενός. *primitias vero abſconditas eſſe in triticea ſtipula, agnoſcique a nemine*. Videtur tamen lis omnis verſari circa vocem ἱερὰ quæ & de aliis quam ſæpiſſime dicitur quam ſolum de victimis extiſque ſ. cruentis ſacrificiis, uti nemo ignorat, nec Servius neque Pauſanias verbum de cruenta hoſtia memorant; præterea Ill. Spanhemius locum e Laertii vita Pythagoræ adducit, qui docet Delium Apollinem incruentis etiam ſacris placatum fuiſſe, aram hauiſſe ibi ἀναίμακτον, διὰ τὸ πυροὺς, καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνη τίθεσθαι ἐπ' αὐτῆς, *incruentam, cum tantum triticum, hordeum, placentaque ſuper ipſa ſint oblata*, qualem & meminit Clemens Alex. ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι. πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν προσελθεῖν φασὶ, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. *Sed antiquiſſimam quidem aram in Delo ſanctam vulgo jactarunt; ad hanc autem ſolum dicunt etiam acceſſiſſe Pythagoram, cæde morteque minime inquinatam* (156) Sat longo Commentario hæc proſequitur Salmaſium refellendo Magnus Spanhemius (157); nobis ſufficiet notaſſe, ἱερὰ δράγματα ita diſtincte a Callimacho notari, ut pro involucris ſ. thecis ſacrorum ſolum ac unice accipi vix poſſint; facile tamen concedi poteſt, uti e locis adductis invicte apparet, eos manipulos adhibitos fuiſſe ad primitiat ſacrorum occultandas ſed quid vetat quin credamus, ſpicas frugum in iis latuiſſe fuiſſeque has ipſasmet primitias; Poeta certe ævo vixit, quo diſtincte hæc comperire poterat, ſatque ridiculum eſt ſibi fingere velle, proſicias ex hoſtiis immolatis ac exta eorum ſpicarum mergitibus involuta per tot regiones tantaque ſpatia ſine corruptione aliqua vel putrefactione ab Hyperboreis puellis Delon deportata fuiſſe, præſertim cum ne minima quidem neceſſitas eo refugere ſuadeat, nec ipſemet Mela, cujus præſidio tamen Vir Magnus fortiter ſe tueri exiſtimat, vel verbulum habeat, quo neceſſario cruentam victimam intelligere oporteat; Non vero nos δράγματα unice pro Primitiis ſacrorum accipimus, ſed tamen eos mergites nil niſi involucra ſanctiorum oblationum ſignificare, neque qualicunque modo in cenſum oblationis veniſſe, veroſimile neutiquam putamus; quin magis duplicem hic habemus dicationem Numini factam, primitias ſc. ſacrorum in manipulis ſpicarum abſconditas, & primitias frugum in manipulis ſpicis oneratis oblatas. Herodotus affirmat, paleam triticeam in Thraciarum fœminarum ſacris adhibitam ſe vidiſſe (158) Οἶδα δὲ αὐτὸς τούτοισι τοῖσι ἱροῖσι τόδε ποιεύμενον προσφερές. τὰς Θρηΐσσας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας, ἐπεὰν θύωσι τῇ Ἀρτέμιδι τῇ βασιληΐῃ, οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης ἐχούσας τὰ ἱρά. καὶ ταῦτα δὴ οἶδα ταύτας ποιεύσας. *His ergo ſacris ſimile quiddam fieri animadverti a mulieribus Thraciis ac Pæoniis, quæ in ſacrificando Regiæ Dianæ non ſine ſtipula triticea habent ſacra, ac ipſe vidi eas hæc facientes*. Veteres ergo de his inter ſe non pugnant, e recentioribus autem Cel. Salmaſius non immerito notatus a Cel. Spanhemio ac Magni Grævii Eruditiſſimo Filio.

XXII. De Pelaſgis Numinibus frugum Decimas voventibus [159]; Οἱ γὰρ Πελασγοὶ, ἀφορίας αὐτοῖς γενομένης ἐν τῇ γῇ πάντων χρημάτων, ηὔξαντο τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τοῖς Καβείροις, καταθύσειν δεκάτας τῶν προσγενησομένων ἁπάντων. τελεσθείσης δὲ τῆς εὐχῆς, ἐξελόμενοι καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων ἁπάντων τὸ λάχος, ἐπέθυσαν τοῖς θεοῖς, ὡς δὴ κατὰ τούτων μόνων εὐξάμενοι. *Cum enim Pelaſgi etiam antea rerum omnium ſterilitate premerentur, Jovi, Apollini & Cabiris, eorum omnium, quæ ſibi naſcerentur, Decimas voverant; ideoque voti compotes facti eximias fructuum ac pecorum univerſorum Decimas Diis conſecravere, quaſi ſuis eas tantum nihilque præterea votis incluſiſſent*; factum memorat a Pelaſgis antea perpetratum, hac vero occaſione, de qua loquitur, narrat, eoſdem cum novis calamitatibus vexarentur, refugiſſe ad Oraculum ad diſcendam malorum cauſam, reſponſum autem tuliſſe, ὅτι τυχόντες ὧν ἐβούλοντο οὐκ ἀπέδοσαν ἃ ηὔξαντο, ἀλλὰ προσοφείλουσι τὰ πλείστου ἄξια: *cum votorum ipſi compotes evaſiſſent*,

ſua

ſua Diis vota haud reddidiſſe, quæ enim
prætio prævalerent ea maxima ex parte
eos adhuc debere ; Neſcientes vero quo-
nam de debito verba Oraculi accipien-
da, cum frugum decimæ Diis ſolvendæ
dudum eſſent ſolutæ , Senator quidam
eorum Grandævus mentem Oraculi aſſe-
quebatur, hæc proferendo de votis illo-
rum ratiocinia ; χρημάτων μὲν γὰρ ἀπιδε-
δόσθαι τὰς ἀπαρχὰς αὐτοῖς ἁπάσας ὀρθῶς
τε καὶ σὺν δίκῃ. ἀνθρώπων δὲ γονῆς τὸ λά-
χος χρῆμα παντὸς μάλιστα θεοῖς τιμιώτατον,
ὀφείλεσθαι. *Facultatum enim omnium red-*
di Primitias Diis omnes æquum juſtumque
fuiſſe ; ſed natorum per id tempus homi-
num ſortem, quæ maximi ab iis omnium
fieret , etiam tum deberi ; quæ docet
Oratio , a Pelaſgis non ſolum Decimas
ſed Primitias ipſas Diis fuiſſe devotas ,
ac rationem ſuadere ipſammet , Divos
iis eſſe honorandos. Ita Celſus rem con-
cipit , Deorum beneficia in conferenda
annonæ ubertate , quaſi eſſe exoranda
(160), Δαίμοσι τοῖς τὸ ἐπὶ γῆς εἰληχό-
σιν, εὐχαριστητέον, καὶ ἀπαρχὰς καὶ εὐχὰς
ἀποδοτέον, ἕως ἂν ζῶμεν, ὡς ἂν φιλανθρώ-
πων αὐτῶν τυγχάνοιμεν: *Gratiæ ſunt agen-*
dæ Divis rerum terrenarum præfecturas
ſortitis, eiſque preces offerendæ ac Primi-
tiæ, quoad vivimus, ut ipſos habeamus
præſentes ac propitios. Ita & Porphyrius
[161] a Spencero allegatus , ἀπ' ἀρχῆς
μὲν αἱ τῶν καρπῶν ἐγίνοντο τοῖς θεοῖς θυσίαι:
a rerum exordio quidem Diis frugum of-
feruntur oblationes , quod Vir Cel. per
primitias reddit, cujus quidem neceſſita-
tem nullam video , cum vox ἀπαρχὴ
adeo Græcis eſt familiaris, ut ab ea
minime abhorreant quando præciſe de
Primitiis ſermo eſt , rarius vero θυσίας
eo ſenſu adhibeant , quod ex mox di-
cendis ex Euſebio ac eodem Porphyrio
apparebit ; locus vero hicce ſolum de-
monſtrat terræ frugibus jam inde ab ul-
tima Antiquitate Deos fuiſſe placatos ;
magis memorabilis eſt Ariſtotelis locus
ab eodem Spencero citatus (162) ; Αἱ
ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνε-
σθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον
ἀπαρχαί. μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλα-
ζον τοῖς καιροῖς. *Priſca ſacrificia & con-*
ventus habita videntur poſt fructuum col-
lectiones , quaſi primitiæ quædam ; nam
illis maxime temporibus a negotiis feria-
bantur.

XXIII. Spartiatas jam Lycurgi ævo
Primitias Diis voviſſe e Plutarcho col
ligimus, ubi enim τὰ φιδίτια ſ. commu-
nia Civium epula a Legiſlatore ſat ſa-
pienter inſtituta tradit , caſus quoſdam,
quibus a convivio abeſſe licebat enarrat
(163) ; ἄλλως δὲ καὶ θύσας τις ἀπαρχὴν,
καὶ θηρεύσας, μέρος ἔπεμψεν εἰς τὸ συσσί-
τιον , ἐξῆν γὰρ οἴκοι δειπνεῖν ὁπότε θύσας
τις ἢ κυνηγῶν ὀψίσειε , τοὺς δὲ ἄλλους ἔδει πα-
ρεῖναι. *Ad hæc qui ſacrificaverat primi-*
tias vel qui venatus erat mittebat portio-
nem ad convivium ; nam ei qui ſacrifi-
caſſet vel venatus eſſet liberum erat do-
mi cœnare , reliquos oportebat adeſſe ;
Neptuno frugum Primitias voviſſe Troe-
zenios idem narrat [164] ; ἦν δὲ λόγος
ὑπὸ τοῦ Πιτθέως διαδοθεὶς ὡς ἐκ Ποσειδῶνος
τεκνωθείη. Ποσειδῶνα γὰρ Τροιζήνιοι σέβουσι
διαφερόντως, καὶ θεὸς οὗτος ἐστιν αὐτοῖς πολιοῦ-
χος, ᾧ καὶ καρπῶν ἀπάρχονται, καὶ τρίαιναν
ἐπίσημον ἔχουσι τοῦ νομίσματος. *Rumor au-*
tem erat per Pitheum ſparſus , quod ex
Neptuno ſit genitus Theſeus ; Neptunum
enim Troezenii colunt eximie , hicque
Deus ipſis eſt Tutelaris , cui etiam fru-
gum primitias offerunt , & tridentem no-
tam habent in nummo. Communia Mi-
nervæ ac Neptuni apud hunc populum
fuiſſe ſacra , cum enim de loci tutela
diſceptarent Jovem ita litem diremiſſe ,
ut communis utrique exhibeatur cultus,
ac ea propter gentis monetam una par-
te tridentem , altera Palladis oſtendiſſe
caput , narrat Pauſanias (165). Athe-
nienſes Draconi Minervæ ſymbolo in
adyto nutrito Primitias libaſſe Plutar-
chus prodidit (166) ; σημεῖον μὲν λαμ-
βάνων τὸ τοῦ δράκοντος, ὃς ἀφανὴς ἐκείναις τὰς
ἡμέραις ἐκ τοῦ σηκοῦ δοκεῖ γενέσθαι. καὶ τὰς
καθ' ἡμέραν αὐτῷ προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑ-
ρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς, ἐξήγγελον εἰς
τοὺς πολλοὺς, Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος, ὡς
ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ Θεὸς ὑφηγουμένη πρὸς
τὴν θάλατταν αὐτοῖς. *Oſtentum mutuatus eſt*
Themiſtocles a Dracone , qui per eos dies
non fuit in adyto viſus & primitiis, quæ
ei proponebantur quotidie , intactis reper-
tis , Sacerdotes enuntiaverunt pro concio-
ne, dicendi poteſtate iis a Themiſtocle fa-
cta , dereliquiſſe Minervam urbem , &
ducem ſe civibus ad mare præbere. Apol-
lini Delphico Primitias oblatas fuiſſe
colligimus ex Clemente Alex. qui rur-
ſus id habet ex Eumelo, ita ille [167];
Ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν Εὐρωπίαν ποιήσας, ἱστορεῖ τὸ
ἐν Δελφοῖς ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κίονα εἶ-
ναι, διὰ τῶνδε.

> Ὄφρα θεῷ δεκάτην ἀκροθίνια τε κρε-
> μάσαιμεν.
> Σταθμῶν ἐκ ζαθέων, καὶ κίονος ὑψη-
> λοῖο.

Quin etiam qui compoſuit Europiam ,
ſignificat eam, quæ eſt in Delphis Apol-
linis imaginem eſſe columnam ; per hæc

> *Ut Decimamque Deo primos fructuſ-*
> *que dicemus ,*
> *Sedibus ex Sacro ſanctis celſaſque*
> *columnas.*

Pri-

Primitias devotas memorat Comicus [168];

Ἔασον εἰπεῖν πρῶθ' ὅλον με τὸν στίχον.
Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν
στάχυν,
Θύων ἀπαρχάς. ——— ———

Sine me prius versiculum totum absolvere.
Oeneus ab agro colligens spicam uberem,
Sacransque primitias.

Ad quæ Scholiastes; Οἰνεὺς δὲ τῆς αὐτοῦ γῆς ἀφορησάσης ἀπαρχὰς πᾶσι θεοῖς θύσας. Et alibi Libero Patri eas esse oblatas perhibet (169);

Ὦ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω.
Κατάθου τὸ κανοῦν, ὦ θύγατερ, ἵν'
ἀπαρξώμεθα.

Tu, serve Xanthia, oscillum rectum erige.
Depone cistam, filia, ut primitias solvamus.

De Bacchi sacris sermonem misceri ostendit φαλλὸν cujus mentio fit, uti observat Scholiastes. Alibi idem Primitias in sacrificio introducit (170);

——— ——— Καλῶς δῆτ', ὦ ποτνί
Εἰρήνη φίλη.
Ἄγε νῦν ἀπάρχου, κατὰ δὸς τὰ πάργ-
ματα.

——— ——— *Multum bene; Amica Diva Pax.*
Nunc ergo peimitias liba, ac da prosicias.

Πάργματα Scholiastes dicit esse, τὰς ἀπαρχάς, ἃς εἰώθασιν οἱ ἱερεῖς λαμβάνειν. Vertumno Romanos variarum frugum dicasse primitias Author est Propertius (171);

Vertumnus verso dicor ab amne Deus.
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rursus creditur esse Sacrum.
Prima mihi variat liventibus uva racemis,
Et Coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces Cerasos, hic autumnalia pruna
Cernis, & æstivo mora rubere die.
Insitor hic solvit pomosa vota corona,
Quum pirus invito stipite mala tulit.

XXIV. Memoratu quoque dignissimum est, quod de Primitiis oblatis Plutarchus prodidit, ubi urbis Romæ natalia investigat, quæque observata narrat jussu Romuli Conditoris urbis (172); βόθρος γὰρ ὠρόγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς, ἀπαρχαί τε πάντων ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ' ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα. καὶ τέλος, ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν, ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμίγνυον. καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι, μοῦνδον. *Nam fossa rotunda eo loco quem nunc Comitium vocant est circumducta, in eam primitias detulerunt omnium, quibus de more ut bonis, natura ut necessariis utebantur. Deinde ex qua quisque advenerat regione ejus terræ portiunculam collatam eo conjecerunt ac commiscuerunt, fossam hanc eodem quo cœlum nomine vocarunt mundum.* Non obscurum certe gratitudinis Diis debitæ opisque ac auxilii illorum implorationis argumentum, ritusque quem procul dubio a majoribus quisque suis acceptum habuit. *Comitium* posthæc in Romanorum rebus sat celebre evasit, hoc nomen sortitum a secato ibi cum P. Tatio ac Sabinis fœdere, teste eodem Plutarcho [173]; Videri poterit de ejus celebritate Præstantissimus inter Romanos Historicus (174).

XXV. Mensæ Dapumque Primitias Diis offerre Veteribus in usu positum erat, ita Horatius [175];

Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui Salinum.

Ad quæ observat Vetus Scholiastes; *Salinum est patella in qua Diis primitiæ cum sale offerebantur*; quæ illustrat Arnobius [176], *sacras facitis mensas salinorum appositu & simulacris Deorum.* Diis Laribus quippe hæc fiebat Dapum primitivarum libatio s. ciborum ἀπαρχαί, quas de mensa ferebant rursus in focum, ita Tibullus (177);

Adsitis Divi, nec vos e paupere mensa
Dona, nec e parvis spernite fictilibus.

Fictilia esse patellas quibus Dapes libatæ docet Persius [178]

——— ——— *Cultrixque foci secura patella.*

Cornutus Scholiastes ait; *cultrix foci, quia delibandæ dapes in ea positæ ad focum feruntur Diis domesticis*; alio loco Horatius Laribus debitam oblationem eam memorat [179];

O noctes cœnæque Deum! quibus ipse, meique,
Ante Larem proprium vescor, vernasque procaces,
Pasco libatis Dapibus. ——— ———

De maximi nominis Romanis Civibus narrat Valerius M. (180) eos in suppellectili habuisse duo instrumenta ad Dapum libationem requisita; *In C. ve-*

ro

ro Fabricii & Q. Æmilii Papi principum sæculi sui Domibus argentum fuisse oportet, uterque enim patellam Deorum & salinum habuit. Patellas quandoque fuisse Numinum figuris ac iconibus ornatas docet Cicero [181] ubi de vasis locupletum Siciliæ incolarum sic fatur; *Patella grandis cum sigillis ac simulacris Deorum; Patera, qua mulieres ad res Divinas uterentur*. Nec non egregie de Patria meritis Civibus libasse Dapes, docet nos plebis Romanæ factum respectu C. Marii post victoriam Cimbricam, docente Plutarcho (182); μάλιστα δὲ οἱ πολλοὶ κτίστην τε Ῥώμης τρίτον ἐκεῖνον ἀνηγόρευον, ὡς οὐχ ἥττονα τοῦ Κελτικοῦ τοῦτον ἀπεωσμένον τὸν κίνδυνον εὐθυμούμενοί τε μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἕκαστοι κατ᾽ οἶκον, ἅμα τοῖς Θεοῖς καὶ Μαρίῳ δείπνου καὶ λοιβῆς ἀπήρχοντο; *Atque adeo illum plebs urbana tertium Romæ conditorem appellavit, quod Gallico hoc non levius avertisset discrimen; lætique cum liberis & conjugibus quisque domi in cœna Diis & Mario primitias Dapum libavere*. Athenienses Vini novi Primitias Diis libasse idem perhibet (183); τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες. καὶ πάλαι γε (ὡς ἔοικεν) εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. παρ᾽ ἡμῖν δὲ ὁ μὲν μὴν καλεῖται Προστατήριος. ἕκτῃ δ᾽ ἱσταμένου νομίζεται θύσαντας ἀγαθῷ δαίμονι γεύεσθαι τοῦ οἴνου μετὰ ζέφυρον. *Athenis undecima die mensis Anthesterionis* [octavus erat nostro Februario respondens] *primitias novi vini delibant, diemque illum a doliis reserandis Pithoegiam vocant; utque apparet antiquitus de vino antequam gustarent libantes, vota faciebant, ut sibi usus ejus medicamenti salutaris ac innoxius foret; apud nos vero mensis dicitur Prostaterius, sextaque ejus die statutum est sacris Bono Genio factis gustare vinum post flatum Favonii*. Varium Vini ad Idololatriam abusum in Liberi Cererisque mysteriis nunc non tango, cum sat frequenter occurrat. Hominum Primitias Diis quandoque dicatas idem Scriptor observat (184); ἐγὼ δὲ καὶ Μυριναίους ἐπαινῶ καὶ Ἀπολλωνιάτας, θέρη χρυσᾶ δεῦρο πέμψαντας. ἔτι δὲ μᾶλλον Ἐρετριεῖς καὶ Μάγνητας, ἀνθρώπων ἀπαρχαῖς δωρησαμένους τὸν Θεόν, ὡς καρπῶν δοτῆρα, καὶ πατρῷον καὶ γενέσιον καὶ φιλάνθρωπον. *Ego autem Myrinæos & Apolloniatas laudo, qui aureas messes huc* (Delphos) *miserunt; magis etiam Eretrienses ac Magnetas qui hominum primitiis Deum donavere, ut frugum datorem, paternum, genitalem, ac humani generis amatorem*.

XXVI. Cretenses coloniam quondam Delphos misisse ut votum solverent, quo hominum Primitias Apollini voverant idem Author narrat (185); Καί ποτε Κρῆτας, εὐχὴν παλαιὰν ἀποδιδόντας, ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλειν· τοῖς δὲ πεμπομένοις ἀναμιχθέντας ἐκγόνους ἐκείνων συνεξελθεῖν. *Et Cretenses aliquando ad vetera vota persolvenda primitias hominum misisse Delphos, ac cum his qui mittebantur mistam eorum progeniem una emigrasse*. Sat obscurum est quid sibi velit hæc narratio, rem tamen, ex eodem Scriptore, si probe confero, ejusmodi esse censeo. In antecedentibus narrat, Androgeo in Attica regione dolo interemto, Minoam bello Atticos vexasse, Deosque ipsos, sterilitate, defectu fluminum, morbis &c. regionem vastasse; Ex consilio autem Pythii Apollinis Minoam sustinentes placare, ei post pactum fœdus stipulatos esse tributum novem annorum pendere, septem videlicet pueros totidemque puellas, quos a Minotauro interfectos credant nonnulli; Aristotelem vero dicere, pueros eos mercenariam agentes vitam in Creta consenuisse; Cretenses vero hominum Primitias vicissim Delphos misisse, quibuscum puerorum illorum Atticorum sobolem una emigrantem Delphis victum non invenisse, in Italiam ac inde rursus in Thraciam delatam Bottiæos audivisse. Eorum puellis sacram choream ducentibus mos fuit exclamare *eamus Athenas*, eo quod permixti fuerint majores ipsarum cum hac gente Attica, a Minoa enim pro servis detenti cum reliquis Cretensium Primitiis Delphos & inde ultra pervenere; Idcirco Creticæ Primitiæ aliæ vix videntur fuisse, quam juventutis delectus tam ex pueris Atticis quam Cretensibus Delphos ablegatus, ad gratitudinem Numini pro tributariis ipsis redditis Atticæ incolis testandam; quod non obscure apparet, si conferantur ea quæ Plutarchus narrat in via Thesei cum iis quæ leguntur ab eodem memorata in quæstionibus Græcis (186).

XXVII. Antiquitatem tandem moris ejusmodi Numina variis Primitiarum generibus placandi quod attinet, memoratu dignissimum est illud testimonium quod ex Philosopho Gentili acutissimo, Porphyrio scil. profert Eusebius, quo patet, quæ priorum mundi incolarum fuerint primitiæ Numinibus consecratæ, & quænam fuerint posteriorum; ita ille (187); Ἀνάριθμος μέν τις εἶναι ἔοικε χρόνος, ἀφ᾽ οὗ τό γε πάντων λογιώτατον γένος, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ τὴν ἱερωτάτην ὑπὸ τοῦ Νείλου κτισθεῖσαν χώραν κατοικοῦν, ἤρ-

ἤρξαντο οἱ πρῶτοι ἐφ' ἑστίας τοῖς οὐρανίοις
θεοῖς θύειν, οὐ σμύρνης οὐδὲ κασίας καὶ λιβα-
νωτοῦ κρόκῳ μιχθέντων ἀπαρχάς (πολλαῖς
γὰρ γενεαῖς ὕστερον παρελήφθη ταῦτα καὶ
πλάνης ἐρ[illegible]ντὴς μαστὴρ ὁ ἄνθρωπος γιγνό-
μενος, τῆς ἀναγκαίας ζωῆς μετὰ πολλῶν πό-
νων καὶ δακρύων σταγόνας, ἀπήρξαντο τοῖς
θεοῖς) οὐ τούτων οὖν ἔθυον πρότερον, ἀλλὰ
χλόης οἱονεὶ τινα τῆς γονίμου φύσεως χνοῦν τῶν
χερσὶν ἀράμενοι. δένδρα μὲν γὰρ δὴ πρὸ ζώων
ἀνέδωκεν ἡ γῆ. τῶν δένδρων δὲ πολὺ πρόσθεν
τὴν ἐπέτειον γινομένην πόαν. ἧς δρεπόμενοι
φύλλα καὶ ῥίζας, καὶ τοὺς ὅλους τῆς φύσεως αὐ-
τῶν βλαστοὺς κατέκαιον, ταύτῃ τοὺς φαινομένους
οὐρανίους θεοὺς τῇ θυσίᾳ δεξιούμενοι, καὶ τοῦ
πυρὸς ἀπάθανα τίζοντες αὐτοῖς τιμάς. *Infini-
tum plane videtur fluxisse tempus, ex
quo genus hominum longe sapientissimum,
ut loquitur Theophrastus, sanctissimam il-
lam & a Nilo conditam regionem incole-
ret, ad focum domesticum sacra Diis cœ-
lestibus facere cœpit, non myrrhæ, non
casiæ thurisque cum croco mixtorum pri-
mitiis, (nec enim istorum usus nisi post
multas ætates obtinuit, cum homo curiosus
erroris indagator effectus, post multorum
laborum ac lachrymarum guttas, necessa-
riæ vitæ primitias Diis obtulit;) non il-
larum rerum, sed virentis herbæ, cujus
sic tanquam naturæ genitalis primævam
quandam lanuginem manibus sublatam
offerebat. Quippe enim priores animanti-
bus arbores, multoque ante ipsas gramen
annuum terra procreavit, cujus folia ra-
dicesque carpentes cum integris earum na-
turæ germinibus Veteres illi comburebant,
eoque sacrificii genere, qui cœlestes Dii
videbantur, sibi placabant, ac sempiter-
nos ignis honores ipsorum Divinitati con-
secrabant*; Ad hæc Philosophi verba ad-
dit Eusebius, ex ἀναθυμιάσεω earum re-
rum quas terra produxerat, ortas esse
voces θυμιατήρια, θύειν, θυσίαι, quæ
accipi dein cœperint de cultu Diis ani-
mantium mactatione præstito, cum pro-
pria origine non nisi de sanioribus illis
ritubus usurpari debuissent; quam cor-
ruptionem Porphyrius in proxime se-
quentibus ita tradit. Πόῤῥω δὲ τῆς περὶ
τὰς θυσίας ἀπαρχῶν τοῖς ἀνθρώποις προϊου-
σῶν παρανομίας, ἡ τῶν δεινοτάτων θυμάτων
παράληψις ἐπεισήχθη ὠμότητος πλήρης. ὡς
δοκεῖν τὰς πρόσθεν λεχθείσας καθ' ἡμῶν
ἀρὰς νῦν τέλος εἰληφέναι, σφαξάντων τῶν ἀν-
θρώπων, καὶ τοὺς βωμοὺς αἱμαξάντων. *Ubi
vero illæ sacrificiorum primitiæ in majo-
rem impietatem hominum vitio prorupis-
sent, tandem usus teterrimarum victima-
rum crudelitate plenus invaluit, ut quas
ante conceptas nostrum in caput impreca-
tiones diximus, eæ hoc demum tempore,
quo homines ipsi vivas ac spirantes ani-
mantes jugulant, earumque sanguine alta-
ria cruentant, exitum sortitæ videantur*:
Hæc priscus Philosophus tam ex sua
quam Theophrasti refert sententia, quæ
multum lucis affundunt Veterum Genti-
lium Theologiæ, eorumque ritui varia
Primitiarum genera offerendi. Observa-
tio unica restat de voce ἀπαρχῇ in ge-
nere quam mihi suppeditat Scholiastes
Euripidis Orest. v. *96.* extat explicatio
vocis ἀπαρχῆς hunc in modum. Ἀπαρ-
χὴ ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλ-
λὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν καὶ ἀπαρ-
χὰς καρπῶν προσῆθον οἱ παλαιοὶ, καὶ ὠνό-
μαζον, τὰ κρείττονα ἐκλεγόμενοι· καταχρη-
στικῶς δὲ καὶ τὰς θυσίας ἐκάλουν ἐπὶ τοῖς τεθ-
νεῶσιν οἱ παλαιοὶ, καὶ ἀπαρχὰς ἐκάλουν.
Longe frequentius tamen priori sensu
apud Veteres Scriptores occurrere nemo
negabit, nempe pro eo quod primum
est ordine s. temporis ac productionis
ratione, præsertim ubi sermo est de co-
mæ barbæque lanuginis primitiis; ubi
autem de fructubus terræ adhibetur
æque præstantissimos quam primos s.
præcoces fructus designare poterit.

(1) Ille de Leg. Hebr. Lib. 3. cap. *9.* Hic in notis ad Maimon. de primitivis.
(2) - - - -
(3) De Nat. Deorum Lib. 2. §. 17.
(4) Plato in Timæo cap. 25.
(5) L. c. §. 12. & de Legib. Lib. 2. §. 18.
(6) Pro Cluent. Orat. §. *68.*
(7) Sympos. Lib. *6.* pag. *685.*
(8) De Placit. Philosoph. Lib. 1. pag. 880.
(9) De Pythiæ Orac. pag. 402.
(10) Lib. 11. pag. 520. ed. Paris.
(11) Lib. 4. cap. 59.
(12) Lib. 1. cap. 131.
(13) Lib. 15. pag. 733.
(14) In Atticis cap. 31. pag. 77.
(15) In Laconicis cap. 12. p. 237.
(16) Eliacor. priori cap. 14. p. 413.
(17) In Phocicis cap. 5. pag. 809.
(18) In Phocicis cap. 12. pag. 828.
(19) In Atticis cap. 22. pag. 51.
(20) In Achaicis cap. 25. p. 591.
(21) Homerus Hymno in matrem omnium v. 1.
(22) Theogonia v. 116.
(23) Argonaut. Lib. 3.
(24) Euripides in Electra.
(25) De Harusp. Resp. §. 10.
(26) Pro domo sua §. 38.
(27) Lib. *6.* cap. 3.
(28) Orat. Phil. I. §. 1. 13.
(29) Philip. 2. §. 35.
(30) Nemesianus Eclog. I. v. 35.
(31) Lib. *6.* epig. 52.
(32) De Formulis Lib. I.
(33) De idolol. Gent. Lib. 2. cap. 51.
(34) Iliad. 8. v. 103.
(35) In Ranis v. 340.
(36) Horatius epist. Lib. 2. ep. 1. v. 143.
(37) Fast. Lib. *6.* v. 178.
(38) Epist. ex Pont. Lib. 2. ep. 9. v. 39.
(39) Saturnal. Lib. 1. cap. 12.
(40) De Nat. Deor. Lib. 2. §. *64.*
[41] Metam. Lib. 15. v. 111.
[42] Lib. 9. pag. 438.
[43] Acharnens. v. 793.
[44] Lib. 2. cap. 47.
[45] L. c. Lib. 2. cap. 51—62.
[46] Euripides in Bacchis.
[47] Aristoph. in Ranis v. 385.

(48) Se-

[48] Seneca Hercul. fur. Act. 3. v. 851.
[49] Pharf. Lib. 6. v. 562.
[50] Martialis. Lib. 9. epig. 37.
[51] In Thefeo. pag. 4. edit. Londin. 1729.
[52] In Atticis cap. 37. pag. 90.
[53] Iliad. 4. v. 141.
[54] Lib. Iconum. 1. cap. 7. pag. 773. edit. Lipf. 1709.
[55] Callimachus hymn. in Delum v. 296.
[56] In Corinthiacis cap. 32. pag. 186.
[57] In Atticis cap. 43. pag. 104.
(58) Odyff. 7. v. 444.
(59) Lib. 1. cap. 89.
(60) Lib. 1. cap. 77. & Lib. 7. cap. 27.
(61) In Eliac. prior. cap. 10.
(62) In Camillo pag. 32. ed. Francof.
(63) Lib. 1. cap. 1. & Lib. 5. cap. 6.
(64) In Phocicis cap. 11. pag. 823.
(65) In Sylla pag. 474.
(66) In Craffo pag. 543. edit. Franc.
(67) Saturnal. Lib. 3. cap. 12.
(68) In Callimachum pag. 486.
(69) Archæol. Gr. Lib. 2. cap. 4.
(70) Iliad. 9. v. 529.
(71) Iliad. 8. v. 48.
(72) Iliad. 2. v. 695.
(73) Odyff. 8. v. 362.
(74) Hymn. in Venerem 268.
(75) Eliacorum pofter. cap. 6. pag. 467.
(76) Argonaut. Lib. 1. v. 587.
(77) De vita Apoll. Lib. 1. cap. 25.
(78) In Plut. v. 659. & in Ranis v. 221.
(79) In Lyfiftrata v. 483.
(80) Iliad. 6. v. 194.
(81) Hymno in Cererem v. 19.
(82) Philo de Septen. & feftis pag. 1174.
(83) Idyllid. 7. v. 31.
(84) De Idolol. Gent. Lib. 2. cap. 79.
(85) Græcia feriat. Lib. 4. pag. 142.
(86) Lib. 2. cap. 59. & 156.
(87) Biblioth. Lib. 1. pag. 13.
(88) Lib. de Ifide & Ofiride pag. 377.
(89) Mytholog. Lib. 1. cap. 17.
(90) Orat. pro Cornel. Balbo. §. 24.
(91) Calpurnius Sicul. Eclog. 4. v. 122.
(92) Eclog. 2. v. 64.
(93) Metam. Lib. 8. v. 273.
(94) Metam. Lib. 10. v. 431.
(95) Faftorum Lib. 2. v. 519.
(96) Carm. fæcul. v. 29.
(97) Lib. 1. Eleg. 1.
(98) Saturnal. Lib. 3. cap. 11.
(99) Nat. Hift. Lib. 18. cap. 2.
(100) Lib. 28. cap. 2. §. 5.
(101) Plut. v. 1055.
(102) Equit. v. 725. Vefp. v. 397.
(103) Lib. 1. pag. 16. ed. Parif.
(104) Thebaid. Lib. 12. v. 492.
(105) In Thefeo pag. 10. ed. Francof.
(106) Stromatum Lib. 4. pag. 565. edit. Oxonienf.
(107) Var. Hiftor. Lib. 2. cap. 25.
(108) Onomaftic. Lib. 8. cap. 9. Segm. 89.
(109) Lib. 6. cap. 9. Segm. 61.
(110) Lib. de vocibus, ad h. voces.
(111) Callimachus Hymno in Delum. v. 278.
(112) Lib. 10. pag. 486.
(113) De bello Pelop. Lib. 3. cap. 104.
(114) Hymno in Apoll. v. 150.
(115) Ibid. v. 56.
(116) l. c. p. 485.
(117) In Meffenicis cap. 4. pag. 287.
(118) Atlantica part. 1. pag. 366.
(119) Lib. 4. cap. 32. feq.
(120) Lib. 1. pag. 62.
(121) In Periplo pag. 56. edit. Oxon.
(122) Protrept. ad Gent. pag. 25.
(123) Pyth. Od. 10. v. 49.
(124) Lib. 3. cap. 5.
(125) Tab. 8. Europæ & Tab. 2. Afiæ.
(126) Nat. Hift. Lib. 4. cap. 12. §. 26.
(127) Polyhift. cap. 16.
(128) In Somn. Scipionis Lib. 2. cap. 7.
(129) Lib. 2. cap. 47.

(130) In Camillo pag. 140.
(131) Var. Hift. Lib. 3. cap. 18.
(132) Virgil. Georg. Lib. 4. v. 517. & Lib. 3. v. 196. & 381.
(133) Metam. Lib. 15. v. 356.
(134) Carm. Lib. 2. Od. 20. v. 16.
(135) Lib. 4. epig. 3.
(136) In Domitiano cap. 2.
(137) Lib. 8. ep. 78. & Lib. 7. ep. 5.
(138) Lib. 9. ep. 104.
(139) Ibid. epigr. 46.
(140) Juvenalis Sat. 6. v. 468.
(141) Pharfal. Lib. 5. v. 23.
(142) Lib. 11. pag. 507.
(143) Lib. 15. pag. 711.
(144) Var. Hift. Lib. 2. cap. 26.
(145) De Nat. Deor. Lib. 3. §. 23.
(146) Bibl. Lib. 2. pag. 130.
(147) Olymp. Od. 3. v. 28.
(148) Obf. ad Melam l. c.
(149) De vit. Pythag. cap. 19.
(150) Lib. de Mufica pag. 1136.
(151) In Atticis cap. 31. pag. 77.
(152) Cap. 16.
(153) Lib. 4. cap. 33.
(154) In Solinum pag. 147.
(155) Ad Lib. 11. Æneid. v. 522.
(156) Stromat. lib. 7. pag. 848.
(157) In Callim. pag. 494.
(158) Lib. 4. loc. cit.
(159) Præparat. Evangel. lib. 4. cap. 16. p. 159. edit. Colon.
(160) Ap. Origenem contra Celf. lib. 8. p. 399.
(161) De Abftinentia lib. 2. §. 27.
(162) In Ethica lib. 8.
(163) In Lycurgo Tom. 1. pag. 99. edit. Londin.
(164) In Thefeo pag. 5.
(165) In Corinthiacis cap. 30. pag. 182.
(166) In Themiftocle Tom. 1. pag. 257.
(167) Stromat. lib. 1. §. 24. pag. 419.
(168) Ariftophanes in Ranis v. 1272.
(169) Acharnenf. v. 242.
(170) Pace v. 1055.
(171) Lib. 4. eleg. 2. v. 10.
(172) In Romulo Tom. 1. pag. 49.
(173) Ibid. pag. 63.
(174) T. Livius lib. 1. cap. 36. & lib. 6. cap. 15. & lib. 34. cap. 45.
(175) Carmin. lib. 2. Ode 16.
(176) Lib. 2. pag. 91.
(177) Lib. 1. eleg. 1.
(178) Satyr. 3.
(179) Sermon. lib. 2. Sat. 6.
(180) Lib. 4. cap. 4. §. 3.
(181) In Verrem lib. 4. §. 21.
(182) In Mario Tom. 2. pag. 517.
(183) Sympofiac. lib. 3. quæft. 7. pag. 655.
(184) De Pythiæ Oraculis pag. 402.
(185) In Thefeo pag. 13. ed. Lond.
(186) Quæft. 35. pag. 298.
(187) Præpar. Evangel. lib. 1. cap. 9. pag. 28. edit. Colon.

CAPUT VIII.

§. I. *Varia Primitiarum in V. Oeconomia genera.* II. *Ratio Moralis Primitiarum devotionis indagatur.* III. *Demonftratur fecundum Judæos ex Jofepho & Philone.* IV. *Ex Abarbanele aliifque Magiftris.* V. *Gentiles itidem a naturæ edocti lumine frugum obtulere Primitias, ob agriculturam divinitus edoctam.* VI. *Cereri eam acceptam tulere, unde vocata* θεσμοφόρος *quid* θεσποφόελα. VII. *Num Gentiles Primitiarum devotio-*

tionem a Judæis num vero hi ab illis acceperint ? VIII. *Mysterium V. T. Primitiarum indagatur , primo respectu ad populum Judicum.* IX. *ad Fideles N. T.* X. *Præcipue vero Omer adumbravit J. Christum.* XI. *Probatur testimoniis N.-T. ac quomodo dicatur dormientium Primitiæ breviter investigatur.* XII. *Convenientiæ quædam inter manipulum ejusque antitypum.* XIII. *Translatio mysterii manipuli ad Novam Oeconomiam , ejusque ad pietatis praxim Applicatio.*

I. SAT diu lustravimus Primitiarum oblationem , ejusque ritum tum apud Dei fœderatos tum apud Nationes a fœderibus prmissionis alienas observatum; Ordo rerum nunc poscit, ut aliquid operæ nostræ impēdamus ad investigandas Rationes causasque ejusmodi instituti , una ex parte a Deo O. M. expresse mandati, ex altera aliis ex fontibus, ἐθελοθρησκείας utplurimum promanati . Variæ fuere apud Israelitas Primitiarum oblationes , ex omnibus fere terræ proventus generibus desumtæ , ac Divinitus mandatæ; præter illam enim, in qua demonstranda versamur, reperitur admodum solennis generalis quædam e terræ frugibus Primitiarum separatio, earum ad locum a Jehova in habitationem selectum adductio , ac quotannis cum confessione ac laude bonitatis supremæ oblatio, quæ expresse mandatur Deut. XXVI. de qua Maimonides integrum conscripsit Tractatum quem vocat הלכות הבכורים . Alia erat oblatio duorum Panum fermentatorum in Festo Septimanarum f. Pentecostes die facienda in consecrationem messis triticeæ, de qua mandatum extat Levit. XXIII. Aliud Præceptum de Primitiis e massa farinæ mactraque separandis extat Num. XV. de quo obiter quædam adnotavimus . Aliud quid munus spontaneum tostarum aristarum ac farinæ primitiarum ad modum fere salsæ molæ , de quo Lev. II. Tandem Primitiæ fructus vineæ ac frumenti adipis , cedebant sacerdotibus in sui familiæque sustentationem, quæ perperam a Clar. Spencero pro singulari Primitiarum genere sumuntur , cum revera pertineant ad illas quorum mentio Deut. XXVI. hic vero Num. XVIII. earum usus ac destinatio partis illarum , partim enim a proprietariis cum lætitia comesæ , indigatur , satque primitiarum Israelitæ videri possint devovisse , ut necessarium vix sit novam insuper speciem illis affingere . Rationem particularem unius cujusque harum Primitivarum oblationum separatim investigare, uti institutum nostrum vetat, ita & sat superfluum censeri possit, cum omnibus communis quædam generalisque vel plures quoque in omnes quadrantss fuerint , uti attendenti sat persuasum erit; stricte ergo nos in demonstrandis Paschalis Manipuli Mysterii hærentes , eorum translationem ad ceteras Primitivorum species facile quilibet instituere poterit , quoad moralia sc.; in Typicis enim aliquid speciale oblationi huic constitit , quod cœteris non nisi ingenti molestia convenire videretur . *Primitiarum* vero vocem sumemus aliquando latiori sensu , ita ut nobis notet πρωτότοκα, πρωτογεννήματα & ἀπαρχὰς præsertim ubi recensebimus Scriptorum testimonia in enarrando mysterio , cum v. c. quendam habebimus differentem de Primitiarum mysterio in genere , id ad manipulum ceu earum speciem referre non dubitamus.

II. Superfluum fere esset monere, mandatum Divinum de offerendo frugum Manipulo primitivo duplicem habuisse rationem f. causam , *Moralem* unam , alteram vero *Simbolicam* sive *Tipicam* , cum id cuilibet intelligenti ac attendenti sua sponte in sensus incurrat , ac fere in cunctis Positivarum legum observetur Tabulis . *Moralem* Rationem primo loco paucis demonstrandam jubemur , quæ , licet quidem in obscuro abdita don sit , nonnulla tamen non injucunda nec utilitate carentia nobis præbet , etsi dimicationem omnem effugere vix nobis datum erit. Sanctio de ἀπαρχαῖς Vero Deo consecrandis dubio procul suadere debuit voluitque genti cui data, Boni, uti cujuscunque, ita speciatim annonæ ubertatis frugum abundantiæ , alimentique copiæ solum unicumque largitorem esse Supremum Numen , genti huic Jura Statutaque sua exhibens , eamque in possessionem pinguissimi soli , arvorumque fœcundissimorum Terræ fluentis lacte ac melle collocans, quam Patribus sponderat in pignus gratiæ Fœderisque peculiaris ac melioris adhuc in seculo futuro hæreditatis ; ideoque omne bonum temporale a terra hacce pendens ipsi soli acceptum ferre Israelitarum esse ; cum ii non propriis viribus propriisque freti fultique armis, sed manu elata brachioque excelso Jehovæ terra hacce potiti fuerint antea occupata a gente validissima progenie Nephilim , quam Jehova a facie illorum expulserat , ipsisque in Jus hæreditariæ possessionis concesserat pinguissima

ſima arva, ideoque ſibi ſoli deberi meſſis, qua fruebantur, poſſeſſionem ac collectionem; Ratio hæc particularis erat ac ad beneficia peculiaria, quæ Judæorum gens ſauctiſſimo Numini accepta ferebat, accomodata; remotior vero in eadem erat comprehenſa, qua ejuſmodi oblatione fœderatus Deo Vero populus mundi Nationibus quaſi prælucere ac veritatem hancce digito mouſtrare jubebatur, quod, quicquid nutrimentum capit, ab Omnipotentia largaque manu Benigniſſimi Creatoris ſuſtentetur, quicquid e terra progerminet, in hominum pecorumque commodum ac vitæ neceſſitatem, id unice Ipſius tribuendum providæ curæ largæque munificentiæ; quippe qui *Sionem ſatiat adipe tritici*, *qui jumentis dat cibum ſuum*, *pullis corvorum qui crocitant*, *qui proferre facit montes fœnum*. Pſal. CXLVII. 8. 9. 14. *qui cibum porrigit famelicis*. CXLVII. 7. Nutritionem ac pinguefactionem Jeſchurunis Moſes Spiritu Prophetiæ ſoli tribuit Jehovæ, *qui eum comedere fecerit redditum agrorum adipem tritici*, Deut. XXXII. 13. 14. Deo ſoli adſcribitur productio terræ frugum earumque benedictio, uti e contra vaſtatio earundem, utrumque per cauſas ſecundas ac miniſtrantes; Nec non in memoriam ſibi revocare non poterant Iſraelitæ in collectione uberrimæ meſſis priſcam ſuam conditionem tum in Ægypto durante ſervitute, tum præcipue miſeriam qua tacti in Arabiæ deſertis, ubi adeo meſſe omni frugibuſque cunctis carentes, quotidiano per panem cœlitus datum miraculo ab interitu totalique exitio fuere ſervati; eaque ratione ad comparationem inter modernum priſtinumque ſtatum invitati, non potuere non ſummo Deo ſummas perſolvere gratias pro tam immenſa bonam in partem mutatione, quam vivide ob oculos quotannis ipſis pinxerat frugum demeſſio: animoſque illorum ſurſum ferendi longe erat aptiſſima, quod & teſtatum facere debebant devotione ac ſanctificatione meſſis, gratumque manifeſtare cor; inde & in Judaicæ gentis ritualibus Libris invenitur ſollemnis adeo ac frequens *Aggada* ſive benedictio ac celebratio in conviviis obſervata, quando ſc. Pater familias ſ. alius ſpectabilis Conviva eam ſeparatim ſuper Panem, dein ſuper Vinum cœteraſque Dapes pronunciat, iiſque benedicit Deum eorum omnium Largitorem collaudando. Tacite ſummus Legislator ipſemet hancce Rationem innuit, ubi mandat obſervationem hujus præcepti ſtatim ab ingreſſu Terræ Sanctæ, oblationemque manipuli tam arcto indivulſoqne nexu cum frugum collectione ac agri ſegetiſque poſſeſſione conjungit; idemque demonſtrat Phraſis iu omnibus fere ſacrificiis adhibita, agitari debere manipulum לרצנכם *ad acceptionem ſ. ad beneplacentium veſtram*, non vero uti exponit Aben Eſra *ſecundum beneplacitum veſtrum* id eſt *uti vobis placuerit*, ſicuti verba hujus Magiſtri aperte inferunt, ſed ut Vos meſſiſque Veſtra beneplacentes aceeptabileſque ac benedictione digni coram Jehova evadatis. Nec obſcure eandem rationem indicat annexum mandato interdictum, ne comedatur nova annona קלי וכרמל antequam ejus Primitiæ Deo ſint devotæ, ad docendum Iſraelitas, nullum ipſis jus eſſe in Terram illam niſi ex Divina conceſſione, quoniam Deus pro mero ſuo beneplacito illam Patribus ſpopondiſſet, adeoque voluerit, ut oblatione primitiarum frugum cum Agno Eucariſtico publicam quotannis ederent confeſſionem, quicquid boni ex iſto ſolo reciperent indignos eſſe in privatum adhibere uſum, niſi id unice acceptum ferant Divinæ munificentiæ, ac illi debitas pro eo ſolvant gratiarum actiones, quoniam illa regio Jehovæ fuit ſingulari modo vendicata præ aliis, uti ipſemet docet Lev. XXV. 23. כי לי הארץ *nam hæc Terra mea eſt*.

III. Judæis tum Veteribus tum recentioribus Rationes hæ ſat in perſpecto fuiſſe, dubitare nos non ſinunt Scriptorum ejus gentis teſtimonia. Fl. Joſephus loco jam allato Priſcis popularibus ſuis hanc attribuit ratiocinationem in offerendo manipulo, καὶ τὸν Θεὸν ἡγούμενοι τιμᾷν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας τούτων ἔτυχον. *Deum exiſtimabant juſtum eſſe iis Primitiis honorari, per quem ſint ubertate hac completi*. Philo Judæus Magnus Myſteriorum Legis, nec ſemper infelix, inveſtigator, de ratione offerendi Primitiarum munus hæc tradit (1); ὡς εἶναι τὴν ἀπαρχὴν καὶ τοῦ ἔθνους ἰδίαν, καὶ ὑπὲρ ἅπαντος ἀνθρώπων γένους κοινήν. καὶ τὸν ὄντα Θεὸν θεραπεύειν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων, ὅτι πάμφορον γῆν ἔλαχον. ἐν αὐτῇ γὰρ οὐδέν ἐστι λυπρογέων. ἀλλὰ καὶ ὅσα λιθώδη καὶ ἀπόκροτα εἶναι δοκεῖ, φλέψι μαλακαῖς διέζωσται καὶ σφόδρα βαθείαις. αἳ διὰ πιστότητα ζωοφυεῖν εἰσιν ἀγαθαί. πολλὰ μέντοι διὰ τῆς ἀπαρχῆς παρίσταται. πρῶτον μὲν Θεοῦ μνῆμα. ἔπειτα τῶν πρὸς ἀλήθειαν αἰτίων τῆς εὐχαριστίας ἀμοιβὴ δικαιοτάτη. *Ita ut ejuſmodi Primitiæ nationis etiam propriæ ſint, & cum univerſo hominum genere communes, & ut qui vere Deus eſt colatur, pro hac ratione & aliis, quod fæcundiſſimam*

mam Terram obtinuerint; *nil enim in ea est quod triste aut fœdum* ; *imo etiam quæ saxosa ac salebrosa esse videntur*, *venis mollibus cincta distinctaque sunt* , *ac sulcis valde profundis* , *quæ ob fidelitatem ed animalium procreationrm sunt apta* . *Cœterum multa per Primitias repræsentantur* ; *primum enim Dei reminiscentia* ; *deinde remunerario justissima fertilitatis & copiæ fructuum quæ fit Deo*, *ut revera Authori & causæ*. De Panibus Primitiarum eorumque ratione hæc observat, dum quærit, quare e tritico cibo præstantissimo sint oblati , ἢ διότι, πρὶν εἰς τὴν ἀνθρώπων χρῆσιν ἐλθεῖν τὸν ἐπέτειον καρπὸν , τοῦ νέου σίτου πρῶτον γέννημα, καὶ ὁ πρῶτος παραφανεὶς καρπὸς ἀπαρχὴ προσάγεται ἵνα διὰ βραχέος συμβόλου παραφήνωσιν εὐχάριστον ἦθος . ἢ διότι κατ' ἐξοχὴν πρῶτον καὶ ἄριστον γέννημα ὁ τοῦ σίτου καρπὸς ἐστιν . *An propterea quod prius quam fruges annuæ ad hominum usum veniant*, *recentis frumenti fœtus primus spectabilis primitiæ adducuntur* , *ut exiguo signo & indicio gratum & memorem beneficii prodant animum*? *an quia per excellentiam primus optimusque fœtus tritici fructus est* . Alibi Primitiarum ac Primitivorum nec non Primogenitorum Numini devotorum investigans causam, hoc modo in specie de Primitiis verba facit (2); Τὰς δ' ἀρχὰς δογματικώτατα ἀνέθηκεν αὐτῷ . τῷ γὰρ ὄντι καὶ σωμάτων καὶ πραγμάτων αἱ ἀρχαὶ κατὰ θεὸν ἐξετάζονται μόνον . ἐρεύνησον δὲ εἰ θέλεις γνῶναι ἕκαστα, φυτά , ζῶα, τέχνας , ἐπιστήμας &c. εἰκότως οὖν τὸ λόγιον ἀνέθηκεν τὰς ἀπαρχὰς τῷ ἡγεμόνι θεῷ . *Quod autem Primitias postulat* , *id ad erudiendos nos pertinet* ; *nam revera corporum ac rerum Primitiæ Deo debentur soli* ; *Id si velis scire*, *scrutator singula*, *plantas*, *animalia*, *artes* , *scientias &c. maxime ergo rationale est dicare Primitias Deo rerum omnium Principi* . Alia vero occasione Cainum carbone notat, quod solum de fructibus non vero de primo proventu Deo obtulerit munus, idque πρόσαγμα τεθεικότος τοῦ νομοθέτου , ἵνα τὰς ἀπαρχὰς τῶν πρωτογεννημάτων τῆς γῆς εἰσφέροιμεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μὴ ἑαυτοῖς ἐπιγράφωμεν. καὶ γὰρ δίκαιον τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων ὅσα πρῶτα ἢ τάξει ἢ δυνάμει , θεῷ ὁμολογεῖν ; *contra mandatum Legislatoris* , *jubentis primitias de primis terræ fructibus inferri in domum Dei*, *& non converti in usum proprium* ; *Justum enim est* , *motus animæ primos vel sua vi vel ordine dedicari Deo*, *Authoremque eum confiteri* (3) unde & veras Deoque gratas indicat Primitias per frugum ἀπαρχὰς designatas , ὁ ψυχὴ καὶ σῶμα δύο τὰ ἀνωτάτω τμήματα κεκλήρωται , ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἀνιερωτέον . ἀπαρχαὶ δὲ εἰσιν , ἅγιαι κινήσεις αἱ κατ' ἀρετὴν ἑκατέρου. διὸ καὶ ἅλῳ παραβέβληνται : *Anima vero ac corpus duæ primariæ partes Primitiæ Deo consecrandæ sunt*. *Sunt vero primitiæ sancti ac ad virtutem pertinentes motus partis utriusque*, *ideoque conferuntur cum area*. In Libro autem quem conscripsit de præmiis honoribusque sacerdotum aliam adhuc allegat Primitiarum in Veteri Oeconomia Deo Devotarum rationem , quam vocare possemus Oeconomiam v. Physicam , scil. cum sacerdotum familiæ innumeræ fere ac maximo virorum instructæ fuerint numero, necessitatem flagitasse, ut Primitiarum omnis generis ingens ad Templum adducatur copia , ut nemo sacerdotum tam pauper foret quin dives videri possit, quæ & docet R. Moses Ægyptius (4); hæc vero quoad Primitiarum rationem in genere apprime dicta; sed in manipulum proprie non cadunt, Quæ autem Judæus Alexandrinus de Primitiis hactenus nos edocuit, sat sana ac elegantia sunt , licet nimium quid , pro more suo , Allegorias sectetur , inque iis arcem ratiocinationum suarum collocet , quod nonnunquam dolendum .

IV. Abarbanel mysterium quoddam deprehedere conatur in eo quod materia oblationis Omer desumta fuerit ex hordeo, esca alias jumentorum, nec tamen abest, significationem eam habuisse gratiarum actionis pro messe , cum duplicatio ferti designarit uberiorem frugibus imponendam benedictionem ; Ita ille loeo jam sæpissime allegato ; ומה שיראה לי מזה הקרבן כדרך הסברה הוא כי הנה צוה יתברך על קרבן העומר להיותו בכורי קציר השעורים שכל הבכורים יבאו בית יהוה וגם כי לרמוז שכל ישראל היו בצאתם ממצרים כבהמות ולכך היה קרבנכם אזי שעור: id est *& hoc est quod mihi videtur de hac oblatione quantum conjecturare possum* , *scilicet quod Deus benedictus præceperit de manipuli oblatione*, *quod constare debeat e primitiis messis hordeaceæ*, *quia omnes Primitiæ adducebantur ad ædes Jehovæ* ; *& sic quoque ad indicandum* , *quod totus Israelitarum populus* , *cum exiret ex Ægypto* , *quasi animal brutum* , *ac propterea munus ejus etat hordeum incensum* . Mira Judæorum stylo minus assuetis videri poterit ejusmodi commentatio, forsanque alia ratione reddita hicce Magister honori propriæ gentis melius consuluisset, quam ita ignominiam ejus revelando, eamque cum brutis comparando , licet sacra historia in commemoranda indole durissimæque cervicis ex Ægy-

Ægypto extorrium Abarbanelis conjecturæ tacite calculum addere videatur Liber, Allegoriis quandoque sat puerilibus refertissimus, dictus *Manus Josephi*, ab Authore *R. Joseph Tzorphati* Judæo Gallo, non male rem concipit, dum hunc in modum glossatur (5) ולכן צוה התורה בפרשתנו דבר אל בני ישראל ואמרת אליהם כי תבואו אל ונו׳ להורות שהתחלות והראשית שלו יתברך והאל יתברך נתן לו כח לעשות חיל: ובמדרש דבר אל בני ישראל והבאתם את עומר ראשית קצירכם אל הכהן הלא הוא דכתיב מה יתרון לאדם בכל עמלו שיעמול תחת השמש: id est *idcirco mandat Lex in sectione nostra*, loquere ad filios Israel ac dic illis, cum veneritis in terram illam quam daturus sum vobis &c. *ad indicandum, quod initium ac principium ejus* [messis] *sic benedictum, ac Deus benedictus largiturus sit illi vires ad producendum robur*, [id est benedicturus sit annonæ ut nutrimentum validum succulentumque præbeat hominibus] *ac in Medrasc dicitur* (s. explicationis causa adducitur) loquere ad filios Israel, ut afferatis manipulum, primitias messis vestræ ad sacerdotem, *ac illud est quod scriptum legitur*, quid superest homini ex omni labore suo quo ille laboravit sub sole (Eccles. II. 23; indicare vult procul dubio, exiguitatem ac quodmmodo vilitatem hujus muneris ostendisse piis, se parum proficere variis curis improboque nonnunquam ad hanc vitam sustentandam labore, si benedictio cœlestis non accedat; Quæ tamen in sequentibus somniat de agitatione ferti, manifestam verborum Ecclesiastis sapiunt detorsionem æque ac rationis in offerendo manipulo observatæ, זה אמר שלמה המלך עליו השלום הבל הבלים ונו׳ וזה רומז התנופה והתנופה שעושה הכהן לפני יהוה לומר שיניף האדם עצמו ויתנועע וישתדל האדם להרויח פרנסתו: id est *hoc dicit Salomo Rex super quem sit pax, vanitas vanitatum omniaque vanitas &c. & hoc indicat agitatio & commotio quam faciebat sacerdos coram Deo, ad docendum, quomodo agitet homo semet ipsum, ac commoveat sese, occupeturque homo ad lucrum sustentationemque suam*; puerilitatis ac Alleguriomaniæ sat superque hæc præ se ferunt; Optime vero manipuli primitiarumque rationem tetigit R. Obadia Sephorno, qui Commentario ad Lev. XXIII. hæc tradit; בכורים העומר היה בכורי קציר חטים ועל שמם נקרא החג יום הבכורים כאמרו וביום הבכורים בהקריבכם מנחה חדשה ואמר ליהוה כי בהם הותר החדש לקרבן ובהיות זה בענין הודאה על שבועות חקות הקציר שבהם היתה סכנת התבואה: היו שתי הלחם חמץ קרבות עם כבשי שלמים כמו שהיה הענין בשלמי תודה על חלות לחם חמץ: id est *Primitiæ manipuli fuere primitiæ hordei, nec fuere primitiæ e messe tritici, ac e nomine illarum vocatur ipsum Festum dies Primitiorum, uti dicunt*, & in die primitiarum cum offeretis munus novum, *& dicitur* Jehovæ [offeretis illud] *quia in iis licita fit nova annona ad oblationem* (Deo ex illa faciendam); *& hoc sit in sensum gratiarum actionis propter septimanas præstitutas messi, in quibus periculum imminebat proventui terræ; fuerunt autem duo panes fermentati oblatio cum agnis Eucharisticis, uti hæc erat ratio in Eucharisticis confessionis super placentas panis fermentati*. Doctoris Christiani verba subjungimus, qui eandem primitiarum dat rationem quam nos supra dedimus, ita ille (6); Ὥσπερ ἀπαρχὰς ἅλωνός τε καὶ ληνοῦ, καὶ τέκνων τοὺς ἀληθῶς φιλοτέκνους, ἀνατιθέναι θεῷ, δίκαιόν τε καὶ ὅσιον. ὅτι παρ' αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ τὰ ἡμέτερα. οὕτω καὶ νέας κληρονομίας, ἵνα τὸ μέρος δοθὲν προθύμως, παράσχῃ τῷ πλέονι τὴν ἀσφάλειαν. *Quemadmodum areæ & torculari primitias, & filiorum, eos, qui vere filios amant, Deo consecrare justum piumque est, quoniam ab ipso & nos ipsi & omnia nostra sunt; ita novæ quoque hæreditatis, ut pars, promte ac libenter oblata, majori parte, securitatem conciliet.*

V. Gentilium Idololatrica] Primitiarum oblatio devotioque num eadem de causa, ad gratias Diis pro agri proventubus solvendas, sit facta; quænamque ejus fuerit ansa ac origo, paucissimis, quam fieri poterit, investigabimus; caventes id potissimum, ut scopulum evitemus bicipitem, unum sc. censemus eorum opinionem, quæ quicquid in mysteriis ritibusque sacrorum apud Gentiles cernit, id statim omne (dico, de multis enim nec ipse dubito quin eo referenda) a Veri Numinis cultu mutuo sumtum ac e Tabulis Mosaicis derivat; alterum eam ducimus conjecturam, quæ e contra sanctissimam rituum Typicorum constitutionem ex impuris corruptissimisque non raro falsæ Religionis ac δεισιδαιμονίας deducit fontibus, verum cultum falsi ac dudum depravati imitatorem, turpiterque corruptam rationem inventorem Deumque sapientissimum executorem tantum constituit; suum vero cuique tribuere mediaque incedere via tutissimum utilissimumque ita & longe jucundissimum cum sit, eo quantum fieri licebit declinabimus.

Pri-

Primitias frugum in gratiarum actionem pro earundem ubertate a mundi Nationibus devotas fuisse, dubitare nos non sinunt plurima e testimoniis jam ante allatis; eas obtulere Diis a quibus tanta emanare censuere bona, uti Telluri, Isidi, Cereri &c. quibus immediate ea accepta tulere, vel Divis a quibus insignibus aliis affecti beneficiis, uti inventione agriculturæ &c. quæ manifeste clamant, cultum huncce e reliquiis rationalis luminis ortum suum traxisse; facillime enim id suadebat, uti primo Capite vidimus, quemcunque largum Benefactorem melius honorari vix posse, quam devotione partis eorundem bonorum quorum ipsemet Author ac Largitor existat; quo testatum fiebat omnia tanta quanta ipsi soli deberi, quodque citra dubium maximum gratitudinis argumentum videri possit, ac re ipsa sit. Videamus illorum Testimonia quæ de veritate ac evidentia hujus conjecturæ non leviter forte persuadebunt. Sic Epictetus cap. 38. ceu pietatis officium erga Deos inter alia offerre Primitias numerat Σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστῳ προσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν. i. e. *Libandum autem & sacrificandum, & offerendæ primitiæ sunt unicuique, ritu patrio: caste, non incondite, nec indiligenter, nec sordide, nec supra facultates.* Rationes vero ex Gentilis Theologiæ penetralibus ritus hujusmodi nobis petit adducitque Simplicius in Commentario ad hunc locum Epicteti, ita enim ille: καὶ γὰρ δίκαιόν ἐστι τοῖς δεδωκόσιν ἀπάρχεσθαι, οὐχ ὅτι δεῖται τούτων ὁ Θεός, οὐδὲ γὰρ τῆς δόξης δεῖται τῆς ἡμετέρας, οὐδὲ τῶν ὀρθῶν περὶ αὐτοῦ ἐννοιῶν, ἀλλ' ἡμεῖς διὰ τούτων, κατὰ τὸ ἐπιβάλλον αὐτοῖς μέτρον ἐπιτηδείων γινομένων πρὸς τὴν θείαν ἔλλαμψιν ὑποδεχόμεθα τοῦ Θεοῦ ὅτις ἄξιος — — — ὅπερ δὲ εἶπον, δι' ὀλίγου τοῦ προσφερομένου καὶ τὸ ὅλον εἶδος ἐκεῖνο ἀνατίθεσθαι, καὶ ἀφιεροῦται τῷ Θεῷ, καὶ τυγχάνει τῇ ἐπιβαλλούσης αὐτῷ θεόθεν ἐπικουρίας. i. e. *Nam jus fasque postulat, iis offerri primitias, qui dederunt; non quod egeat his Deus; (neque enim probitate nostra eget, neque rectis de se opinionibus) sed nos per hæc, pro ea mensura quæ nobis convenit, illustrationis Divinæ facti capaces, Deum suspicimus, qui dignus est &c. Quod vero dixi, per exiguas istas primitias totum genus illud dedicatur & consecratur Deo, & convenientem ipsius Dei opem consequitur*; & quæ sequuntur lectu vere digna. Ante omnia Agriculturam Divinam ac a Diis acceptam Gentiles censuisse artem Author nobis est Callimachus qui de Cerere hunc in modum canit (7);

Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε.
Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτα
Ἀσταχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἁνίκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.

Pulchrius est, ut civitatibus gratas Leges dederit;
Pulchrius, ut culmum & sacros manipulos primos
Spicarum absciderit, & boves calceare immiserit,
Cum Triptolemus bonam doceret artem.

Triptolemus iste quis fuerit docet nos Pausanias, Cereris scil. Mystes ab ipsa mysteriis suis imbutus eaque mortalibus tradens, hancque in rem citat versus Dysaulis (8);

Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν,
Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν.

Mystica sacrorum Diva didicere magistra,
Triptolemus Dioclesque simul frænator equorum,
Eumolpus, Celeusque Duces Populique Parentes.

Alibi quoque Arcades ab isto sacerdote edoctos fuisse frumenti sationem asserit (9); Μετὰ δὲ Νύκτιμον ἀποθανόντα Ἀρκὰς ἐξεδέξατο ὁ Καλλιστοῦς τὴν ἀρχήν. καὶ τόν τε ἥμερον καρπὸν ἐσηγάγετο οὗτος παρὰ Τριπτολέμου, καὶ τὴν ποίησιν δίδαξε τοῦ ἄρτου, καὶ ἐσθῆτα ὑφαίνεσθαι, καὶ ἄλλα τὰ ἐς ταλασίαν μαθὼν παρ' Ἀδρίστας. *Mortuo Nyctimo Arcas Callistus filius Regnum suscepit; hic & frumentum a Triptolemo acceptum popularibus tradidit, panemque facere eos docuit; vestium texturam totumque lanificium, quod ab Arista didicerat, monstravit*; Quæ non parum illustrantur a Fabularum Scriptore ac Commentatore Hygino, qui ita de Triptolemo [10]; *Ceres Triptolemum jussit, omnium nationum agros circumeuntem, semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero victu segregarentur.* Romanos novæ annonæ frugumque abundantiam Cereri acceptam tulisse, novasque fruges ipsi sacratas censuisse, discimus hinc quod eas gustare religioni duxerint, hac Diva nondum placata; ita A. Gellius lib. 4. cap. 6. porca *etiam præcidanea appellata, quam piaculi gratia*

tia ante fruges novas captas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant; quæ confirmat Festus. Præcidanea agna *vocabatur, quæ ante alias cædebatur: item* porca, *quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, i. e. glebam non objecisset; quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent.*

VI. Hinc Athenis Θεσμοφόρια mense Pyanepsione sationis tempore indicta fuit Cereris Feria, quæ & Drymæis observata tradente Græciæ Descriptore (11) Δήμητρος δὲ θεσμοφόρου Δρυμαίοις ἱερὸν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται, καὶ αὐτῇ Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἀπάγουσιν ἐπέτειον. *Cereris Legiferæ apud Drymæos est fanum pervetustum, imago autem ejusdem lapidea facta stantis habitu; ac Thesmophoria ei celebrant festum anniversarium.* De Atheniensibus festum hoc celebrantibus memoriæ hæc tradit Theocriti de sententia Thelyti Methymnæ ad Bacchica carmina enarrator, (12) a Natali Comite citatus (13); Νόμος γὰρ ἦν Ἀθηναίοις κατ' ἔτος τελεῖν τὰ θεσμοφόρια ταῦτα. παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς, τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανεὶ λιβανεύουσαι, ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. *Lex enim fuit Atheniensibus ut hæc Thesmophoria quotannis celebrarent mulieres virgines ac vitæ honestæ, quæ per solemnitatis diem legitimos sacrosque Libros super vertice gestantes, tanquam supplicantes Eleusinem contenderent.* Quinque dierum hanc feriam occupasse spatium conjicitur ex ex loco Aristophanis (14);

> Ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορείων ἡ μέση.
> *Quia tertius est Thesmophoriorum dies qui medius.*

Ubi Bisetus annotat, ἐκ τούτων τινὲς ἀξιοπίστως τεκμαίρονται τὴν τῶν Θεσμοφορείων ἑορτὴν πέντε ἡμερῶν γενέσθαι, ἐπείπερ ἡ τρίτη ἦν μέση. Medius hicce dies vocabatur Νηστεία, eo quod Virgines ad festum celebrandum selectæ jejunio diem hunc celebrabant, teste Athenæo [15]. Ceres ac filia ejus Proserpina vocatæ sat communiter Θεσμοφόροι uti apud eundem (16) Comicum,

> Κἀν Θεσμοφόροιν μέλλουσι περὶ μοῦ τήμερον
> Ἐκκλησιάζειν ἐπ' ὀλέθρῳ. — —
> *Et in (æde) Thesmophorarum constituerunt de me hodie*
> *Concilium habere in perniciem meam.*
> Ἀλλ' ὦ περικαλλῆ Θεσμοφόρω, δέξασθέ με
> Ἀγαθῇ τύχῃ καὶ δεῦρο πάλιν οἴκαδε. [17]
> *Sed o Sepulchræ Thesmophoræ recipite me*
> *Bonis avibus, & huc rursus domum.*
> Εὐφημεῖτ' ἔστω.
> Εὔχεσθε τοῖν Θεσμοφόροιν,
> Τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ. (18)
> *Favete Linguis,*
> *Vota facite Thesmophoris*
> *Cereri ac Proserpinæ.*

Ad primum locum adnotat Bisetus, Θεσμοφόρους δὲ αὐτὰς καλεῖ, ὅτι ἡ Δημήτηρ πρώτη τοῖς ἀνθρώποις θεσμοὺς, εἴτε νόμους ἐνεγκεῖν πεπίστευται. ὁ δὲ τῆς μητρὸς ἴδιον, τοῦτο κατά τινα κοινωνίαν τιμῆς τῆς ἀμφοῖν κοινῆς καὶ τῇ τῆς Δήμητρος θυγατέρι προστάττεται. i. e. *Legiferas eas vocat, quoniam Ceres prima hominibus Leges ponens sive Leges introduxisse fertur; Quod autem Matri proprium id per communem ambabus honorem quoque Cereris Filiæ tribuitur;* Orpheus Cereri arationis inventionem attribuit in Hymno ad laudem ipsius composito,

> Ἣ πρώτη ζεύξασα βοῶν ἀποτῆρα τένοντα,
> Καὶ βίον ἱμερόεντα βροτοῖς πολύολβον ἀνεῖσα.
> *Colla boum quæ prima gravi subjecit aratro,*
> *Felicemque dedit victum mortalibus ægris.*

Et Ovidius [19];

> *Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,*
> *Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,*
> *Prima dedit Leges, Cereris sunt omnia munus.*

& alibi eadem docet (20);

> *Prima Ceres docuit turgescere semen in agris.*
> *Falce coronatas subsecuitque comas.*
> *Prima jugo tauros supponere colla coegit,*
> *Et veterem curvo dente revellit humum.*

Alia bene multa, præsertim Latii Vatum, testimonia facili negotio cumulare possemus; unum solum addimus Philosophum, qui secundum Græcorum traditionem agriculturam ab Atheniensibus, qui uti vidimus illam a Cerere accepere, derivat [21];

> *Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris*
> *Didicerunt quondam præclaro nomine Athenæ,*
> *Et recreaverunt vitam Legesque rogarunt;*

Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ.

Alibi tamen experientiæ indefessoque labori hanc artem vel saltem ejusdem tribuit perfectionem (22)

Navigia, atque agri culturas, mœnia, Leges,
Arma, vias, vesteis, & cætera de genere horum &c.
Usus, & impigræ simul experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredienteis.

Priorem vero conjecturam firmat M. Tullius (23), *adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, Religio, fruges, jura, Leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur*; Hinc spicea Corona Ceres picta, uti notissimum, ac imago ejus manipulos manu gestans notatur a Theocrito (24)

Οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανάσατε νύμφαι,
Βωμῷ πὰρ Δάματρος ἀλωάδος; ἇς ἐπὶ σωρῷ
Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον. ἃ δὲ γελάσαι,
Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.

Quale tunc poculum miscuistis Nymphæ,
Apud aram Cereris arealis? in cujus acervo
Utinam iterum magnum ventilabrum figam, & ipsa rideat,
Manipulos & papavera utraque manu tenens.

Inde notabiliter *Ceres* pro *frugibus* sat vulgariter dicta, cum fruges ejus censerentur dona, ita canit Horatius [25]

Vivunt & rigidi Getæ,
Inmetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.

Et alibi eundem in modum (26);

Nos manet Oceanus circumvagus arva beata,
Petamus arva, divites & Insulas.
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et inputata floret usque vinea.

Saturnum fructuum præsertim arborum inventorem quoad usum a nonnullis habitum fuisse traditur a Macrobio ubi in Saturnalium inquirit originem (27); *simulacrum ejus indicio est, cui falcem insigne messis adjecit. Huic Deo insertiones surculorum pomorumque educationes & omnium cujuscemodi fertilium tribuunt Disciplinas; Cyrenenses etiam, cum rem divinam ei faciunt, ficis recentibus coronantur, placentasque mutuo missitant, mellis & fructuum repertorem Saturnum æstimantes.*

VII. Dubium ergo non restat qua impulsi causa Gentiles frugum primitias optimumque annonæ Diis sacra fecerint, cum messis, agriculturæ &c. bona artemque abs iis accepta crediderint, vel potius homines eos a quibus tam utilissimam hanc edocti culturam in Divorum retulerint censum, nam

Cœptus ab agricolis superos pervenit ad omnes
Ambitiosus honor; [28] ——

Ac terram ipsam vario nomine ob insignem hominibus animantibusque quotidie præbentem utilitatem pro Dea, Nutrice, communi Magnaque coluerunt Matre; ac hac ratione, licet confusio omnis, uti colentis cum subjecto culto, agriculturam docentis cum terra reddente messem, non semper evitata sit, permoti ex proprio impulsu jubenteque rationali lumine, benefactricem Tellurem jam ab antiquissimis ævis cultu Divino prosequentes, ei bona præmiaque vovere quæ ab ipsamet accepta tulere, cum putarent, se nullo oblationum genere gratitudinem suam manifestare posse; hinc cultum in grati animi testimonium Cereri exhibitum demonstrat Vates (29);

Annua venerunt Cerealis tempora Sacri,
Secubat in vacuo sola puella toro.
Flava Ceres, tenues spicis redimita capillos,
Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?
Te Dea munificam gentes ubicunque loquuntur,
Nec minus humanis invidet ulla bonis.

Et alibi suis quosque donis cultos exhibet Deos (30);

At prius arboribus, tum cum meliora fuere,
Tempora, certamen fertilitatis erat.
Cum Domini memores sertis ornare solebant,
Agricolas fructu proveniente Deos.
Sæpe tuas igitur, Liber, miratus es uvas,
Mirata est oleas sæpe Minerva suas.

Accinit Tibullus (31);

Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

Deos agricolas vocant uti & in illo (32);

 Illa

Illa Deo sciet agricolæ pro viribus uvam,
Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.

& alibi idem [33];

—— —— *dum carmine nostro*
Redditur agricolis gratia cœlitibus.

Agricolarum vetustatis festa carmine celebrat Horatius (34)

Carmine Di superum placantur, carmine Manes,
Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum pueris & Conjuge fida;

Lucretius qui Religionem omnem ex timore ortam

Primos in orbe Deos fecit timor ——

asserit, ritum hunc Primitias offerendi ludit, simul tamen indicans undenam derivandus sit, ita ille [35]

—— —— —— *ardua cœlo*
Fulmina cum caderent, discussaque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad ortus
Lustrata dejectus humo, Lunæque senectus,
Et reparatus honos; hinc signa effusa per Orbem,
Et permutatis disjunctus mensibus annus
Projecit vitium hoc; atque error jussit inanis
Agricolas primos Cereri dare messis honores,
Palmitibus plenis Bachum vincire; Palemque
Pastorum gaudere mann. ——

metu ergo potentiarum invisibilium uti omnem ita præsertim hanc pietatem cultumque ortum esse existimat, adeoque rationis tribuit dictamini. Nil enim in hoc primitiis placandi Numina more apparet, quod hominibus revelatione omni destitutis ac a cognitione veri Numinis alienissimis suggerere facili sat nogotio nequivisset residuum licet exiguum rationale lumen; imo inde eos ejusmodi cultus ansam sumsisse testimonia hactenus allata ad unum omne evincunt; ita ui necessitas plane nuila flagitet ad sacra confugete Oracula, ac e Sina monte ritum primitias offerendi ad gentes derivare: præsertim cum ejus antiquitatem ultimam, Naturæ persuasioni non repugnantem ac Divino beneplacito sanctificatam ac revelatione conse-cratam, ostendat primum ac fere in Natalibus mundi peractum sacrificium, vel saltem primum eorum quorum historiam sacra pagina nobis tradit; biga primorum fratrum Deum quisque pro facultatibus suis vitæque conditionis forte colens, alter obtulit מבכורות צאנו ומחלבהן *e primogenitis ac optimo gregis*, alter vero munus attulit *e frugibus terræ* מפרי האדמה, quas e primitiis quoque desumtas fuisse vel ipsasmet primitias fuisse, licet Spiritus S. taceat, probabilitatis tamen non omnem abhorret speciem, nisi forsan quisquam malit eo propter a numine rejectum fuisse Caini munus, quod non ad instar fratris constiterit e primitiis, cujus tamen rationem longe aliam adstruit D. Paulus Hebr. XI. 4. ac Philo Judæus præterea persuasum habet, Caini munus fuisse e frugum primitiis. Quæ vero opinio directe huic opposita sibi persuadet, Gentium morem enarratum sanctissimis Divinis Legibus de Primitiis ac Primitivis vero Numini consecrandis ansam materiamque præbuisse, huncque ritum Legis Positivæ e Cereris ac Apollinis Deastrorum Sacris in Ceremoniarum Legalium arcana ac Divina mysteria transiisse & in familiam Jehovæ quasi adoptatum fuisse, tantum paradoxi præ se fert, præsertim cum statim demonstrabitur longe augustissimam S. S. Mediatoris θεανθρώπου Personam symbolice hac in ceremonia latuisse, ut ei assensum præbere merito religioni ducamus, licet eam adstructam neque insolerter probatam videamus a Cel. Spencero (36); sed cum nec minori sollertia ac forsan majori soliditate ac evidentia confutata ac pessumdata jam sit a viris Celeberrimis Herm. VVitsio (37) ac Rod. Cramero (38), nobis otium hac in re factum non immerito censemus.

VIII. Ad sublimiora nunc assurgere ac a minoribus ad majora procedere animus est; in Ratione enim Morali Legis istius cum Judæis acquiescere Christi nomen gerentibus non datur, melius quippe edoctis non e traditione Magistrorum sæpissime cortici inhærentium ac studio dataque opera cœcutientium, neque instructis tantum traditione Mosis, licet vera, e Sinai, sed sacratissimis Tabulis Novi Testamenti Ministrorum verbisque S. Spiritus fallere fallique omnino nescii, qui non uno in loco Voluminum sacrorum Novi Fœderis sat aperte hunc Veteris Ecclesiæ ad servitutem natæ præscriptum ritum ad sensum spiritualem augustissimaque transfert mysteria, ut ergo Chri-

Chriſtiani animi non ſit in veſtibulo hærere, cum via ad intima tranſeundi ſacrorum Penetralia pateat.

Sacri Codicis Interpretes ſat ſteriles in exponendo demonſtrandoque Primitiarum myſterio invenio, pleroſque cortici tantum adhærentes. Nos tria potiſſimum Primitiarum manipulo figurata fuiſſe deprehendimus. Primo loco quædam adumbravi reſpectu populi a quo oblatus, & cui hocce madatum præſcriptum erat; Id nobis digito monſtrat Oraculum Divinum Jerem. II. 3. קדש ישראל ליהוה ראשית תבואתה *Sanctitas eſt Iſrael Jehovæ primitiæ proventus ejus, quotquot medebant illum, rei efficiebantur, malo affecti ſunt*; manifeſta fit alluſio ad oblationem Omer Primitiarum, qui uti ſegregatus fuit e tota terræ ſegete modoque peculiari plane Deo ſanctificatus; ita ſemen Abrahæ e totius univerſi gentibus Deo ſelectum, repudiatis ad tempus cœteris, relicta quaſi univerſa reliqua meſſe unice Deo erat acceptum gratumque, ceu gens ſancta ac Regium ſacerdotium; ejuſmodi admodum notabilis extat compellatio, quam Jehova adhibuit increpatione Ægyptiorum Tyranni בני בכורי ישראל *Filius meus primogenitus eſt Iſrael* Exod. IV. 22. quem ſolum itaque prærogativis favoreque ſingulari beatum reddere voluit comparatione petita a primogenitis; nec non alibi Deus, ad ſpecialem quo eum proſequebatur amorem teſtandum ait, *ſe inveniſſe Iſraelem veluti uvas in deſerto, ſe vidiſſe Patres illorum* כבכורה בתאנה בראשיתה *uti primitivum fructum in ficu, principio illius*. Hoſ. IX 10. E gentibus univerſi orbis terrarum ceu immenſæ latitudinis ac miræ fertilitatis fundo uberrimaque ejuſdem meſſi ſolummodo ſanctificatos cernimus Jacobi poſteros, ceu quendam manipulum, reliqua ingenti meſſe in uſum profanum ac communem relicta, quæ aliquando in ipſiſmet hiſce Primitiis ſancta cenſenda foret; Metaphora adhuc clarior adjungitur deſumta a novæ annonæ interdicto, huic in Primitiarum manipulo præcepto ſtricte adjuncto, quod itidem hocce loco de Iſraele uſurpatur: reus enim fiebat toſtum vel virentem ſpicam ante manipuli oblationem in uſum proprium ſibi ſumens, idque e mandato Lev. V. 15. & XXIII. 14. ita enim primitiæ adhuc in integra meſſe contentæ, hæc ideo prohibita merito cenſebatur, comedens quippe ex nova annona reputatus erat quaſi comedens Primitias, quæ, utpote Deo unice ſacratæ, ad omnem communem vitæ uſum erant interdictæ. Ita rei pronunciati conſumentes Iſraelitas inimici ad vexationem tyrannidemque in eos exercentes, Ægyptii, Amalekitæ, Cananæi, Madianitæ &c. qui omnes hujus ſacrilegii luere pœnas, adeo ui male eos id habuerit: Temporis quidem ſucceſſu hæ populorum Primitiæ, Judæi ſc., revera a Gentibus ſeculi, Babyloniis, Aſſyriis, Græcis &c. fuere deglutitæ ac nonnunquam peſſumdatæ; a majorum quippe fide ac ſanctimonia longiſſime recedentes, perſecutores tamen pœnam non effugere, poſt abſolutum ab iis a Divina vindicta emenſumque præſcriptum ſtadium, quo decurrere iis conceſſum ſingulari Dei cura, qua indigitare citra dnbium voluit, cum Veteres Primitiæ ſibi quondam ſelectæ ad corruptionem magis magique vergant, ſe mox novas ſibi ſeparaturum, adducturum præcipuum earundem Anti-Typum, reliquam meſſem ſe gradatim ſanctificaturum, ac nationes mundi agri immundi ad inſtar ob infidelitatem habitas, mox uti meſſem jam per Primitias Iſraeliticas ſanctificatam ſe accepturum in eo, qui pleniſſimo ſenſu Primitiæ ac Primogenitus omnium dici queat; adeo ut tandem nil vetitum, nil temeratum, nil rejectaneum amplius futurum ſit, ſed tota ſeges cenſeri in poſtera poſſit uti primus manipulus, univerſaque meſſis æque ac Primitiæ dudum ſanctificatæ.

Huc reſpicit Divus Gentium Apoſtolus, ubi ait ἐι δὲ ἡ ἁγία ϗ τὸ φύραγμα Rom. XI. 16. qui locus in primis eſt Sacri N. T. Voluminis quibus ad Veteres Primitias alluditur. Nexum illius inſtituere loci hujus non eſt, cum probe inſpicienti in oculos incurrat, ac abundanter ab Interpretibus Doctis devolutus ſit. Apoſtolo ſermo eſt de ἀπαρχαῖς ex maſſa fermenti, ſive de Primitiis חלה *placentarum*, non vero de manipulo in ſpecie, niſi in quantum unum ac alterum fuit ſpecies Primitiarum; uti vero oblata placenta primitiarum integra maſſa ſancta, devota, ac benedicta in ipſa חלה cenſebatur, ita Judæi non plane omni pterogativa, qua uti ſemen Abrahæ tam diu gaviſi erant, privandi; nec adeo omnis ac tam ſollemnis promiſſo Patribus facta in eorum poſteris expirabit: cenſeri quippe poſſunt tanquam maſſa quædam in Majorum primitiis Deo jam devota ſanctaque pronunciata; quapropter reliquæ orbis Gentes opinari vix debent, Judæis omnem ad Deum ac Novi Fœderis Mediatorem J. Chriſtum hactenus turpiter ab ipſis repudiatum ſpem eſſe denegatam,

tam, cum ipsi quidem tanquam Primitiarum residua impura impræsentiarum sint relicti, atque oblationes spirituales Deo absque ullo discrimine ex universa messe desumantur, tamen oblato dudum Vero ac spirituali mysticæ messis manipulo ac libato expiationis veræ sanguine fertoque ac libamine gratissimi odoris acceptato, illi, qui hactenus pro Primitiis reputati, nunc cum cœtera recensentur messe, ac una & cum ea in plenitudine dierum tandem sunt consecrandi ac revera in odorem benevolentiæ offerendi; cum jam prioribus mundi ævis in Patribus eorumque fide fuerint sacrati ac in primitias universæ segetis in iis sint selecti, illi scilicet qui Patrum sectabuntur fidem, ac vera fide quærent Jehovam Deum ac Davidem Regem ipsorum. Conferri poterunt celebriores inter Interpretes, inprimis Cl. Coccejus in h. l.

IX. Secundo loco a Veteris Oeconomiæ Primitiis locutio sumitur transferturque ad Fideles Novi Testamenti ac vera fide credentes in ejus sponsorem J. Christum: ita Jacobus ejus Discipulus in epistola a se scripta cap. I. vs. 18. de se ac de Ecclesia quam e Judæis dispersionis plantaverat ait, *Deus Pater luminum &c. quia voluit, progenuit nos sermone veritatis* εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, *ut essemus nos primitiæ quædam ejus creaturarum*; Sermonem dirigit ad eos, qui quondam partem constituere populi Judaici adeoque Primitiarum e gentibus mundi sub V. Oeconomia, quos nunc vocat Primitias Creaturarum sub Nova: primi e vocatis ad communionem Evangelii vitæ ac gratiæ, omnino erant ex Israelis posteris, quos ceu oves perditas recolligere ad arva prima erat cura Magno Ovium Pastori, iis nunciat fervidus Evangelii Præco, ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Act. XIII. 46. ut iidem qui in Patrum fide ac promissionibus iisdem factis erant secreti ac sanctificati forent Primitiæ utriusque Oeconomiæ; ut iidem, quibus τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ erant concredita ac quasi custodes positi Oraculorum cœlestium, primi omnium verum ac salutarem ex iis perciperent fructum, ac ex iis accepta pugillatio quasi, residuo ad communem usum relicto ac pro profano reputato. De copia primorum credentium ingenti quidem contradistincte hoc loco Primitiarum venientium nomine ad plenitudinem gentium futuris adhuc seculis subsequendam hic cogitare cum Ill. Grotio minus aptum ducimus, cum sermo fiat ad duodecim tribus tunc in exilio quasi ac dispersione degentibus, qui ex toto hominum genere una cum Fratribus eorum, Palæstinam adhuc inhabitantibus, selecti ad adoptionem Filiorum Dei per Mediatoris sanguinem, primi certiores facti de salute jam parta per ingressum summi Pontificis confessionis nostræ in adytum manu haud factum, primis illis annunciata justitia æterna jam producta, primi vocati ad participationem altaris spiritualis, primi instructi de pariete intergerino sublato, de gloriosissimo Regis Messiæ Triumpho ac spirituali Regno ipsi a Patre in omnes mundi gentes tradito, primique ex eorum cœtu vocati N. T. Ministri ac Apostoli Agni, primaque ex medio eorum desumta instrumenta quibus nomen magnum J. Christi portabatur ad gentes seculi. Hæc erat prærogativa neutiquam contemnenda quæ Judæis minime deneganda, eaque gaudebant peculiari Dei gratia, uti suadet tota primitivæ Ecclesiæ plantationis Historia, primique sermonis vitæ progressus monumenta a Divino Spiritu afflatis Viris literis consignata.

Israel corporalis Ecclesiæ Primitiæ esse debebat in una alteraque Temporum ac dispensationum Oeconomia, ut vel eo ipso distincte adumbraret Israelem spiritualem, Filios Dei gentemque electam, quæ rejectis cœteris sola Deo regeneratur, justificatur ac sanctificatur, ipsi sola est selecta, accepta ac propria.

Inter elogia Beatorum cum Agno Dei in monte Sion mystico versantium ac conspectorum a Johanne, & hoc recensetur, quod hi 144000. emti ex hominibus sint ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ Apoc. XIV. 4. citra dubium numerus hicce symbolicus supra cap. VII. ejusdem libri accurate recensitus Israelem ejusque tribus spirituales, N. T. Ecclesiam ejusque viva membra intrepidos nominis J. Christi confessores designabat, cum agnum dicantur sequi quocunque vadat; emti dicuntur ex hominibus, ad instar Populi ex Ægypto corporali liberati inque gentem peculiarem a Deo assumti, ita hi vindicati in libertatem filiorum Dei ex Ægypto Spirituali ac Babylone mystica, ita Deo consecrati devotique, ut toti forent cultui, timori, confessioni nominis ejus dediti, ac prærogativam hancce in omni vita sua ita præ se ferentes, ut eorum ope ingens hominum multitudo ex reliqua messe, imo universa tandem messis Deo Agnoque consecratura sit, adeoque sancta puraque futura integra massa.

Eo-

Eodem fere ſenſu vocat D. Paulus Epænetum Rom. XVI. 5. & Domum Stephanæ I. Cor. XVI. 15. ἀπαρχὴν τῆς Ἀχαΐας *primitias Achajæ* v. ex Achaja, qui ſcil. e regione iſta primi popularium ad Chriſti Evangelium converſi, ſeſe Deo per lavacrum regenerationis conſecrarunt, Chriſtoque nomen dederunt, qui & dubio procul inſtrumenta fuere, quorum ope & multa reliquorum pars adſtipulati veritati cœleſti, ac ut ſanctificata jam reputati meſſis in iis qui ceu Primitiæ a Spiritu S. ſegregati ad communionem Dei & aræ ſpiritualis adducti & Spiritu ſanctificationis oblati fuere.

De fidelibus N. T. etiam ex gentibus dicit D. Paulus, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, *ſed & ipſi primitias Spiritus habentes*, Rom. VIII. 23. manifeſta ad ritum huncce ac gentilium ἀπαρχὰς alluſione. Quomodo vero N. T. Eccleſia Primitias Spiritus S. accepiſſe dici poſſit, cum jam Veteres Fideles Patreſque etiam ſub Promiſſionis Oeconomia viventes illo gaudebant, dubium ſcrupulumque movere non debet, cum intelligatur, uti & multis aliis in locis, Spiritus adoptionis datus ex promiſſione neque ex menſura ſed ad arrhabonem hæreditatis, uti præcedentia his verba aperte ſat demonſtrant; *Primitiarum* voce deſignare vult Apoſtolus quiddam imperfectius ac ex parte tantum, ſed quod notat certam adductionem integri ac perfecti, uti notat Cel. Coccejus; Quemadmodum enim Iſraelitæ ex oblatione Primitiarum ſpem concipiebant meſſe ingenti ac benedictione abundanti frugum ac annonæ fruendi, ita credentes ex Spiritu S. doniſque ejus, in quantum iis hoc in ſeculo beantur, ſperant gaudii æterni plenitudinem meſſemque valde omnibuſque numeris glorioſam; Spiritum accepere *in Primitiis*, ita quaſi videri poſſunt dum his in terris ſpirant ſperantque, deinde vero illum expectare poſſunt imo firmiter expectant accipiendum *in plenitudine*, cum tranſlati quondam ex fide in Viſionem, Deumque videbunt ſicuti eſt.

Cum in Primitiis integra oblata devotaque cenſebatur meſſis, ita Primitias Spiritus quaſi hæreditatis primitias fideles accipiunt, quibus tota tanta quantaque cœleſtis hæreditas poſſeſſioque adſignatur ac confirmatur, unde idem Spiritus dicitur ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν Epheſ. I. 14. In Apoſtolis ſolis haſce primitias reponere non poſſumus, qui equidem prima Spiritus S. prodigiorum operatoris dona accepere mirifica, iiſque omnium in Nova Oeconomia gaudebant; longe tamen latius hic Spiritus Primitias accipi debere ſuadet ſcopus Apoſtoli in integro hocce capite ac verborum nexus, ubi nihil de ſuo ac Cooperariorum miniſterio, nil de ſuis laboribus ac periculis, ſed de hominis peccatoris juſtificatione, de Spiritu S. fidelibus N. T. dato, de adoptione in filios Dei, ac gloriatione in merito Chriſti, ac quibuſcunque bonis in omnes ſine diſcrimine fideles redundantibus; de quibus, cum Commentarium non ſcribamus, ad Interpretes B. L. remittimus.

X. Evidens tandem ac Illuſtriſſimus Typus ac adumbratio fuit Manipulus Primitiarum ſummi ſacerdotis melioris Teſtamenti Jeſu Chriſti, qui in Veteri Oeconomia quam clariſſime per illum adumbratus fuit, uti dubitare nos non ſinunt ſacræ paginæ N. T. loca evidentia ſtatim recenſenda. Parallelismum inſtituere inter utrumque ſignum ac ſignatum, convenientiam demonſtrare figuræ cum re figurata Typumque cum Anti Typo conciliare uti difficilis negotii non admodum eſt, ita & nos ea omnia digito monſtraſſe acquieſcendum putamus, præſertim cum haud ignoramus, ejuſmodi comparationes nonnunquam ſat infeliciter inſtitutas fuiſſe & adhucdum inſtitui, locoque demonſtrandi ac illuſtrandi Anti-Typum illum non raro multo obſcuriorem ac non raro plane inviſibilem reddi, ac pro totidem convenientiis tot vel plures diſconvenientias deprehendi, quibus non raro effectum, ut Theologia Typica apud parum cordatos vileſceret, ac neſcio quæ temeritatis ac ineptiæ nota Divino huic ſtudio inuſta ſit, quæ longe abſit quin detrimentum vel maculam ipſi contrahat, merito in capita imprudentium ac quandoque mera ſomnia ac luxuriantis ingenii productiones vendentium rejicienda, quam Doctrinæ ipſimet impingenda; Iis vero in figuris, perſonis, ritubus, ceremoniis, ſymbolis in Veteris Oeconomiæ Legalis myſteriis occurrentibus, ad quæ in Novi Fœderis Sacra pagina manifeſta ſit alluſio vel etiam nonnunquam expreſſe convenientia indicatur, atque ita Spiritus S. ipſemet ſenſum ac ſignificationem ſymbolicam inveſtigare videtur, ac indigitare hic vel illic latere myſterium, ac auguſtiora quædam quam quæ ſtatim apparent cogitanda eſſe; ibi demum conjecturæ ac ulteriores convenientiarum inveſtigationes legitimæ imo neceſſariæ ac neutiquam contemnendæ reddentur, cum quicquid ponderis hæ habeant unice ad hanc trutinam expenden-

dendum, ac ubi infallibilis ille Doctor viam vel aperte commonstraverit vel saltem nutu indicaverit ibi minime, sed ubicunque alibi cæcutient conjecturæ humanæ, quæ nonnisi illo præeunte secure peti queunt, uti v. c. in hoc, circa quem versamur ritu, quoniam locis N. T. jam allegatis & adhuc allegandis vidimus Spiritum S. locutionem a Primitiis multitudo desumere ac metaphoram inde mutuo petere, viam nobis ipsemet digito monstrat augustissimum quid hac in oblatione adumbratum fuisse respectu Novæ Oeconomiæ ac summum hac in cerimonia latere mysterium, quod partim aperte indicat, reliquum vero piæ animæ meditationi investigandum relinquit; ita omnino conveniens piumque existimamus in ea penetrare, eorumque sensum plenum quantum poterimus percipere. Congruentiarum selectum inter Manipulum Primitiarum & J. Christum, uti in aliis Typis, ita & hic loci non nimis præter verba ipsius S. Scripturæ urgendum censemus; observari tamen sequentes congruentias non abs re erit. Mandatum Divinum huncce manipulum offerendi comparari poterit cum J. Christi munere triplici ipsi divinitus in æterno Pacis consilio a Deo Patre demandato, ac sponsione Fœderis gratiæ quam sponte suscepit; selectus manipuli ex integra terræ messi ac communi proventu agri figurare potest Naturæ carnisque J. Christi humanæ separationem ac sanctificationem e genere mortalium, in hostiam futuram odoris gratissimi; Vile hordeum in oblationem hancce adscitum convenit cum humilitate Mediatoris Divini carentis omni specie ac abjectissimi ac contemtissimi hominum, Viri dolorum; Mergitis ex hordeo admodum sollemnis ad atrium Templi adductio non male repræsentat magnificum adeo ingentique Re turba confluente stipatum ultimum Regis Filiæ Sion ingressum in urbem ædesque sanctas, ad offerendum semet ipsum in ligno crucis maledicto celebrato prius extremo Paschate legitimo. Similtudo institui potest inter purgationem, præparationem, torrefactionem, commolitionem &c. granorum hordei, ac comminutionem multimodam, fractionem, contritionemque corporis ejus, quod cedebat in sacrificium ad sanctificandam ingentem messem populi sui mox per messores spirituales in horrea Veræ N. T. Ecclesiæ congregandam, ac auferre debebat iniquitatem terræ illius uno illo die. Manipuli oblatio pro universo Israelitarum cœtu facta hoc in tertio quoque conveniebat cum sacrificio meliora loquentis præ illo Abelis, sanguineque aspersionis fuso pro peccatis universi credentium mundi, spiritualis Israelis Anti-Typo carnalis manifesto, eumque sanctum ac Deo devotum efficiebat. Interdictum novæ annonæ ante oblatum Omer figurabat, ante Sacrificium corporis Christi nonnisi Judæorum Primitias Sanctas fuisse Deo, post illud vero oblatum totam messem gentium factam esse Sanctam, adeo ut nil amplius nec immundum nec illegitimum. Manipuli residuum unicuique homini mundo in usum communem, si id redemisset, cedebat, inque eo congruisse videri poterit cum merito effectoque oblationis ac obedientiæ perfectissimæ Filii Dei, quæ unicuique appetenti in commodum ac refocillationem animæ, imo in ejusdem sanationem cedit, si vera fide appetatur.

XI. Locus Sacræ N. T. paginæ quo præcipue docemur Jesum Christum Primitiis in V. T. oblatis adumbratum fuisse, quoniam inde manifestam allusionem desumtam cernimus extat 1. Cor. xv. 20. Νυνὶ δέ, *Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν. ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο* hoc dicto continetur tertia Ratio qua D. Apostolus astruere ac evincere conatur veritatem dogmatis de resurrectione corporum nostrorum, argumento longe efficacissimo desumto a resurrectione Capitis nostri J. C. qui per eam ipsam vivificationem corporis sui factus sit *ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων Primitiæ dormientium*. Videmus Primitias V. T. hic transferri ad Novam Oeconomiam ejusque Cardinem ac lapidem summum angularem, & specialiter adhiberi de Christo resurgente ac e mortis sepulchrique vinclis liberato; ostendendum nobis erit qua ratione Spiritus S. J. Christum resurgentem ex mortuis cum Veteris Oeconomiæ Primitiis comparavit. Divinus Novi Fœderis Mediator summo jure hoc Typo adumbratus dici potuit, cum ab æterno non solum Sponsoris munus Ipsi datum ac delegatum, sed & corpus Ejus naturaque humana in plenitudine temporis adaptata, sanctificata, ac ad tam insignem hostiam idonea reddita fuerit, ut per id ipsum sacrificium in ea natura super ara Divinitatis peractum populus suus sanctus, justus, inculpatus efficeretur; Corpus ergo sanctissimum J. Christi, morti traditnm propter offensas nostras ac vitæ redditum ad nostri justificationem, sese habuit respectu mortuorum ex populo suo redemto eodem modo, uti sese habebat Primitiarum manipulus respectu universæ messis; hæc cen-

censebatur immunda, vel potius Deo devota ideoque ad omnem usum interdicta, donec ex ea desumtus manipulus frugum Templi atrio foret illatus ac pugillus ex eo separatus aræ immissus, quo demum integra frugum messis sanctificata vel ad usum quemcunque licita omnique maledictione liberata censebatur; sub messis segetisque emblemate sæpius stylus figuratus Spiritus S. repræsentat genus humanum s. potiorem ejusdem partem, uti Math. IX. 38. XIII. 24. immunda est corruptaque plane hæc messis, omni virtute in statu naturali carens, omni Divina benedictione indigna, Deoque ac Justitiæ ejus in æternum obnoxia, nec alio modo unquam sancta evadere valet nisi per sacrificium corporis Christi, qui nullo alio fine sub servi forma adparuit, humanaque sese circumvestivit carne, quam ut fieri posset Primitiæ hujus messis adeoque illam sanctificare, Devotioneque qua Deo obnoxia illam liberare, Primitiæ enim pro frugum messe oblatæ aliunde quam ex ipsis frugibus desumi non potuere; ita non nisi Christo beata ad vitam resurrectione reviviscent ad ipsum pertinentes, quoniam ipsemet est resurrectio ac vera vita.

Primitiarum manipulo immolato messem demetere ac in horrea colligere licitum erat; Christo oblato ac ad vitam superasque ad auras evaso tota messis pura aptaque reddita, ut ex illa omni loco ac tempore hostiæ vivæ mundæque per cultum rationalem ex quacunque gente sub cœlo Deo sisterentur, liberandæ a vinclis mortis spiritualis & tandem quoque a catenis mortis corporalis; ac uti novus proventus vetitus erat ad sumendum ex illo fertum munusque Deo offerendum ante Omer, ac ita quoque ad usum altaris erat interdictus, post Omer vero statim licitus, ita veris Primitiis oblatis Agno Dei immaculato, statim undecunque hostiæ spirituales ex gentilium messe ad Sionem mysticam confluebant ad offerendum munus purum ac serviendum Jehovæ labiis mundis, gratæ enim ac sacratæ censebantur in Primitiis.

Oblationem manipuli statim subsequebatur abundantissima messis, Christi ita resurrectionem uti veram Primitiarum immolationem sequuta modum ac conceptum omnem superans ad omnes mundi plagas sese extendens messis, per Evangelii præconium ac sonoræ tubæ clangorem promulgata, nullisque finibus quam universi terminis circumscripta, quæ nondum omnibus numeris absoluta sed quandoque longe amplior quam umquam fuerat evasura, quam tandem sequetur per plenissimam resurrectionem credentium universalis in vitæ fasciculos collectio, Christus quippe obedientia sua absolutissima corporis humani proprii resurrectionem & hac etiam nostrorum corporum promeruit vivificationem, cum alias propter generis humani Parentum defectionem ac rebellionem propriamque perfidiam æterno manere debuissemus somno sopiti, ac sua spontanea oblatione postque eam in Cœli sanctuarium æternum ingressu effecit, ut redemti sui, propter ejus Triumphum quo fieri haud poterat ut a morte detineretur, in eorum resuscitatione puri, sancti, ipsique in servatore triumphantes reputari possint, ac ejus virtute in Tabernacula æterna recipi, ut Sacri manipuli devotæque mergites per primum manipulum ejusque perfectionem dudum Domino accepti redditi, ac in gratum beneplacentiæ odorem in æternum evasuri; Adeo ut justissimus ac sanctissimus Jesus, post mortem devictam, inferna prostrata, vi ejus qui mortis possidebat potentiam confracta, e mortuorum statu reversus, omniaque Triumpho suo parta bona unice in selectam sibi gregem redundent, fieri non potest, quin efficacissima causa beatitudinis æternæ, resurrectionis, vitæque plenissimæ deveniat, adeo ut omnium mortis & corporalis & spiritualis somno correptorum & Spiritus sui virtute vivificatorum vel adhuc excitandorum Primitiæ summo dici possit Jure. Simili fere locutione vocatur a N. T. Sancto Vate ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν Apocal. I. 5. unde firmum argumentum deducit pro veritate resurrectionis mortuorum B. Justinus Martyr (39) πῶς οὐκ ἄτοπον τούτοις πιστεύειν περὶ τοῦ μὴ ἀνίστασθαι τοὺς νεκρούς, ὧν ἀρχηγὸς τῆς ἀναστάσεως πρωτότοκος αὐτῶν ἤδη γέγονεν ἐκ τῆς ἀναστάσεως. *Quomodo ineptum non est credere, dicentibus, non resurrecturos mortuos, quorum Princeps resurrectionis primogenitus eorum jam factus est ex resurrectione*. Simili insignitur cognomento Col. I. 18. de quo merito videantur quæ egregie annotavit Vir Rev. & Doctissimus Ern. Evvaldus in elegantissimis de emblematibus Sacris Libris (40), hic nos tantum observamus, quod quicquid resurgat non reviviscat nisi virtute resurgentis Triumphatoris הפורץ *effractoris* illius, ejus merito populus redemtus in umbra lethali sedens ad auram superiorem halitumque vitalem revertetur, imo in habitacula lucis ac caulas pacis transplantandus est, licet jam

jam ante Messiam in carne exhibitum de quibusdam resurgentibus legamus, & sanctos in mortis Servatoris momento e sepulchris prodeuntes, hoc tamen unice virtute resurrectionis adeoque & meriti Christi, licet utrumque adhuc futurum esset, factum, ac quasi in præludium ejus, Christianis persuasum est; De horrenda ac omnibus numeris fœda reproborum resurrectione hic loci non agimus, quæ uti immensum in diversum abit finem, ita ab illa cujus Primitiæ Christus ac Primogenitus est non potest non toto differre cœlo.

XII. Manipulus uti in eo tertio quo censebatur oblatio ad integram messem sanctificandam adumbravit resurrectionem J. C. ita & secure adserere possumus eundem manipulum quoque respectum quendam habuisse ad antecedentes Jesu passiones, cum is necessario, si in oblationem pro terræ frugibus cedere debuit, manipulus abscindi, e terra evelli, a reliquis separari necesse habuerit, ut hac ratione repræsentaret altarique admoveret integram massam; Christus quoque, *si multos filios virtute sacrificii sui in gloriam induci volebat, oportuit ut ille, per quem sunt omnia, hunc salutis nostræ Principem* διὰ παθημάτων *per passiones consummaret*, Heb. II. 10. omnino requirebatur כי נגזר מארץ חיים: *ut exscindatur e terra viventium* Jes. LIII. 8. si voluit videre semen & quoad humanam naturam & in membris mysticis prolongare dies, necesse erat, *ut ponat animam suam* אשם *sacrificium pro reatu* v. 10. Temporis quo hordei Primitiarum manipulus oblatus circumstantia imprimis est notabilis, initio secundi post agnum Paschatis mactatum diei, vel primi post convivium Paschale, accidebat, agnus iste sacramentalis extra dubium omne luculentissimus erat Typus Agni immaculati tollentis peccata mundi hoc sacramento Paschali promissi, nec ergo absque mysterio factum quod Agni immolationem tam prope sequuta sit altera oblatio, ræpræsentans gratiarum actionem pro messe, ac figuram Primitiarum e messe Spirituali futuræ Oeconomiæ, priori adumbrata erat mors & mactatio Agni immaculati pro liberatione populi sui ex Ægypto spirituali, altera vero subsequente priorem oblatione repræsentatum, quomodo a vinclis sepulchri solutus populum sanctificaret, omniumque bonorum spiritualium in hac vita & præsertim in futura ipsis obsignaret communionem. Ab illo die numerabant Israelitæ septem hebdomadas, quibus exactis offerebant Panes Primitiarum munusque novum, totaque messis in utraque hac oblatione Omer & Panum sanctificata ipsique benedictum erat; ita in N. T. primordiis, post oblatas in J. C. corpore vivificato mortuorum primitias ac sanctificatas, offerebantur & Primitiæ ex viventibus eo ipso Panum oblationis die, cum Apostoli Divino uncti Spiritu in Domum Dei amplissimam constituerentur, ac in iis Primitiæ devoverentur messis Judæorum ac Gentium dehinc summa colligendæ copia cujus primi manipuli eodem ligati die in conversione ad Evangelium J. C. bis mille animarum ex Judæis dispersis sub toto cœlo Act. II.

Tempus diesque, Omer Hierosolymam allatus ac altari admotus fuit, apprime convenit diei quo Primogenitus ex mortuis J. Christus semet ipsum per Spiritum æternum Deo immolavit; Modeste hac in cirnumstantia dissentire nobis licitum fore spero a sententia summorum Virorum Salom. Glassii (41) & Joh. Coccei & advertentes in tempus diemque quo manipulus oblatus, statuunt, anno quo Christus crucis supplicium passus, oblationem Omer factam esse postridie Sabbathi hebdomadalis; adeoque die solis, eodem quippe die quo Jesus e sepulchro triumphans surrexit; Nos vero jam in superioribus sat superque existimamus probatum dedisse, Omer secundo Azymorum die s. sexto decimo mensis Nisan oblatum fuisse, ideoque manipulus frugum citra dubium demessus fuit eadem vespera qua Mundi Redemtor animam sanctissimam in crucis ligno efflavit, paucis momentis postea hæc messis juxta nostram supputationem accidit quam ejus Antitypus e terra viventium excisus fuerat, immolatus vero manipulus ipsamet magna Sabbathi die, qua durante Christus jam immolatus a labore animæ suæ quiescens in mortuorum statu Sabbathum hocce transegerat; Licet enim conjectura Clarissimorum Virorum egregie Antitypum quadraret, ac sat emphaseos præ se ferret, si illa evinci posset, tamen ad huic serviendum hypothesi veritas historica neutiquam est negligenda, sed prius omni studio illa, ac omnes facti circumstantiæ, inquirenda, antequam veritas Typica s. symbolica illi instruatur, nec excisio J. Christi e statu viventium & demessio manipuli frugum circumstantiæ adeo leves in ratione utriusque fuere, ut illæ plane negligi queant, cum necessario præire debuerint il-

illius reſurrectioni ac hujus oblationi, neque denique temporis diei que momentum ſemper aliquid eſſentiale inter Typum & Anti-Typum adeo conſtituunt ut neceſſario in utroque præciſe coincidere debeant , cum in pleriſque ſatis magno, reſpectu , v. g. cœterarum anni tempeſtatum , menſium &c. differant intervallo· Nec adeo omnis convenientia ac emphaſis evaneſcit , etſi manipulum non demum die reſurrectionis Dominicæ oblatum fuiſſe dicamus , cum demeſſio , torrefactio , trituratio , &c. reſpectum quoque ad Anti-Typum habuiſſe perſuaſum habeamus , quæ facta fuere immediate poſt extremum ſervatoris halitum in cruce efflatum , & poſtera luce , ipſo in ſubterraneis dulci fruente ſomno , manipulus oblatus fuit in præludium pnſtridie eventuræ reſurrectionis Antitypi ſui , ac pleniſſimæ per eam obſignationis ſanctificationis populi electi . Hæc tamen conjectura noſtra de mortis J. C. momento in meſſionem manipuli incidente nititur hypotheſi quæ pro certo ponit S. ſervatorem uno eodemque die cum Judæorum Eccleſia ſupremum ſuum celebraſſe Paſchale epulum, cui controverſiæ nos impræſentiarum operam noſtram impendere non vacat , cum ea quam amplectimur ſententia minoribus longe prematur difſicultatibus, ac proiixe ſat ſolideqne ſit evicta a Clariſſimis Viris Antonio Bynæo (43) & Joh. Harduino (44) ad quos eruditum Lectorem merito remmittimus.

XIII. Sub novæ Oeconomiæ adminiſtratione mandatum de multifaria conſecratione Primitiarum e facultatibus, poſſeſſionibus fundis , terræ arborumque proventubus abrogatum quidem eſt quippe quod non niſi umbram habuit futurorum longeque inſigniorum bonorum , quibus frui Domeſticis fidei conſortibuſque domus ſpiritualis , conceſſum eſt ; Indigni tamen tanta eſſemus prærogativa, ſi nullæ amplius plane locum apud nos invenirent Primitiaram devotiones , apud nos, inquam, qui quondam fueramus meræ tenebræ , meſſiſque ſumme impura , nunc autem ſanguine J. Chriſti cum propinqui facti ſimus participeſque Fœderis promiſſionum , cum ſimus ſanctificati per abſolutiſſimam oblationem ipſius ſummi Pontificis confeſſionis noſtræ in populum περιούσιον, an omnes inquam Primitiarum devotiones apud nos ceſſare deberent, non ſane exiſtimo nos omni ejuſmodi obligatione ſolutos, imo e contra nos ad devotionem longe excellentiorum Primitiarum eſſe obſtrictos , non quidem per Spiritum ſervitutis ſed adoptionis ac libertatis, nomen alias Iſraelis ſpiritualis minime nobis conveniret ; de cultu miniſterioque ſub Templo myſtico ſub N. T. adornato & ex parte adhuc exornando dicitur, quod ראשית כל בכורי כל וכל תרומת כל מכל תרומותיכם *Præcipuum omnium primitiarum ex omnibus , & omnis muneris ex omnibus oblationibus veſtris ſacerdotum eſſe debeat*, *etiam* ראשית עריסתיכם *principium conſperſionum veſtrarum dabitis ſacerdoti , ut ſtatuam benedictionem in domo tua* , Ezech. XLIV. 30. Facultatum poſſeſſionumque Primitias id eſt partem aliquam , Deo J. Chriſto , Eccleſiæ membriſque ejus afflictis devovere , egeſtati fratrum præſertim ob Evangelii liberam confeſſionem ſedibus ſuis motorum finibuſque extorrium occurrere, ad exemplum Primitivæ Eccleſiæ quiſque pro facultatibus ſuis, eaque menſura bonorum qua a ſummo Largitore benedictus , in uſum neceſſariæ ſuſtentationis vere pauperum aliquid conſecrare, hæ ſunt Primitiæ ac oblationes quibus delectatur ac in quibus beneplacet Deus , quæque in odorem fragrantiæ coram æternæ majeſtatis Throno adſcendunt . Imprimis vero corpus animuſque noſter , quæ Dei ſunt Chriſtique redemti ſanguine pretioſiſſimo , in oblationem Deo cedere debent , ſi grati & accepti coram Ipſo evadere, ac ſalutis, vocationis, electioniſque noſtræ certiores reddi volumus , hæ ſunt meſſis noſtræ primæ mergites ſacriqui manipuli hoſtiæ vivæ quæ Deo in λογικῶ λατρείαν ſub N. T. inprimis ſiſti ſummo Jure debent; Indignum ſane nomine Chriſtiano ſummoque foret dedecori, ſi hac in parte homines a Chriſti vocati nomine ac a ſummo Doctore edocti a cœcutientibus mundi olim rationibus ſe ſuperari ſinerent , quæ quocunque fruerentur ac gauderent bono, id unice Numinibus acceptum ferebant , ideoque eadem bonorum eorundem devota parte ſumma gratitudine venerabantur; quanto autem dignius nobis, vocationeque noſtra celeſti in ſpem vivam , præcipua noſtra , quæ citra dubitationem ſunt animus & corpus noſtrum , illa Deo Creatori , Conſervatori, Benefactori, imo Redemtori pro tot tam immenſis beneficiis quibus vita animali, Chriſto Servatori , Sponſori , Capiti noſtro pro inexhauſtis gratiæ theſauris , quibus ſpirituali vita mactamur, penitus offerre , conſecrare, devovere , noſque integros Spiritui , ejus in Templum vivum ſiſtere.

Primitiæ oblatæ Deo fuere gratiſſimæ,

mæ, quibus enim offerentes longe melius quam aliis hoſtiarum generibus dependentiam ſuam, ac agnitionem gratuitam Divinæ munificentiæ largæque manus teſtatam dedere. Quanam re nos qui nil habemus quod non acceperimus efficacius aptiuſque intimam teſtari poſſemus gratitudinem, meliuſque commonſtrare nos agnoſcere dependentiam ſubjectionemque noſtram coram ſumma Divina Majeſtate; niſi devovendo Primitias facultatum corporis, animi &c. ſacrando Jehovæ prima optimaque noſtra molimina, primam Juventutem, primævas vires, ac adipem ex omnibus quæ ad nos pertinent? Minime Iſraelitæ accepti fuiſſent coram facie Jehovæ, ſi frugum Primitias in proprium uſum adhibuiſſent, vel ad aras Baalim, Aſtharot, adduxiſſent, Deum vero fœderatum eorum non niſi ultimis meſsis venerati fuiſſent manipulis. Parum æque conveniens homini, qui Deo fœderatus audire vult, vitæ, virium, facultatum &c. Primitias, ſibimet ipſi, depravatis cupiditatibus, mundo, peccato, ne dicam Satanæ, devovere, Deo autem nil niſi putidas reliquias a mundo jam aſpernatas, non niſi quiſquilias offerre, quæ ſeræ oblationes admodum raro ſeriæ boſeræ oblationes admodum raro feriæ boſeræ oblationes admodum raro feriæ noque ſuperſtructæ fundamento, ſed ſænoque ſuperſtructæ fundamento, ſed ſæpiſsime longe ex aliis promanant fontibus; Qui ergo Deum in Chriſto Jeſu placatum invenire vel talem Illum jam ſibi eſſe certior fieri cupit, is implorato Divino Spiritu ejuſque afflatu, qui ſolus ſal, thus imo anima ejuſmodi eſt victimæ, ſeſe exploret, cuinam vitæ Primitias devoverit, vel cuinam in poſterum eas offerre conſilium ceperit, ille Spiritus citra dubium nos de vero hujuſmodi cultus objecto, de vera ſub N. T. offerendi ratione edocebit, Primitiaſque noſtras & vitæ, & actionum, & facultatum & precum ſanctificabit, Deoque acceptabiles reddet, ac denique noſmet ipſos ceu veras in J. C. Primitias ad aram ſanctuarii cœleſtis & æterni adducet.

Deo vero Triuni, Creatori, Servatori, ac Sanctificatori pro præſtito ſuo auxilio ſumma ſit laus, honor ac gloria, Illique ſoli hæc qualiacunque molimina ceu Laborum noſtrorum Primitias devota ſacraque facimus.

(1) De Septenar. & Feſtis ubi ſupra.
(2) Lib. quis rerum Divin. hæres pag. 496.
(3) De Sacrificiis Caini & Abelis pag. 142. 149.
(4) Hilcot Biccurim cap. 4. §. 14.
(5) יד יוסף ad ſectionem אמור fol. 219. col. 2. 3.
(6) Gregorius Nazianz. epiſtol. 80. pag. 833. edit. Colon.
(7) Hymn. in Cererem v. 19.
(8) In Corinthiacis cap. 14. pag. 143.
(9) In Arcadicis cap. 4. pag. 604.
(10) Fabula 47.
(11) Pauſan. in Phocicis cap. 33. pag. 885.
(12) Ad Idyllid. 27.
(13) Lib. 6. cap. 14.
(14) In Theſmophoria. v. 86.
(15) Lib. 7. cap. 16.
(16) L. c. v. 89.
(17) Ibid. v. 289.
(18) Ibid. v. 302.
(19) Metam. Lib. 5. v. 341.
(20) Amorum Lib. 3. eleg. 10.
(21) Lucretius Lib. 6. v. 1.
(22) Lib. 5. v. 1447.
(23) Orat. pro Flacco §. 26.
(24) Idyllid. 7. v. 154.
(25) Carmin. Lib. 3. Od. 24. v. 12.
(26) Epodon 16. v. 41.
(27) Saturnal. Lib. 1. cap. 7.
(28) Metamorph. Lib. 8. v. 276.
(29) Amor. Lib. 3. eleg. 10.
(30) Nux elegia v. 8.
(31) Lib. 1. eleg. 1.
(32) Ibid. eleg. 5.
(33) Lib. 2. eleg. 1.
(34) Epiſtol. Lib. 2. epiſt. 1. v. 138.
(35) Satyric. pag. 239. edit. Gabbem.
(36) De Leg. Hebr. Lib. 3. Diſſertat. 1. c. 9.
(37) In Ægyptiacis Lib. 3. cap. 1.
(38) In notis ad Maimon. Hilc. Biccurim cap. 4. §. 17.
(39) Quæſtion. & reſp. ad Græcos pag. 212. edit. Colon.
(40) Lib. 2. exercit. 2.
[41] Philolog. S. Lib. 5. tractat. 1. cap. 13.
[42] Comment. in Joh. cap. XX.
[43] De morte J. C. Lib. 1. cap. 1.
[44] Peculiari tractatu de ſupremo J. C. Paſchate.

BLASII UGOLINI
DISSERTATIO
DE RITIBUS IN CŒNA DOMINI
Ex Antiquitatibus Paſchalibus illuſtratis.

QUantum lucis ex monumentis veterum Hebræorum utrique Teſtamento impartiri poſſit, clariſſime demonſtrabitur ex hac noſtra diſſertatione, in qua ritus in Cœna Domini ex Antiquitatibus Paſchalibus illuſtrandos ſuſcepimus; Quamvis non ignorem eſſe nonnullos, qui hæc priſca Judæorum monumenta rejicienda, & contemnenda cenſeant, tamen non eſt mihi hoc loco tantum otii, ut hanc cauſam ſummorum virorum doctrina atque autoritate confirmatam defendam: Satis erit ea referre quæ de hoc ipſo argumento a *Joſepho Scaligero* lib. VI. de emendatione temporum dicta ſunt: Si Chriſtus (*inquit*) ut quidam hoſtes bonarum literarum pertendunt, non obſtrinxit ſe ritibus Judæorum, quare igitur omnia hic fiunt, quæ in rituali Judaico extant? Quare omnia ſimillima ſunt? Et tamen illis Criticis videtur impium, Chriſtum illis legibus obnoxium facere. Sexcentis argumentis confutari poſſent, ſi tanti eſſent, ut illorum ſententia aliquid apud nos ponderis haberet: Sed cum ſciamus hoc ab illis dici magis odio bonarum rerum, quas ignorant, quam veritatis amore, illos miſſos faciamus; æquos autem lectores ad geſta Paſchatis Chriſtiani, cum ritibus priſcorum Judæorum contendenda, invitamus; ut cum viderint ea omnia quæ in Evangelio traduntur, in ritibus Judæorum ſine ulla diſcrepantia eodem modo præcepta eſſe, tunc vere judicare poſſint, utra verior ſententia eorum qui omne antiquitatis ſtudium oderunt, an noſtra, qui hæc ad illuſtrandum Evangelicam hiſtoriam ſedulo collegimus. Hoc facile conſequemur, ſi ſingulos Evangelii verſiculos, in quibus agitur de Cœna Domini Paſchali, explanandos, illuſtrandoſque ſuſcipiamus.

I. *Marc.* XIV. 12. dicitur: *Et primo die azymorum, quando Paſcha immolabant:* Et *Luc.* XXII. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha*. De tempore mactationis agni Paſchalis docemur cap. V. *Peſachim*; תמיד נשחט בשמונה ומחצה וקרב בתשעה ומחצה בערב פסחים נשחט בשבע ומחצה וקרב בשמונה ומחצה בין בחול בין בשבת חל ערב פסח להיות בער בשבת נשחט בשש ומחצה וקרב בשבע ומחצה והפסח אחריו. Sacrificium juge mactabatur hora octava cum dimidia, ac offerebatur nona cum dimidia; at veſpera Sabbathi mactabatur ſeptima cum dimidia, ac offerebatur octavâ cum dimidia, tam in die profano, quam in Sabbatho. Si veſpera Paſchatis incideret in Sabbathum, mactabatur ſexta cum dimidia, & offerebatur ſeptima cum dimidia, & deinde Paſcha. Ubi *Gemara Hieroſalymitana Peſachim* 31. 3. תמיד נשחט כו׳. כתיב וזה אשר תעשה על המזבח וגו׳. הייתי אומר יקרבו שניהן בשחרית ושניהן בין הערבים. תלמוד לומר את הכבש אחד תעשה בבקר. הייתי אומר יקרב של שחר עם הנץ החמה. ושל בין הערבים עם דמדומי החמה תלמוד לומר בין הערבים: נאמר כאן בין הערבים. ונאמר להלן בין הערבים מה בין הערבים שנאמר להלן משש שעות ולמעלן. אף בין הערבים שנאמר כאן משש שעות ולמעלן. מה חמיר מימר בין הערבים משש שעות ולמעלן אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר אוי לנו כי פנה היום כי ינטו צללי ערב. מה ערב שנאמר להלן משש שעות ולמעלן. אף ערב שנאמר כאן משש שעות ולמעלן. ויהא כשר משש שעות ולמעלן. רבי יהושע בן לוי אמר בין הערבים כיצד חלוק בין הערבים ותן לו שתי שעות ומחצה לפניו ושתי שעות ומחצה לאחריו. ושעה אחת לעיסוקו. נמצאת אומר שהתמיד קרב בתשע שעות ומחצה. אמר רבי יוסה שבק רבי יהושע בן לוי רישא ואמר סופה דלכן כהדא דתני חנניה בן יהודה אומר שומע אני בין הערבים בין ערבו של ארבעה עשר ובין ערבו של חמשה עשר יכול היום והלילה בכלל תלמוד לומר יום. כשהוא אומר יום יצא לילה אי יום יכול בשתי שעות ביום תלמוד לומר בערב. אי בערב יכול משתחשך תלמוד לומר בין הערבים הא כיצד חלוק בין הערבים ותן שתי שעות ומחצה לפניו ושתי שעות ומחצה לאחריו ושעה אחת לעיסוקו.

לעיסוקו . נמצארת אומר שהתמיד קרב
בתשע שעורת ומחצרה . אמר רבי יוסרה
הדא דתימר למצורה אבל לעיכוב הדא
היא דתנינן שחטו קודם לחצורת פסול
לאחר חצורת מיד כשר . קודם לתמיד
כשר. ויימר אף בשחרירת כן. הבא כתיב
בין הערבים . אירת לך מימר תמן בין
הבקרים. רבי יהושע בן לוי אמר תפילות
מאבורת למדו . אב בירת דין. מאן תנא
בין בחול בין בשבת . רבי ישמעאל דתני
כסידרו בחול בחול כך סידרו בשבת דברי
רבי ישמעאל . רבי עקיבא אומר כסדרו
בערב שברת כך סידרו בשבת . הא רבי
ישמעאל מאחר שעה לפילפולו ורבי עקיבא
מקדים שעה אחת לעיסוקו. כדי שלא יכנסו
למצוה משוכרין ויקרב פסח תחילה ותמיד
אחריו. סא אומר את כן נמצאת מבטל בין
הערבים של פסח. אם מקיים את בין הערבים
של פסח לא נמצאת מבטל בין הערבים
של תמיד. תמיד אם מבטלו את עכשיו
ארת מקיימו לאחר זמן. פסח אם מבטלו
ארת עכשיו אימתי ארת מקיימו . ויקריב
פסח תחילרה ותמיד אחריו . יאוחר דבר
שנאמר בו בערב בין הערבים לדבר שלא
נאמר בו אלא בין הערבים בלבד . רבי
ירמירה בעי מה חמיית מימר ערב מאוחר
או נאמר ערב מוקדם אלא כיני יאוחר
דבר שנאמר בו בין הערבים כבוא השמש
לדבר שלא נאמר בו אלא בין הערבים
לבד מתניתא מסייערה לרבי ירמירה שם
תזבח ארת הפסח בערב . בערב אתה זובח
כבוא השמש אתרה אוכל . מועד צאתך
מארץ מצרים אתרה צולרה . אית תניי
תני בערב אתה אוכל. כבא השמש אתה
זובח מועד צאתך מארץ מצרים אתרה
צולרה . ויקרבו שניהן כאחרת . אמר רבי
יוסה כבש שני אין פסח שני . תני רבי
נתן אומר בכל יום ויום תמיד נשחט
בשמונרה ומחצה וקרב בתשע ומחצה. מהו
בכל ערב פסח ופסח. אמר רבי יוסרה בי
רבי בון טעמירה דהדין תנייה כדי ליתן
חצי שערה בין כרת לכת . תני דם התמיד
ואיבריו קודמין לפסח ופסח לקטרת והקטרת
להטברת נירורת. אירת תניי תני דם תמיד
ואיבריו קודמין לקטורת והקטורת לפסח
ופסח להטברת הנירורת כדי שיקרבו נסכי
תמיד עמו. ואין מוקדם לתמיד של שחר.
ולא מאוחר לתמיד של בין הערבים
אלא הפסח והקטורת בערבי פסחים . מנין
שלא יהא דבר קודם לתמיד של שחר
תלמוד לומר עלירה עולה. ומנין שלא יהא
דבר מעכב לתמיד של בין הערבים תלמוד
לומר עלירה שלמים . רבי שמעון בן לקיש
אמר וערך עלירה עולרה אין כתיב כאן
אלא וערך עלירה העולרה שלא תהא
העולרה קודמרת לתמיד של שחר . תני
רבי ישמעאל בנו של רבי יוחנן בן ברוקה
אומר מחוסרי כפררה מביאין כפרתן אחר
התמיד של בין הערבים כדי שיטבלו
ויאכלו פסחיהן לערב. אמר רבי יודן הדא
דתימר במצורע עשור אבל במצורע עני
לא עוף הוס מביא . אמר רבי שמואל

בר אבודמא אינו מביא אשם. Sacrificium juge mactabatur &c. Scriptum est *Et hoc est, quod facies super altare* &c. Dicerem licuisse mactare ambos mane & ambos inter vesperas? Idcirco dictum est: *Et agnum unum facies mane*. Dicerem mactandum fuisse matutinum scintillante sole, & vespertinum in occasu solis? Idcirco dictum est: *Inter vesperas*: Dictum est hic: *Inter vesperas*; Et dictum est ibi: *Inter vesperas*: Sicut inter vesperas eo loco dictum designat tempus ab sexta hora & ultra; ita pariter inter vesperas hoc loco dictum designat tempus ab sexta hora & ultra: Quid vidisti ut diceres, quod inter vesperas designet tempus ab sexta hora & ultra? Licet non sit rei demonstratio, est tamen rei monimentum: Dictum est enim: *Væ nobis, nam dies recessit, & umbræ vesperi se extenderunt*: Sicut vespera eo loco dicta designat tempus ab sexta hora & ultra, ita pariter vespera hoc loco dicta designat tempus ub sexta hora & ultra; & erit legitimum ab sexta hora & ultra. R. Jehosua ben Levi dicit: *Inter vesperas*. Quomodo? Divide tempus inter vesperas, eique assigna duas horas cum dimidia ante illud, totidemque post illud, & horam unam ad ejus operationem. Deprehendetur, quod dicas, quod sacrificium juge offeratur, hora nona cum dimidia. Dicit R. Jose: Deseruit R. Jehosua ben Levi principium, & disseruit de fine; Etenim juxta illum ita extat traditio: Chananjah ben Jehuda dicit: Crederem inter vesperas, tam in vespera diei quartæ decimæ, quam in vespera diei quintæ decimæ, crederem noctem & diem comprehendi? Idcirco dictum est: *Die*. Quando vero dicit *die* excluditur nox: Si dictum est *die*; crederem in secunda diei hora? Idcirco dictam est: *Vespera*. Si *Vespera* crederem post obortas tenebras? Idcirco dictum est: *Inter vesperas*: Quomodo? Divide tempus inter vesperas eique assigna duas horas cum dimidia ante illud, totidemque post illud, & horam unam ad ejus operationem. Deprehenderis quod dicas, quod sacrificium juge offeratur nona hora cum dimidia: Dicit R. Jose: Quod dicis intelligitur ad impediendum: Hoc est quod legimus; Si illud mactaverit ante meridiem, est illegitimum post meridiem statim erit legitimum: Et dicit similiter vel in sacrificio jugi matutino. Hic scriptum est *Inter vesperas*. Tu potes ibi dicere: *inter vesperas*. R. Jehosua ben Levi dicit: Preces ex patribus doceant pater domus ju-

judicii : Iſte doctor , qui dicit : Tam in die profano , quam in Sabbatho eſt R. Iſmael : etenim extat traditio: Qualis erat ejus ordo in die profano talis erat ejus ordo in Sabbatho , verba R. Iſmael: R. Akiba dicit: Qualis erat ejus ordo in veſpera Sabbathi , talis erat ejus ordo in Sabbatho . R. Iſmael poſtponit horam ad ejus operationem : & R. Akiba anticipat horam ad ejus operationem, ne ebrii ingrediantur ad præceptum : Et offeret Paſcha in principio, & poſtea ſacrificium juge ; ſi ita dicas, deprehenderis, quod aboleas tempus veſpertinum Paſchatis ; ſi obſerves tempus veſpertinum Paſchatis , nonne deprehenderis, quod aboleas tempus veſpertinum ſacrificium jugis? Si ſacrificium juge nunc aboleas , quando obſervabis ? Poſt tempus : Si Paſcha nunc aboleas , quando obſervabis ? Et offeret Paſcha in principio, & poſtea ſacrificium juge. Poſtponatur res, de qua dictum eſt: *In veſpera, & inter veſperas:* Rei, de qua non dictum eſt niſi *inter veſperas* duntaxat. R. Hiermias quæſivit: Quid vidiſti ut diceres , *veſpera* ad retardandum, aut dictum eſt *veſpera* ad anticipandum? Sed ita dicendum eſt. Poſtponatur res, in qua dictum eſt: *Inter veſperas in occaſu ſolis* , rei , de qua non dictum eſt niſi *inter veſperas* duntaxat: Miſna favet R. Hieremiæ : Dictum eſt enim . *Ibi immolabis Paſcha in veſpera*: In veſpera immolabis, & in occaſu ſolis comedes. *Tempore egreſſionis tuæ de terra Ægypti* tu aſſabis: Eſt qui docet: In veſpera tu comedes ; In occaſu ſolis tu immolabis; *tempore egreſſionis tuæ de terra Ægypti* tu aſſabis : At ambo ſimul offerantur. Dicit R. Joſe: Dictum eſt: *Agnum ſecundum*: Non autem Paſcha ſecundum: Traditio: R. Nathan dicit: Singulis diebus ſacrificium juge mactabatur hora octava cum dimidia , & offerebatur nona cnm dimidia : Quid in toto veſpere Paſcha , & Paſcha ? Dicit R. Joſe diſcipulus R. Bon: Ratio hujus doctoris hæc eſt , ut aſſignaretur dimidia hora inter claſſem & claſſem. Traditio : Sanguis ſacrificii jugis & ejus membra præcedebant Paſcha & Paſcha ſuffitum , & ſuffitus concinnationem lucernatum: Eſt qui docet : Sanguis ſacrificii jugis & ejus membra præcedebant ſuffitum , & ſuffitus Paſcha , & Paſcha concinnationem lucernarum , ut libamina ſacrificii jugis cum eo offerrentur, & nihil præcedebat, neque poſtponebatur ſacrificio jugi veſpertino niſi Paſcha & ſuffitus in veſperis Paſchalibus; Unde probatur, quod nihil præcederet ſacrificium juge matutinum ? Ex eo quod dictum eſt : *Super eo holocauſtum*. Unde probatur, quod nihil differretur poſt ſacrificium juge veſpertinum ? Ex eo quod dictum eſt : *Super eo pacifica*. R. Simeon ben Lakiſch dicit : *Et componet ſuper eo holocauſtum*: Non ſcriptum eſt hic niſi *& componet ſuper eo holocauſtum* : Ne holocauſtom præcedet ſacrificium juge matutinum : Traditio : R. Iſmael ben R. Jochanan ben Beroka dicit: Indigentes expiationis adducebant expiationem ſuam poſt ſacrificium juge veſpertinum , ut lavarent ſe , & veſpera comederent Paſchata ſua. Dicit R. Jodan : Quod dicis intelligitur de leproſo divite , at de leproſo paupere minime; etenim ille afferebat volucrem. Dicit R. Samuel bar Abduma: Non afferebat ſacrificium pro delicto.

II. Dicitur *Matth.* XXVI. *Prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes*: Ubi *vis paremus tibi comedere Paſcha? At Jeſus dixit : Ite in civitatem ad quendam , & dicite ei : Magiſter dixit ; Tempus meum prope eſt , apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis:* Et *Marc.* l. c. *Dicunt ei diſcipuli: Quo vis eamus , & paremus tibi , ut manduces Paſcha : Et mittit duos ex diſcipulis ſuis , & dicit eis : Ite in civitatem, & occurret vobis homo , lagenam aquæ bajulans , ſequimini eum : Et quocumque introierit dicite Domino domus , quia magiſter dicit : Ubi eſt refectio mea ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem ?* Et *Luc.* XXII. 8. *Et miſit Petrum & Joannem dicens: Euntes parate nobis Paſcha , ut manducemus : At illi dixerunt : Ubi vis paremus ? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem : Occurret nobis homo quidam amphoram aquæ portans , ſequimini eum in domum , in quam intrat : Et dicite patriſamilias domus : Dicit tibi magiſter : Ubi eſt diverſorium , ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem ?* Domos Hieroſolymæ peregrinis Judæis venientibus ad Paſcha celebrandum , atque ſolennitates, patuiſſe probatur ex *Gemara Babyl. Joma* 12. 1. במאי קא מפלגי תנא קמא סבר ירושלם לא נתחלקה לשבטים ורבי יהודה סבר נתחלקה לשבטים ובפלוגת דהני תנאי תניא מה היה בחלקו של יהודה הר הבית הלשכות והעזרות ומה היה בחלקו של בנימן אולם והיכל ובית קדשי הקדשים ורצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה לחלקו של בנימן ובה היה מזבח בנוי ובנימן הצדיק היה מצטער לבלעה בכל יום שנאמר חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה אושפיזכן לגבורה שנאמר ובין כתפיו שכן

והאי

והאי תנא סבר ירושלם לא נתחלקה דתניא אין משכירין בתים בירושלם לפי שאינן שלהן רבי אלעזר בר צדוק אומר אף לא מטות לפיכך עורות קדשים בעלי אושפיזכנין נוטלין אותן בזרוע אמר אביי שמע מינה אורח ארעא למשבק איניש גולפא ומשכא לאושפיזיה . In quo dissentiunt ? Doctor primus putat non fuisse divisam Hierosolymam tribubus; at R. Jehuda putat divisam tribubus ; & in dissensione horum doctorum: Etenim extat traditio: Quid erat in portione Juda ? Mons domus , conclavia , & atria ; Et quid erat in portione Benjamin ? Vestibulum , & Templum , & domus sancti sanctorum : Et ligula egrediebatur ex portione Juda in portionem Benjamin , ubi erat ædificatum altare , & Benjamin justus de hoc ablatione afflictus erat: Dictum est enim : *Protegit illum tota die* . Idcirco factus est dignus Benjamin justus , ut fieret hospes Dei: Dictum est enim : *Et inter humaros ejus habitabit*. Et iste doctor putat Hierusalem non fuisse divisam tribubus : Etenim extat traditio : Non mercede conduci domos Hierosolymis, quia propriæ non sunt. R. Eliesér bar Zadoch dicit ; Ne lectos quidem : Idcirco patresfamilias violenter auferebant ab hospitibus pelles sacrificiorum: Dicit Abai: Hinc discas quod sit consuetudo, ut relinquat homo urceum, ac pellem hospiti suo ; Et *Babyl. Megillah* 26. 1. Non fuit divisa Hierosolyma tribubus ; Etenim extat traditio : Non mercede conduci domos Hierosolymæ, quia propriæ non erant : R. Eliesér bar Zadoch dicit : Ne lectos quidem : Recepit ergo pater familias ab hospitibus pelles sacrificiorum: Abai dicit : Hinc dicas : quod sit consuetudo , ut homo relinquat urceum , & pellem hospiti suo.

III. Dicitur *Marc.* l. c. *Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande*, *stratum*, *& illic parate nobis* . Et *Luc.* l. c. *Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum* , *stratum*, *& ibi parate:* Cœnaculum erat pars ædium superior : Hebraice dicitur עליה: *Judic.* III. 23. *Et clausit januas* עליה sc. *cœnaculi* : Ibid. III. 20. *In cœnaculo domus æstivæ*. 2. *Sam.* XVIII. 33. *Et adscendit in* עליה s. *cœnaculum portæ*. 2. *Reg.* I. 2. *In cœnaculum suum*, *quod erat in Samaria*. Ibid. IV. 10. *Cœnaculum parietis parvum*. *Hierem.* XXII. 13. *Et cœnacula sua*. Ibid. vers. 14. *Et cœnacula spatiosa*. Vid. *Dan.* VI. 10. Dicta sunt cœnacula , quod in iis epulari consueverint: *Donatus* in *Terent.* Adolph. Act. III. sc. 3. Veteres ganeum meretricum tabernam esse dixerunt, ἀπὸ τῆς, γῆς, τοῦτ᾽ ἐστι γῆς quod ipsa sit in terra, non ut cœnaculum superius : Glossarium vetus : Cœnaculum superius : *Varro* lib. IV. de Ling. Lat. hujus vocabuli aperit originem: Ubi cubabant, cubiculum, ubi cœnabant , cœnaculum , vocitabat : Et paucis interjectis : Ut etiamnum Lanuvii apud ædem , posteaquam in superiori parte cœnitare ceperunt, superioris domus universa cœnacula dicta: *Strabo VValafridius* lib. VII. de rebus Ecclesiast. Potest enim fieri, ut ædes ad edendum in eis, sicut cœnacula ad cœnandum primo sint facta, & postea longo usu in aliud verterentur . *Vitruvius* lib. II. Architect. cap. 8. In ea majestate urbis infinita civium frequentia , innumerabiles habitationes opus fuit explicare; ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire; itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cementitiis, & altitudines extructæ contignationibus crebris coaxatæ, & cœnaculorum summas utilitates perficiunt, & despectationes. *Tertullianus* lib. adversus Valentinianos cap. VII. Primus omnium Ennius poeta Romanus cœnacula maxima cæli simpliciter pronunciavit, elati situs nomine, vel quia Jovem epulantem illic legerat apud Homerum , etiam Creatori nostro Enniana cœnacula in ædicularum disposita sunt forma , aliis atque aliis pergulis superstructis, & unicuique deo per totidem scalas distributis , quot hæreses fuerint . Quod scribit *Lucas* Act. XX. ἔπεσεν ἀπὸ τριστέγου: vetus interpres reddidit : Cecidit e tertio cœnaculo. *Horatius* lib. I. epist. I.

—— ride, mutat, cœnacula, lectos
Balnea, tonsores.

Juvenalis Sat. X.

—— Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles.

Martialis lib. I. epigr. 109.

At mea Vipsanas spectant cœnacula laurus.

Scalis admotis ascendebatur: *Livius* Decad. IV. lib. 9. Cœnaculum super ædes datum ferentibus in publicum scalis obseratis. *Fest. Pompejus* lib. III. Cœnacula dicuntur ad quas scalis adscenditur : *L. Apulejus* lib. IX. Miles. Meque per scalas complicitis pedibus in superius cœnaculum attracto. *Martialis* lib. I. epigr. 119.

Longum est, si velit ad pyrum venire,
Et scalis habito tribus , sed altis :
Quod quæris, propius petas licebit.

Idem lib. VII. epigr. 19.

Hæc

Hæc per ducentas cum domum tu-
lit ſcalas,
Seque obſerata clauſit auxius cella,
Guloſus ille poſtero die vendit.

Sidonius Apollinaris Carm. XXII. v. 207.

Alta volubilibus patet hinc cœna-
tio valuis.

Et paucis interjectis;

Undoſa inveniunt nantes cœnacula
piſces,
Comminus erigitur vel prima, vel
extima turris.

Cauſarum patroni cœnacula habitare di-
cuntur apud *Juvenalem* Sat. VII. v. 118.

—— Rumpe miſer tenſum jecur,
ut tibi laſſo
Figantur virides ſcalarum gloria
palmæ.

Et apud veterem poetam.

—— Licet exercere togatæ
Munera militiæ, licet & ſine ſan-
guinis hauſtu
Mitia legitimo ſub judice bella mo-
vere:
Hinc quoque ſervati continget glo-
ria civis,
Altaque victrices intexent limina
palmæ.

Judæi cum de lege, aut de religione
diſſererent, in cœnaculum adſcendere
ſolebant: *Schabb.* I. 7. Hæ ſunt tradi-
tiones, quas docuerunt in cœnaculo Ha-
naniæ ben Hezechiæ, ben Garon: *Hie-
roſ. Sanhedrin* 24. 3. Adſcenderunt ſe-
niores in cœnaculum in Hiericho: Ad-
ſcenderunt etiam in cœnaculum in Jab-
neh. *Juchaſ.* 23. 2. Rabi Jochanan, &
diſcipuli ejus adſcenderunt in cœnacu-
lum, & legerunt & expoſuerunt. Con-
fer. *Marc.* XIV. 15. *Actor.* I. 13. &
XX. 8.

IV. *Matth.* XXVI. 20. dicitur: *Veſpe-
re autem facto*. Et ſimiliter *Marc. Ve-
ſpere autem facto*. *Luc.* l. c. *Et cum fa-
cta eſſet hora*. Non licebat Judæis ante
obortas tenebras, in veſpera Paſchatis
quicquam guſtare: Miſna *Peſachim* x.
ערבי פסחים סמוך למנחה לא יצכל ארכם
עד שתחשך: Veſpera Paſchatis prope
Mincham non comedet homo niſi poſt
obortas tenebras: *Hieroſ. Peſachim* fol.
37. 2. מהו לוכל מיני זכיסנין מהו לוכל
מיני תרוגימה רבי יורן נשייא סחה וצהא
שאל לר' מנא בנין ראתא צהי מהו נישיתי
אמר ליה תני רבי חייה אסור לאדם לטעום
כלום עד שתחשך אמר רבי לוי האוכל
מצה בערב הפסח כבא על ארוסתו בבית
חמיו והבא על ארוסתו בבית חמיו לוקה
תני רבי יורה בן בתירה אומר בין חמץ
בין מצה אסור רבי סימון בשם ר' יהושע
בן לוי רבי לא היה אוכל לא חמץ ולא
מצה לא מצה מן הרא דרבי לוי ולא חמץ
מן הרא דרבי יודה בן בתירה וגו' רבי
איסתנים הוה כד הוה אכיל בימםא לא
הוא אכיל ברמשא ולמה לא הוא אכיל
הכא בימםא כדי שייכנס לשבת בתאוה:
Quid ut comedat ſpecies placentarum
ſiccarum? Quid ut comedat ſpecies tra-
gematis? R. Jodan princeps laboravit,
& ſitiit, quæſivit a R. Mena: quoniam
ſitio, num bibam? Reſpondit ei: Do-
cet R. Chijah: Interdictum eſt homini
quicquam guſtare ante obortas tenebras.
Dicit R. Levi: Siquis comedat azyma
in veſpera Paſchatis, reputatur perinde
ac congrediatur cum ſibi deſponſata in
domo ſoceri ſui; & qui congreditur cum
ſibi deſponſata in domo ſoceri ſui, va-
pulat: Traditio: R. Jehuda ben Bethera
dicit: Sive fermentatum fuerit, ſive azy-
mum eſt interdictum. R. Simon nomi-
ne R. Jehoſua ben Levi: Rabi non co-
medebat neque fermentatum, neque
azymum; non azymum, ex opinione
R. Levi; neque fermentatum ex opinio-
ne Rabi Jehuda ben Bethera &c. Rabi
ægrotavit aliquando, & interdiu come-
dit, at in veſpera non comedit; At
cur hoc loco non comedit interdiu? ut
ingrederetur in Sabbathum cum deſi-
derio.

V. Dicitur Chriſtus cum diſcipulis
menſæ accubuiſſe. *Matth.* l. c. Ἀνέκειτο.
Marcus: Ἀνακειμένων δὲ αὐτῶν. *Lucas*:
Ἀνέπεσε: *Johannes*: Ἀναπεσὼν πάλιν.
Atque iterum *Matth.* XXVI. 7. Κατέ-
χεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀνακειμένου.
Quibus reſpondet Hebraicum הסב,
quod uſurpatur pro *accumbere*, *diſcumbe-
re comedendi cauſa*; unde accubitus מסבה
היסבה, fortaſſe quod accubitus in forma
circulari fieret, ut exponit R. Hai, uti
docet R. Jona in Alpheſi. Sedentes ali-
quando comediſſe demonſtrari poteſt ex
nonnullis Scripturæ locis, præſertim *Ge-
neſ.* XXVII. 19. & XXXVII. 25. *Judic.*
XIX. 6. & I. *Sam.* XX. 18. XXV. 34. &
I. *Reg.* XIII. 20. Licet hæc loca *On-
kelos*, & *Jonathan* per Chaldæum אסחר
accumbere tranſtulerint: In Miſchna *Be-
rachoth* VI. diſtinguitur ſeſſio, & accu-
bitus היו יושבין כל אחד מברך לעצמו הסבו
אחד מברך לכולן. Si ſedeant unuſquiſque
benedicit ſeorſim, ſi accumbat, unus be-
nedicit pro omnibus. Verumtamen *ſede-
re* pro *accumbere* legitur *Ezech.* XXIII.
42. וישבת על מטה כבודה. *Et ſediſti ſu-
per lectum honorabilem, & menſa in-
ſtructa eſt ante ipſum*: Præcipue come-
dentes Paſcha accumbere debuiſſe proba-
tur cum ex jam allatis Hiſtoriæ Evan-
gelicæ locis, tum ex perpetua Hebræo-
rum traditione. *Peſachim* cap. x. ואילו
עני שבישראל לא יאכל עד שיסב. Vel
pau-

pauper in Iſrael non comedet niſi accumbens: Ubi *Hieroſ. Peſachim* ſol. 27. 2. אמר רבי לוי ולפי שדרך עבדים להיות אוכלין מעומד וכאן להיות אוכלין מסובין להודיע שיצאו מעבודות לחירות רבי סימן בשם רבי יהושע בן לוי אותו כזית שאדם יוצא בו בפסח צריך לאוכלו מיסב רבי יוסי בעא קומי רבי סימון אפילו עבד לפני רבו אפילו אשה לפני בעלה. Dicit R. Levi: Quia ſolent ſervi ſtantes comedere, at hoc loco ſolent accumbentes comedere, ad demonſtrandum, quod exierint de ſervitute ad libertatem. R. Simon nomine R. Jehoſua ben Levi: Ipſam quantitatem olivæ, qua homo ſatisfacit debito ſuo in Paſchate, debet accumbens comedere. R. Joſe quæſivit coram R. Simone; Num vel ſervus coram domino ſuo, & uxor coram marito ſuo? *Gemara Babyl. Peſachim* 108. 1. Dicitur, quod azyma requirant accubitum, herbæ amaræ non requirant accubitum; De vino dicitur nomine R. Nachman, quod requirat accubitum; pariterque dicitur nomine R. Nachman, quod non requirat accubitum: Attamen hæc non ſunt contraria: Nam illud dicitur de duobus poculis prioribus, & hoc de duobus poculis poſterioribus. *Ubi Gloſſa*: Azyma comedunt nocte prima recumbentes, quia memoria eſt redemtionis; herbæ amaræ non requirunt accubitum, quia memoriam ferunt ſervitutis: *Maimonides* cap. VII. 8. Chametzumazza. אפילו עני שבישראל לא יאכל עד שיסב אשה אינה צריכה הסיבה ואם אשה חשובה היא צריכה הסיבה וכן אצלו אביו והשמש בפני רבו צריכין הסיבה אבל תלמיד בפני רבו אינו מיסב אלא אם כן נתן לו רבו רשות ונו׳ ואימתי צריכין הסיבה בשעת אכילת כזית מצה ובשתיית ארבע כוסות האלו ושאר אכילתו ושתייתו אם היסב הרי זה משובח ואם לאו אינו צריך. Vel pauper in Iſrael non comedet niſi poſtquam accubuerit; Fœmina non obligatur ad accubitum; at ſi fuerit fœmina illuſtris obligatur ad accubitum; Filius quoque apud patrem, & ſervus coram Domino obligantur ad accubitum; At diſcipulo coram magiſtro non licebat accumbere, niſi quando magiſter ei facultatem dederit &c. Quandonam debebant accumbere? In tempore comeſtionis quantitatis olivæ de azymo, & in bibendis his quatuor poculis. In reliqua comeſtione & potatione, ſi accumberet, laudabatur, ſi minus, non erat neceſſe.

Ceteras etiam gentes comedentes accubuiſſe paſſim legitur: De Medis & Perſis præter ceteros ſcriptores legitur *Eſther* I. 5. 6. *Et juſſit ſeptem diebus convivium præparari in veſtibulo horti & nemoris &c.* מטות זהב וכסף. *Lectuli aurei & argentei ſuper pavimentum ſmaragdino, & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant*. Ibid. VII. 8. *Reperit* והמן נופל על המטה: *Haman ſuper lectum corruiſſe, in quo jacebat Eſther*. De Græcis Macedonibus, Ægyptiis ceteriſque populis orientalibus paſſim extant monumenta: De Tyriis & Carthaginenſibus *Virgilius Æneid.* lib. I.

—— Tu das epulis accumbere divum.

Idem ibid.

Jam pater Æneas, & jam Trojana juventus
Conveniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.

Et paulo poſt.

—— Thoris juſſi diſcumbere pictis

De Maſſiliis *Livius* Decad. III. lib. 8. Cœnatumque ſimul apud regem eſt, eodem etiam lecto Scipio, atque Haſdrubal, quia ita cordi regi, accubuerunt: De Romanis innumera extant teſtimonia, qui in eodem lecto cum fœminis accumbere conſueverunt, quod probroſum id Græcis ſemper habitum. *Cornelius Nepos* in præfat. Contra ea pleraque noſtris moribus ſunt decora, quæ apud illos turpia putantur; quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum tenet ædium locum, atque in celebritate verſatur? Quod multo fit aliter in Græcia; nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum, neque ſedet, niſi interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedit niſi propinqua cognatione conjunctus. *Cicero* in Verrem I. Poſtquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt; quæſo, inquit, Philodame, cur ad nos intro filiam tuam non vocari jubes? homo & qui ſumma gravitate, & jam id ætatis, & parens eſſet o obſtupuit hominis improbi dicto: inſtare Rubrius: tum ille ut aliquid reſponderet; negavit eſſe moris Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. *Terentius* Eunucho Act. IV. ſc. I.

—— Heus, inquit, puer Pamphilam
Accerſe, ut delectet hic nos; illa exclamat; minime gentium
In convivium illam?

Romani uxores gremiis impoſitas, & in ſe reclinatas habere ſolebant. *Cicero* II. Catilin. In convivio accubantes conſplexi mulieres impudicas. *Apulejus* lib. VI. Miles. Accumbebat ſummo thoro maritus, Pſychem gremio ſuo complexus. *Svetonius* in Calig. cap. 25. Liviam Hore-

restillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit; intraque paucos dies repudiatam bienno post relegavit, quod repetisse prioris mariti medio tempore usum videbatur; alii tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accumbentem; noli uxorem meam premere; statimque a convivio abduxisse eam secum. *Svetonius* ibidem: Sorores pleno convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante: *Ovidius* lib. I. Amor. eleg. 4.

Nec premat ille suis finito tua colla lacertis,
Mite nec in rigido pectore pone caput.

Idem lib. II. Amor. eleg. 18.

Sæpe meæ dixi, tandem discede puellæ,
In gremio sedit protinus illa meo.

Et lib. III. Amor. eleg. 2.

En revocant, at ne te turbet toga mota capillos,
In nostros abdas te licet usque sinus

Juvenalis Sat. 2.

Signatæ tabulæ, dictum feliciter, ingens
Cœna, sed in gremio jacuit nova nupta marito.

De Lectorum Hebræorum forma referemus, quæ collegit Cl. *Dassovius* in differt. de accubitu ad agnum Paschalem veterum Hebræorum. Nempe lecti [*inquit*] erant ex funibus texti, ut funes ultra lectos prodirent (uti scribit R. *Simson* in titulo *Celim* fol. 26.) & quidem texti per crucem, ut funes in longitudinem, & latitudinem extenderentur (fol. 30. I.) & lectus ita funibus textus facile dissolvi in suas partes posset [fol. 30. 2.] quibus lectis imponebantur primo omnium tapetes lanei, qui, si viri præcipui accumberent, supponebantur stratis, & ad multorum palmorum longitudinem infra strata prominebant [fol. 31. I.] quos tapetes etiam ex lino aut pilis constitisse *Maimonides* in h. l. asserit. Deinde insternebantur tapetibus strata, quæ itidem ultra lectorum prominebant longitudinem (fol. 31. I.) Stratis ejusmodi imponebantur pelles [fol. 38. 2. & fol. 54. 2.] Crura autem lectorum perforata erant utrinque, ut longitudo, & latitudo lecti ingrederetur in crura, quæ erant quatuor (fol. 30. I.) solebatque cruri alicui alligari agnus Paschalis, antequam mactaretur, ut eo melius præcaveri immundities ejus posset (fol. 31. I.) Particulæ quoque ligni, quæ vocabantur Malbessim, supponebantur cruribus, ne putrescerent, si immundum esset pavimentum [fol. 29. 2.] Quæ ulterius a Judæis explicantur: Nam idem *Simson* lectos fuisse funibus inter textos repetit in *Michnam Obolotb* fol. 55. I. & fol. 61. 2. Et *Nathan* in Lex. *Aruch* fol. 142. 2. lectos fuisse oblongos scribit. Annulum quoque ferreum lecti pedes constrinxisse statuit *Maimonides in Mischnam Obolotb* fol. 273. 2. Denique lectorum altitudinem non nisi decem palmorum fuisse asseritur in *Piske Tosephoth* subnexis tit. *Menachoth* 80. Pulcherrime his congruunt, quæ leguntur in *Zachariæ Bogan Archæologiis Atticis* lib. VI. sect. 2. cap. 3. ed. Oxoniensis Anglico Idiomate scriptis in 4. p. 278. ubi pellibus fuisse tectos etiam Græcorum lectos ex *Aristophane*, tapetibus autem fuisse stratos ex *Homero* & denique accubitum ex inclinatione in cubitum sinistrum factum ex *Euripide* docte eleganterque probat. Strata autem lectis imposita qualia fuerint, discitur ex doctrina de Carim, & Cesathoth sive Hebræorum pulvinaribus majoribus, & minoribus: Erant illa ex corio, ut docet *Simson* in *Celim* fol. 25. 2. & 32. I. Unum substernebatur capiti, alterum corpori, fidem faciente *Bartenora* in tit. *Celim* cap. 16. 4. & cap. 20. I. Ubi asseritur quoque quod lana vel plumis replerentur; & in tit. de *Lavacris* cap. 10. 2. Quæ confirmantur in Lex. *Aruch* fol. 81. 4. & a *Maimonide* in tit. *Celim* cap. 20. 2. Implebantur etiam stramine, vel Muchin, sive mollibus linteis juxta *Simsonem* in tit. *Obolotb* fol. 60. I. Si autem sciscitemur super quid sternerentur ista strata, non existimandum est, quod super tabulata altiuscula fuerint extensa, uti *Hieronymus Mercurialis* de arte gymnastica p. 8. arbitratur. Nam illa strata sive pulvinaria majora & minora imponebatur lectis in funibus contextis; neque sola illa pulvinaria vocabantur lecti, sed illæ funium texturæ una cum pulvinaribus lecti appellabantur. Hactenus Cl. *Dassovius*.

Pellibus primis temporibus stratos fuisse lectos scribit *Juvenalis* sat. VI. in principio.

Silvestrem montana thorum cum sterneret uxor
Frondibus, & culmis, vicinarumque ferarum
Pellibus

Propertius lib. III. eleg. 12.

Atque hinuli pellis totos operibat amantes,

Alta-

Altaque nativo creverat herba thoro.

Eugeria poetria.

Sericeum tegemen gemmania tecta Laconum
Pellibus hircinis æquiparanda loquar.

Ælianus lib. XIII. var Histor. ἦν δὲ ἄρα τῇ Αταλάντῃ στρωμναὶ μὲν δοραὶ τῶν θερηραμένων, τροφὴ δὲ τὰ τούτων κρέα, ποτὸν τε τὸ ὕδωρ. Stratis autem, lectoque utebatur Atalanta ferinis pellibus, cibo earundem carnibus, & aqua. *Cicero* pro L. Murena. Tubero ille homo eruditissimus & Stoicus, in funere Scipionis Africani, cum epulum populo Romano nomine Q. Maximi daret, stravit pelliculis hædinis lectulos punicanos, & exposuit vasa Samia. In stragulis pelliceis cubasse docet *Cornelius Nepos* Agesilaum: Quod ei usu venit, cum annorum octoginta subsidio Thaco in Ægyptum ivisset, & acta cum suis accubuisset sine ullo tecto, stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis, neque ni amplius quam pellis esset injecta, eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo regem in his neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. Deinde invalescente luxu, tapetibus, aulæis, & peristromatis Babylonicis ornari & sterni lectos coeptum est: *Heliodorus* lib. v. Histor. Æthiop. ἐξεφόρυν τραπέζας, κρατῆρας, τάπητας, παραπετάσματα, Σιδωνίων ἔργα, καὶ Τυρίων χειρῶν, τ' ἄλλα οἷς δεῖπνον ὑπερετῶνται. Efferebant mensas, pocula, tapetes, aulæa, Sidomiarum opera, & Tyriarum manuum, & alia, quorum in instruendo convivio usus est. *Hyperidrs* in Patroclo apud *Jul. Pollucem* lib. IV. cap. 19.

οἱ δ' ἐννέα, ἄρχοντες ἐστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ
πεφυρξάμενοι τι μέρος τῆς αὐλαίας.
Novem principes convivabantur in stoa,
Circumsepti alterutram partem aulæis.

Virgilius Æneid. lib. I.

— Aulæis jam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Idem lib. IX.

—— Qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore somnum.

Idem lib. VIII.

Præcipuumque thoro, & villosum pelle leonis
Accipit Æneam, solioque invitat acerno.

Varro in Hercule Socratico

In omnibus rebus bonis quotidianis
Cubo in Sardinianis tapetibus.

Statius lib. v. Thebaid.

Evinctum ramis, altaque mole tapetum
Efflantem somno crescentia vino.

Idem lib. I.

—— Pars ostro tenues, auroque sonantes
Emunire thoros, altosque inferre tapetas,
Pars teretes lævare manu, ac disponere mensas,

Bacchilides apud *Atheneum* lib. II. cap. I. Dipnosoph. οὐ βοῶν πάρεστι σώματ' οὔτε χρυσὸς, οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενὴς, μοῦσα τε γλυκεῖα. Non adsunt bovum corpora, neque aurum, neque purpurei tapetes, sed animus benevolus, musaque dulcis.

Lucretius lib. IV.

Somno devincti credunt extollere vestem
Totius hummorem siccatum ut corpore fundant
Tunc Babylonica magnifico splendore rigantur.

Plinius lib. VIII. cap. 48. Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octigentis millibus venisse jam tunc posuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadragies sestertio nuper stetere. A Babylone, ubi inventa, dicta sunt Babylonica: *Plinius* ibid.. Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. Stragulis purpureis, sericis & aureis, lecti sternebantur. *Plato* apud Athænaeum lib. II. cap. 6. Dipnosoph.

Κἆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις
Κἀν φοινικίσι σαρδιανικαῖσι κοσμισαμένοις κατάκεινται.
In lectis deinde eburneis fultis pedibus, stragulis
Tinctis purpura, ostro Sardiniano dormituri cubabant.

Apulejus lib. II. Miles. Opipares cibi & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti. Idem lib. x. Miles. Lectus indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus.

Varro in quinquatribus

Cum eborato lecto, ac purpurei operis
Thoro cubare videam ægrotum.

Virgilius Æneid. lib. I.

Jam pater Æneas, & jam Trojana juventus
Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.

Statius lib. I. Thebaid.

Certatim accelerant, vario ſtrepit icta tumultu
Regia, pars oſtro tenues auroque ſonantes
Emunire thoros, altoſque inferre tapetes.

Sil. Italicus lib. X.

Ipſe demum cultu, & ſacro dignatus honore
Præcipuus, multoque procul ſplendentibus oſtro
Excipitur ſublime thoro

Lecti citrei apud veteres celebrati: *Perſius* Sat. I.

——— Non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis.

Lectorum fulcra laminis putaminum teſtudineorum minutim ſectis obducta *Plinius* lib. IX. cap. II. Teſtudine putamina ſecare in laminas, lectoſque, & repoſitoria his veſtire, Carvilius Pollio inſtituit prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii. *Philo Judæus* in ſua legatione. Τρίκλινα, καὶ περίκλινα χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα, καὶ πολυτελεστέρας ὕλης. ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα: Triclinares lecti, & ſtibadia, teſtudine aut ebore adornata, & meliori etiam in materia, atque ea pleraque gemmata. *Clemens* Alexandrinus. χελώναις πεποικιλμένας λοίτας. Teſtudine variegatos lectos. *Lucianus* in Aſino. Κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης ἰνδικῆς: Lectica magna ex teſtudine indica. *Seneca* lib. VII. cap. 9. de Beneſ. Video elaboratam ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem, & fœdiſſimorum pigerrimorumque animalium teſtas, ingentibus pretiis emtas, in quibus ipſa, quæ placet varietas, & ſubditis medicamentis in ſimilitudinem veri coloratur. *Plinius* lib. XVI. cap. 42. Excogitatæ ſunt & ligni bracteæ, nec ſatis cæpere tingi animalium cornua, dentes ſecari, lignumque obore diſtingui, mox operiri placuit deinde materiam & in mari quæri. Teſtudo in hoc ſecta; nuperque portentoſis ingeniis Neronis principatu inventum, ut pigmentis perderet ſe, pluriſque væniret, imitata lignum. *Martialis* lib. XII. eqig. 67.

Gemmantes prima fulgent teſtudidine lecti
Et Mauruſiaci pondera rara citri.

Et lib IX. epigr. 60.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

L. *Apulejus* lib. X. Miles. Lectus Indica teſtudine perlucidus, plumea congerie tuomidus, veſte ſerica floridus.

Juvenalis Sat. XI.

Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret
Clarum Trojugenis factura ac nobile fulcrum
Sed nundo latere, & parvis frons ærea lectis,
Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſcivi ludebant ruris alumni.

Vetus Scholiaſtes ad h. l. Ut lectum teſtudineum haberet: Nam lectos antiqui teſtudine Oceani ornabant. Eburneos quoque veteres habuiſſe lectos paſſium legitur apud ſcriptores. *Plato* poeta apud *Athanæum* lib II. cap. 6. Dipnoſoph.

Κἀτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι, καὶ
στρώμασι πορφυροβάπτοις
Κἀν φοινικέσι σαρδιανικοῖσι κοσμησαμένοις κατάκεινται

In lectis deinde eburneis fultis pedibus, ſtragulis
Tinctis purpura, oſtro Sardiniano, dormituri cuaabant.

Plautus in Sticho.

Di. Lanam purpuramque multam:
Ge: Qui ventrem veſtiam
Di. Lectos eboratos, auratos: Ge:
Accubabo regie.

Catullus in Epithalamio Juliæ, & Manlii

O cubile, quod o nimis
Candido pede lectuli,
Quæ tibi veniunt bona,
Gaudeas.

Propertius lib. II: eleg. 13.

Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno,
Nec ſit in Attalico mors mea nixa thoro.

Varro in quinquatribus.

Cum eborato lecto, ac purpurei operis
Thoro cubare videam ægrotum.

Apulejus lib. II. Miles. Opipares cibi & ebore nitentes lecti, aureis veſtibus intecti. *Baſilius* Magnus oratione ad divites. ἐλεφάντιναι στιβάδες: Eburnea ſtibadia: Deinde invaleſcente luxu lecti argentei & autei celebrati: Loco memorato *Eſther* מטות זהב וכסף *Lectuli aurei & argentei*. *Papinianus* l. 9. ff. de ſupell. leg. Supellectilis menſas eſſe cujuſcunque materiæ, ſcilicet vel argentea, vel argento incluſas, placet: Num & argenteos lectos, & argentea candelabra ſupellectili cedere, poſterior ætas recepit. *Martialis* lib. IX. epigr. 23.

Et crepet in noſtris aurea lamna thoris.

Inclinati ad latus ſiniſtrum menſe accumbebant: *Gemara Peſachim* fol. 18. I.

פרקין

פרקון לא שמיה הסיבה הסיבת ימין לא שמיה הסיבה Superne jacere non vocatur accubitus, neque recumbere ad latus dextrum vocatur accubitus: *R. Salomon* ad vocem ימו *Amos* II. כל מסיבת סעודה בהטיה היא שחוא וסמך על שמאלו. Omnis accumbitus ad epulas fuit cum inclinatione, quia accubens innititur ſiniſtræ ſuæ. *Maimonides* l. c. והסיבת ימין לו הסיבה וכן המיסב על ערפו או על פניו אין זו הסיבה. Neque accubitus in dextrum latus erat accubitus, neque ſiquis accumberet, reclinans ſe ad cervicem, vel in faciem erat accubitus. *Stuckius* lib. II. cap. 34. Antiquit. Convivialium teſtatur Græcos & Romanos cubito innitentes accubuiſſe: *Lambinus* ad illud *Horatii* lib. I. Od. 27.

Et cubito remanente preſſo.

Hoc corporis habitu (*inquit*) ac ſitu cœnabant Græci fere omnes, & Romani illi veteres, accumbentes ſcil. & cubito innitentes, non ſedentes; Cujus rei complures in ruinis, & parietinis Italiæ veſtigia, ac monimenta vidi. Inclinationem corporis in cubitum ſiniſtrum delineat *Jacobus Sponius* in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis in differt. de Tripodibus fig. 5. & 7. probatque ex *Euripide Zachar. Bogan* in Archæologiis Atticis lib. VI ſect. 2. cap. 3.

Accumbendi ordo deſcribitur. *Hieroſ. Taanith.* 68. I. תני סדר חסב בזמן שהן שתי מיטות הגדול שבהן עולה מסב בראש העליונה והשני לו למטה ממנו בזמן שהן שלש מיטות הגדול שבהן עולה ומיסב בראש האמצעית והשני לו למעלה והשלישי לו למטה הימנו. Traditio: Ordo accubitus: Cum duo eſſent lectuli, digniſſimus accubuit in primo, & ſecundus ab eo ſupra eum; cum vero eſſent tres lectuli, digniſſimus accubuit in medio, & ſecundus ab eo ſupra eum, & tertius ab eo infra eum. *Berachoth* fol. 46. 2. אמר ליה ריש גלותא לרב ששת אף על גב דרבנן קשישי אתון פרסאי בצרכי סעודה בקיאי מינייכן בזמן שהן שני מטות גדול ממנו בראש ושני לו למעלה הימנו בזמן שהן שלש מטות גדול מסב באמצע שני לו למעלה הימנו שלישי לו למטה הימנו: Dixit princeps captivitatis ad R. Seſat: Licet vos ſapientes ſenes ſitis, tamen Perſæ in iis, quæ ad convivium pertinent, vobis ſunt peritiores. Quando duo ſunt lecti, maximus accubuit in capite (i. eſt primo loco) & ſecundus ſupra ipſum: Quando tres ſunt lecti, maximus accumbit in medio ſecundus ſupra ipſum, tertius infra ipſum: *R. Salomon* ad hæc verba: *Quando duo ſunt lecti*: Conſueverunt cibum capere accumbendo, ſupra latus ſiniſtrum inclinati & pedibus in terra poſitis, unuſquiſque ſuper peculiari lecto: *& ſecundus ſupra ipſum*: In lecto ſecundo verſus cervicalia vel caput maximi: *Quando tres* &c. *tertius infra ipſum*: ſc. ad pedes ejus. Sequitur in l. c. Gemara. אמר ליה רבי וכי בעי אשתעויי בהדי מתריץ תרוצי ויתיב ומשתעי בהדיה Dixit ei: Itaque ſi velit (maximus ſc.) colloqui cum eo (ſc. cum ſecundo) oportet ut ſe erigat, & aſſurgat, ut cum ipſo colloquatur? (Nam quandiu inclinatus jacet, non poteſt cum ipſo colloqui, quia ſecundus jacebat a capite ejus, & facies ejus ſc. dignioris alioſum, non verſus ipſum eſt converſa. Itaque vult dicere R. Seſat; videtur mihi melius eſſe, ut ſecundus ſedeat infra ipſum, ut verba ejus, etiam cum inclinatus eſt, audire poſſit: שאני פרסאי דמחוי ליה במחוי: Aliam conſuetudinem habent Perſæ; Nutibus & ſignis ei annuunt, & mentem ſuam exprimunt: Paucis interjectis reſpondet R. Seſat: אנא מתניתא ידענא דתניא כיצד סדר הסיבה בזמן שהן שתי מטות גדול מסב בראש ושני לו למטה הימנו בזמן שהן שלש מטות גדול מסב בראש שני לו למעלה הימנו שלישי לו למטה הימנו: Ego traditionem novi, in qua traditur: Quiſnam eſt ordo accubitos? Quando duo ſunt lecti, maximus accumbit in primo, & ſecundus infra ipſum (ubi *R. Salomon*: Ne ſi primus aliquid velit loqui cum ſecundo, aſſurgere, & erigere ſe cogatur) Quando tres ſunt lecti maximus recumbit in primo, ſecundus ſupra ipſum, tertius infra ipſum: [ubi iterum *R. Salomon*: Sic ſi velit, poteſt loqui cum tertio; & ſi velit loqui cum ſecundo, ſatius eſt ut erigat, quam deprimat ſecundum, coram eo, qui minor ipſo eſt, ut ille ſit infra, & is qui minor eſt, ſupra. Hanc poſtremam recumbendi rationem maxime probat *Maimonides* cap. VII. I. *Berachoth*, aſſeritque hanc conſuetudinem a veteribus ſapientibus fuiſſe uſurpatam. At hæc intelligenda ſunt de cœna vulgari; Nam in cœna Paſchali in qua ſocietates ex pluribus convivis conſtabat, non credendi ſunt ſinguli in ſingulis lectis, ſed plures in eodem lectulo accubuiſſe, uti conſtat ex reliquarum gentium conſuetudine: Tum optime explicari poterit, quomodo *Johan.* XIII. 23. dilectus ille diſcipulus in ſinum Chriſti dicatur recubuiſſe.

Locus, a lecticarum numero, in quibus diſucumbentes epulabantur, triclinium appellatus eſt; *Servius* ad *Aneid.* I. verſ. 701. Antiqui ſtibadia non habe-

bebant, sed stratis tribus lectis epulabantur; unde & triclinium sterni dicitur: Sic *Cicero*: *Sterni triclinia & in ferri jubebat*: Unde apparet errare eos, qui dicunt triclininm esse basilicam ipsam, vel cœnationem: *Juvenalis* Sat. v.

> Tertia cum vacuo cessaret culcita lecto.

Ubi vetus Scholiastes: Apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis manducabant discumbentes; tres autem lecti erant, in quibus discumbebant, unde hodie triclinia appellantur. *Isidorus* lib. xv. cap. 3. Etymol. Triclinium est cœnaculum, a tribus lectis discumbentium dictum; Apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur; *κλίνη* enim Græce lectus vel accubitus dicitur, ex quo confectum est, ut triclinium diceretur. *Curopalates* lib. de offic. Aulæ Constanipol. pag. 128. *ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς πεντάκις τὸ ἔτος τρώγει ἐν τῷ τρικλινίῳ, πάντων παρισταμένων ἀρχόντων*. Cum autem Imperator quinquies quotannis in triclinio cibum sumat, adstantibus omnibus principibus. Ibid. 180. *μετὰ τοῦτο τοίνυν ἀνέρχεται ἐπὶ τὸ τρικλίνιον τὸ λεγόμενον Θωμαΐτην*. Postea igitur adscendit triclinium, quod appellatur Thomaites: Varium pro varia anni tempestate erat triclinium. *Vitruvius* lib. VII. cap. 4. Tricliniis hibernis non est utilis hæc compositio.

Judæi asserunt singulos convivas singulas habuisse mensas. *Tosephoth* ad *Babyl. Berachoth* fol. 42. 1. היה להן שלחנות קטנים וכל אחד לפני עצמו אוכל על שלחנו: Habebant parvas mensulas, & unusquisque seorsim comedebat super mensa sua. Et ibid. infra שהם היו רגלים כל אחד להסב על מטתו ועל שלחנו אבל עכשיו כלנו אוכלים על שלחן אחד Quia ipsi solebant singuli accumbere in lecto suo, & ad mensam suam; nunc vero omnes comedunt ad mensam unam. *R. Jona* in Alphesi majori in *Berachoth* fol. 33. 1. בימיהם שהיו השלחן ומפורת לפני כל אחד ואחד היה צריך שיסבו וגו׳ In diebus illorum quando mensa & mappa erat coram unoquoque, necesse erat, ut discumberent, ut conjungeretur &c. Quando autem plures erant convivæ, majores adhibebantur mensæ, ut scribit *Simson* in *Celim* fol. 34. 1. & 36. 2. Neque enim credibile est in cœna Paschali singulos convivas in singulis mensis comedisse.

Hebræorum mensas fuisse quadratas colligitur ex *Simsone* in *Oholoth* fol. 64. 2. ubi differitur pedes habuisse instar arcæ: Reliquarum gentium, præsertim Romanorum quoque fuisse quadratas mensas scribit *Varro* lib. IV. de lingua Lat. Mensam Escariam Cibillam appellabant, ea erat quadrata, ut etiam num in castris, a cibo Cibilla dicta est, postea rotunda facta. *Virgilius* lib. VII. Æneid.

> —— Patulis nec parcere quadris.

Juvenalis Sat. v.

> Ut bona summa putes aliena vivere quadra

Festus Pompejus lib. v. Escariæ mensæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur. Vid. *Plinium* lib. XXXIII. cap. 2. Postea rotundæ factæ sunt. *Varro* ibid. Mensa vivaria rotunda nominanabatur cilibantum, ut etiamnum in castris, id videtur declinatum a Græco, *ἀπὸ τοῦ κύλικος*, altera vivaria mensa, quadrata, oblonga, una collumella, vocabatur cartibulum &c. Hæc in ædibus ad compluvium apud multos me puero ponebatur, & in ea, & cum ea ænea vasa, & a gerendo, gestibulum, unde cartibulum post dictum: *Etymologicum magnum*: *αἱ τῶν παλαιῶν τράπεζαι τετράγωναι ἦσαν*. Antiquorum mensæ quatuor laterum erant; Deinde orbiculares factæ: *Lucanus* lib. x. Pharsal.

> Dentibus hic niveis, sectoque Atlantide silva
> Imposuere orbes.

Virgilius lib. VII.

> Et violare manu, malisque audacibus orbem
> Fatalis crusti.

Martialis lib. IX epigr. 23.

> Ut mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Statius lib. I. Thebaid.

> Pars teretes lævare manu, ac disponere mensas.

Juvenalis Sat. II.

> —— putere videntur
> Unguenta, atque rosæ, latos nisi sustinet orbes
> Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu
> Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes
> Et Mauri celeres

Mensæ referebant formam Sigmatis Græci, ideoque vocatæ Sigma. *Martialis* lib. x. epigr. 48.

> Stella, Nepos, Gani, Crealis, Flacce venitis.
> Septem Sigma capit, sex sumus, adde Lupum.

Idem lib. XIV. epigr. 87.

> Accipe lunatum scriptum testudine Sigma.

Octo

Octo capit, veniat quisquis amicus erit

Sidonius Apollinaris Carm. 17.

Non tibi gemmatis ponentur prandia mensis,

Assyrius murex nec tibi Sigma dabit.

Idem Carm. 22.

Mos erat hic dominis hybernum Sigma locare.

Idem lib. I. epist. 2. Ut ministeriorum se non impediente famulatu, tot possit recipere sellas, quot sigma capit personas. Ad extrema cornua præstantiores assidebant: *Gregorius Turonensis* lib. I. de Miraculis lib. 80. Discumbentibus autem ad convivium vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens: *Sidonius Apollinaris* lib. I. epist. II. Primus jacebat cornu sinistro consul ordinarius Severinus. *Juvencus* lib. III. Sacror. Carminum.

Sic vos quisque vocat, cœnæ convivia ponet

Cornibus in summis devitet ponere membra,

Quisque sapit, veniat forsan si nobilis alter

Turpiter eximio cogetur cedere cornu.

Hebræorum mensæ primum ex salicibus decorticatis factæ, uti fit mentio a *Simsone* in *Celim* fol. 37. I. Deinde ex lignis construebantur, quæ memorantur in *Pirke Harosch* subnexis tit. *Pesachim* fol. 139. 2. Primum apud Græcos & Romanos in illa paupertate ex cespite compositæ mensæ: *Tibullus* lib. II. eleg. 6.

At sibi quisque dapes, & festas extruet alto

Cespitibus mensas, cespitibusque thoros.

Postea ex acere confectæ. *Plinius* lib. XXIII. cap. II. Ait ante se paulo triclinia lignea, rotunda, solida, nec multo majora quam mensas fuisse, se quidem puero, quadrata, aut compacta, aut acere operta, aut citro fuisse: *Virgilius* Æneid. lib. VIII.

Præcipuumque thoro, & villosum pelle leonis

Accipit Æneam, solioque invitat acerno.

Deinde invalescente luxuria mensæ, lecti, abaci, triclinia argenteis, & aureis laminis obduci cæperunt; sed præ ceteris mensæ citreæ celebratæ. *Plinius* lib. XIII. cap. 15. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri, & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt &c. extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est illo ævo emta HS. undecim, memoratur & Asinii Pollii HS. undecim venudata. *Tertullianus* de Pallio cap. V. Nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, adigo cauterium ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa ejusdem Mauritaniæ numerat: hem quantis facultatibus æstimavere ligneas maculas. *Plinius* iterum lib. V. cap. I. Et quidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis viris, jam vero & senatorii, nil demirantibus quam luxuriam, cujus efficacissima vis sentitur atque maxima, cum ebori citroque silvæ exquirantur. *Juvenalis* vetus Scholiastes ad vers. 138. Sat. I. Mensis citreis, quas antiquitus magno in pretio habebant, aut de ebore. *Cicero* VI. Verrina: Maximam & pulcherrimam mensam citream a L. Lutadio Diodoro omnibus scientibus abstulisti. *Martialis* lib. XIV. epigr. 90.

Non sum crispa quidem, nec silvæ filia Mauræ,

Sed norunt lautas, & mea ligna dapes.

Mensæ citreæ quo majoribus maculis erant conspiciendæ, erant cariores: *Plinius* lib. V. cap. I. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in cortice variis illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinæ appellantur; hoc inserto, & ideo tales pantherinæ vocantur; sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur &c. Postea muræna nigro transcurrens limite, variisque corticum punctis apprehensus papaverum modo, & in totum atro propior color, maculæque discolores. *Seneca* de tranquillitate animi cap. I. Placet minister incultus, ac rudis vernula, argentum grave, rustici patris, sine ullo opere, & nomine artificis, & mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones populo nota, sed in usum posita, quæ nullius convivæ oculos, nec voluptate moretur, nec accendat invidia. Idem lib. VII. de benef. cap. 9. Video isthic mensas, & æstimatum lignum, senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris torsit infelicitas. *Petronius* in Satyrico

Citrea mensa, greges servorum, ostrumque renidens

Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,

Quod

Quod censum trahat hoc sterile,
ac male mobile lignum;
Turba sepulta mero circumvenit.

Lucanus lib. IX.

—— Tantum Maurusia genti
Robora divitiæ, quarum non noverat usum,
Sed citri contenta comis vivebat, & umbra.
In nemus ignotum nostræ venere secures,
Extremoque epulas, mensasque petivimus orbe.

Martialis lib. XIV. epigr. 89.

Accipe felices, Atlantica munera silvæ,
Aurea qui dederat dona minora dabit.

Ibid. epigr. 138.

Nobilibus villosa tegant tibi lintea citrum
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Quoties epulæ inferebantur, toties mensæ mutabantur; & cum cibis onustæ mensæ illatæ, & cum ipsis iterum sublatæ; uti constat ex *Athenæo*, & *Macrobio*; *Servius* ad lib. I. *Æneid.* Apud Romanos etiam cœna edita, sublatisque mensis primis silentium fieri solebat: *Virgilius* l. c.

Postquam exemta fames epulis,
mensæque remotæ.

Cœnantibus mensæ apponebantur: *Plautus* Asinar.

—— —— Agedum
Pueri mensam apponite.

Homerus Iliad. lib. ult. vers. 476.

Ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα
Tunc enim apposita erat mensa

Post cœnam remotæ. *Plautus* in Amphitru.

Te dormitare ajebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Petronius Satyr. Simul oblitus officii, mensam, quam humanitate posuissem, contumelia tollerem: Vid. *Athenæum* lib. I.

VI. In historia Evangelica dicitur *Matth.* l. c. *Et edentibus illis*. Ordinem cœnæ Paschalis primum ex *Maimonide* cap. VIII. Chametz umazza, describemus, deinde singula sigillatim explicabimus : סדר עשיית מצות אלו בליל חמשה עשר כך הוא בתחלה מוזגין כוס לכל אחד ואחד ומברך בורא פרי הגפן ואומר עליו קדוש היום וזמן ושותה ואחר כך מברך על נטילת ידים ונוטל ידיו ומביאין שלחן ערוך ועליו מרור וירק אחר ומצה וחרוסת ונופו של כבש הפסח ובשר חגיגה של יום ארבעה עשר ובזמן הזה מביאין על השלחן שני מיני בשר

אחד זכר לפסח ואחד זכר לחגיגה. מתחיל ומברך בורא פרי האדמה ולוקח ירק ומטבל אותו בחרוסת ואוכל כזית הוא וכל המסובין עמו וכל אחד ואחד אינו אוכל פחות מכזית ואחר כך עוקרין השלחן מלפני קורא ההגדה לבדו ומוזגין הכוס השני וכאן הבן שואל ואומר הקורא מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אין אנו מטבלין אפילו פעם אחת והלילה הזה שתי פעמים שבכל הלילות אנו אוכלים חמץ ומצה והלילה הזה כולו מצה שבכל הלילות אנו אוכלין בשר צלי שלוק ומבושל והלילה הזה כולו צלי שבכל הלילות אנו אוכלין שאר ירקות והלילה הזה מרורים שבכל הלילות אנו אוכלין בין יושבין בין מסובין והלילה הזה כולנו מסובין. בזמן הזה אינו אומר והלילה הזה כולו צלי שאין לנו קרבן ומתחיל בגנות וקורא עד שגומר דרש פרשת ארמי אובד אבי כולה. מחזיר השלחן לפניו ואומר פסח זה שאנו אוכלין על שם שפסח המקום על בתי אבותינו במצרים שנאמר ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה ומגביה המרור בידו ואומר מרור זה שאנו אוכלין על שם שמררו המצריים את חיי אבותינו במצרים שנאמר וימררו את חייהם ומגביה המצה בידו ואומר מצה זו שאנו אוכלין על שם שלא הספיק בצקם של אבותינו להחמיץ עד שנגלה עליהם הקדוש ברוך הוא ונאלם מיד שנאמר ויאפו את הבצק אשר הוציאו ממצרים וכו׳ ובזמן הזה אומר פסח שהיו אבותינו אוכלין בזמן שבית המקדש קיים על שם שפסח הקדוש ברוך הוא על בתי אבותינו וכו׳. ואומר לפיכך אנו חייבין להודות להלל לשבח לפאר להדר לרומם לגדל ולנצח למי שעשה לאבותינו ולנו את כל הנסים האלו והוציאנו מעבדות לחירות מיגון לשמחה ומאפלה לאור גדול ונאמר לפניו הללויה. הללויה הללו עבדי יהוה וכו׳ עד חלמיש למעינו מים וחותם ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר גאלנו וגאל את אבותינו ממצרים והגיענו ללילה הזה לאכול בו מצה ומרורים ובזמן הזה מוסיף כן יהוה אלהינו ואלהי אבותינו יגיענו למועדים ולרגלים אחרים הבאים לקראתנו לשלום שמחים בבנין עירך וששים בעבודתך לאכול מן הזבחים ומן הפסחים שיגיע דמם על קיר מזבחך לרצון ונודה לך שיר חדש על גאולתינו ועל פדות נפשנו ברוך אתה יהוה גאל ישראל ומברך בורא פרי הגפן ושותה הכוס השני. ואחר כך מברך על נטילת ידים ונוטל ידיו שנייה שהרי הסיח דעתו בשעת קריאת ההגדה ולוקח שני רקיקין חולק אחד מהן ומניח פרוס לתוך שלם ומברך המוציא לחם מן הארץ ומפני מה אינו מברך על שתי ככרות כשאר ימים טובים משום שנאמר לחם עוני מה דרכו של עני בפרוסה אף כאן בפרוסה ואחר כך כורך מצה ומרור כאחד ומטבל בחרוסת ומברך ברוך אתה יהוה

יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילת מצה ומרורים ואוכלן ואם אכל מצה בפני עצמה ומרור בפני עצמו מברך על זה בפני עצמו ועל זה בפני עצמו. ואחר כך מברך ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילת הזבח ואוכל מבשר חגיגת ארבעה עשר תחלה ומברך ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילת הפסח ואוכל מגופו של פסח ולא ברכת הפסח פוטרת של זבח ולא של זבח פוטרת של פסח. בזמן הזה שאין שם קרבן אחר שמברך המוציא לחם חוזר ומברך על אכילת מצה ומטבל מצה בחרוסת ואוכל וחוזר ומברך על אכילת מרור ומטבל מרור בחרוסת ואוכל ולא ישהה אותו בחרוסת שמא יבטל טעמו וזו מצוה מדברי סופרים וחוזר וכורך מצה ומרור ומטבל בחרוסת ואוכלן בלא ברכה זכר למקדש. ואחר כך נמשך בסעודה ואוכל כל מה שהוא רוצה לאכול ושותה כל מה שהוא רוצה לשתות ובאחרונה אוכל מבשר הפסח אפילו כזית ואינו טועם אחריו מאכל אחר כלל ובזמן הזה אוכל כזית מצה ואינו טועם אחריה כלום כדי שיהיה הספק סעודתו וטעם בשר הפסח או המצה בפיו שאכילתן היא המצוה. ואחר כך נוטל ידו ומברך ברכת המזון על כוס שלישי ושותהו ואחר כך מוזג כוס רביעי וגומר עליו את ההלל ואומר עליו ברכת השיר והיא יהללוך יהוה כל מעשיך וכו. ומברך בורא פרי הגפן ואינו טועם אחר כך כלום כל הלילה חוץ מן המים ויש לו למזוג כוס חמישי ולומר עליו הלל הגדול מהודו ליהוה כי טוב עד על נהרות בבל וכוס זה אינו חובה כמו ארבע כוסות ויש לו לגמור את ההלל בכל מקום שירצה אף על פי שאינו מקום סעודה:

Ordo obſervationis præceptorum iſtorum in nocte xv. ita eſt : In principio [inquit] inundunt ſingulis poculum, & recitatur conſecratio vini : *Benedictus* &c. *qui creas fructum vitis* : Deinde additur ei ſanctificatio ſeu conſecratio diei. Et lotum bibit : Poſthæc benedicit ſuper lotione manuum & manus lavat ; Dehinc afferunt inſtructam menſam , eique imponunt πικρίδας , olera alia , azyma, embamma , corpus Agni Paſchalis , & carnem Chagigæ diei XIV. Hoc vero tempore adducunt ſuper menſam duas ſpecies carnium , alteram memoriale Paſchatis, & alteram memoriale Chagiga. Tum incipit, & benedicit: *Benedictus* &c. *qui creas fructum terræ ;* & ſumit olus , & intingens in embamma, comedit in quantitate olivæ , ipſe & omnes accumbentes cum eo. Singuli non comedent minus quantitate olivæ . Poſtea removent menſam e conſpectu illius, qui legit Huggadah, & infundunt poculum ſecundum ; & hoc loco filius quærit , & reſpondet ei lector : Quam diverſa nox iſta a ceteris noctibus? Nam in reliquis noctibus ne ſemel quidem intingimus , hac vero nocte bis ; in reliquis noctibus edimus fermentatum, & azymum ; at nocte iſta tantum azymum ; In reliquis noctibus edimus carnem aſſam, toſtam & elixam , hac nocte non niſi aſſam ; reliquis noctibns edimus tam ſedentes, quam diſcumbentes ; hac nocte omnes diſcumbimus . Hoc tempore non dicuntur iſta verba : Quia non eſt nobis ſacrificium . Et incipit a vituperatione, & legit, donec compleverit explicationem illius ſectionis: *Syrus perditus pater meus* : Totum. Et reponit menſam coram eo, & dicit : Paſcha hoc quod edimus , ideo eſt , quod tranſilierit Deus domos patrum noſtrorum in Ægypto ; Dictum eſt enim: *Et dicetis*: *Sacrificium Paſchatis eſt Domino* : Deinde extollit manu ſua herbas amaras & dicit : Amarum iſtud comedimus , propterea quod amaritudine affecerunt Ægyptii vitam patrum noſtrorum in Ægypto ; Dictum eſt enim; *Et amaritudine affecerunt vitam ipſorum*: Et extollit azymum manu ſua , & dicit. Azymum iſtud comedimus, propterea quod non ſatis fermentata fuiſſet maſſa patrum noſtrorum , antequam Deus S. B. ipſis apparuiſſet, eoſque credemiſſet; Dictum eſt enim: *Et coxerunt paſtam, quam eduxerant ex Ægypto*: At hoc tempore dicit: Paſcha quod comederunt patres noſtri ſtante adhuc ſanctuario , quod tranſilierit Deus S. B. domos patrum noſtrorum &c. Et dicit: Idcirco debemus confiteri laudare, celebrare , decorare , honorare , exaltare, magnificare glorificare eum , qui fecit patribus noſtris , & nobis omnia iſta miracula, & nos eduxit de ſervitute in libertatem, ex mœrore in lætitiam, & ex caligine in lucem magnam : Dicemus coram eo; *Laudate Dominum*, *laudate ſervi Domini* &c. Uſque ad hæc verba : *Silicem in fontem aquarum* : Et concludit : Benedictus Dominus Deus noſter rex mundi qui redemit nos & patres noſtros ex Ægypto , & pervenire fecit nos ad noctem iſtam, ut in ea comedamus azymum , & amara . Hoc vero tempore addit : Ita nos adducet Dominus Deus noſter, & Deus patrum noſtrum ad ſolennitates , & feſta alia nobis obventura in pace , lætos ob reædificationem urbis tuæ, & hilares incultu tuo, comedemuſque illic de ſacrificiis, & de agnis Paſchalibus, quorum ſanguis pertinget ad parietes altaris tui cum

cum beneplacito; & gratias agemus tibi cantico novo propter redemtionem noſtram, & propter liberationem animæ noſtræ; Benedictus ſis Domine liberans Iſrael: Et recitat benedictionem vini; & bibit poculum ſecundum: Poſthæc benedicit ſuper lotione manuum, & lavat manus ſuas ſecunda vice; quia animus ejus alienatus fuit tempore lectionis Haggadah; ſumitque duas placentas; & alteram dividens, collocat diviſam ſub integra; & benedicit: Qui educit panem de terra. Cur non benedicit ſuper duabus tortis panis ſicut in reliquis diebus feſtis? Ex eo quod dictum eſt; *Panis paupertatis*: Quænam eſt conſuetudo pauperis? Fruſtum panis, ita pariter hoc loco adhibetur panis diviſus: Poſtea convoluit azymum, & amarum ſimul, eaque intingit in embamma & dicit: Benedictus &c. qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis edere azymum, & amarum: Eaque comedit: Si azymum ſeorſim comedit, & amara ſeorſim, benedicit ſuper hoc ſeorſim, & ſuper illis ſeorſim. Poſtea benedicit; Benedictus &c. qui præcepit nobis comedere ſacrificium; & comedit de carne Chagigah diei XIV. in principio, & benedicit. Benedictus &c. qui præcepit nobis comedere Paſcha: Et comedit de corpore agni Paſchalis: Neque benedictio Paſchatis liberat benedictionem ſacrificii, neque benedictio ſacrificii liberat benedictionem Paſchatis: Hoc tempore quo non eſt oblatio poſtquam benedixit: Educens panem: iterum benedicit ſuper comeſtione azymi; & intingit azymum in embamma, ipſumque comedit; atque iterum benedicit ſuper comeſtione amarorum, & intingit amara in Embamma, atque comedit: Neque finit illa diu in embammate morari; ne forte ſaporem ſuum perdant: At hoc præcepum eſt ex verbis ſcribarum: Et rurſus convoluit azymum & amara, eaque intingit in embamma, eaque comedit ſine benedictione in memoriam ſanctuarii. Et poſtea producitur convivium, & edit & bibit, quantum edere & bibere libuerit: & poſtremo edit de carne Paſchatis vel in quantitate olivæ, nec poſtea quicquam aliud guſtat; At hoc tempore comedit azymum in quantitate olivæ, & poſtea nihil guſtat, ut hic ſit finis ejus convivii, & ſapor carnis Paſchatis aut azymi ſit in ejus ore, quia eorum comeſtio eſt de præcepto. Et deinceps lavat manus ſuas, & benedicit benedictionem cibi ſuper poculo tertio, & poſtea infundit poculum quartum, & abſolvit ſuper eo Hallel; & recitat ſuper eo benedictionem cantici: *Laudent te Domine omnia opera tua* &c. Et benedicit: Benedictus, qui creas fructum vitis: Et tota nocte nihil amplius guſtare licet excepta aqua: Poteſt tamen infundi adhuc poculum quintum, & recitari ſuper eo Hallel magnus: *Confitemini Domino, quia bonus eſt*: Uſque: *Ad flumina Babylonis*: Hoc vero poculum non eſt ex debito, ſicut quatuor pocula: Licet abſolvere Hallel in quocunque loco voluerit, vel extra locum convivii.

Scribit *Maimonides*, quod in principio ſingulis infunderetur poculum, & recitaretur conſecratio vini, & deinde benedictio diei. De quo diſſentiunt in Miſchna *Peſachim* x. 2. מזגו לו כוס ראשון בית שמאי אומרים מברך על היום ואחר כך מברך על היין ובית הלל אומרים מברך על היין ואחר כך מברך על היום. Infundunt poculum primum, ſchola Schamai dicit: Benedicit diei, & deinde benedicit vino: ſchola Hillel dicit: Benedicit vino, & deinde benedicit diei: Ubi *Gemara Hieroſolymitana* 37. 3. מה טעמא דבית שמאי שקרושת היום גרמה ליין שיבא וכבר נתחייב בקרושת היום עד שלא בא היין מה טעמא דבית הלל שהיין גורם לקרושת היום שתיאמר דבר אחר היין תדיר וקרושה אינה תדירה אמר רבי יוסי מדברי שניהן יין ואבדלה היין קודם כלום טעמא דבית שמאי שקרושת היום גרמה ליין וכאן הואיל ואבדלה גרמה ליין שיבוא היין קודם כלום טעמא דבית הלל אלא שהיין תדיר וקרושה אינה תדירה וכאן הואיל והיין תדירה ואבדלה אינה תדירה היין קודם אמר רבי מנא מדברי שניהן יין ואבדלה אבדלה קודם כלום טעמא דבית שמאי אלא שכבר נתחייב בקרושת היום עד שלא בא היין וכאן הואיל ונתחייב בארלה עד שלא בא היין אבדלה קודמת כלום טעמא דבית הלל אלא שהיין גורם לקרושת היום שתיאמר וכאן הואיל והיין גורם לאבדלה שתיאמר אבדלה קודמת אמר רבי זעורא מדברי שניהן אמר מבדילין בלא יין ואין מקדשין אלא ביין. Quænam eſt ratio ſcholæ Schammai? Quod ſanctificatio diei efficiat, ut vinum afferatur; & jam obligatur ad ſanctificationem diei priuſquam afferatur vinum. Quænam eſt ratio ſcholæ Hillel? Quod vinum faciat, ut dicatur benedictio diei. Alia expoſitio: Vinum eſt juge, at ſanctificatio non eſt jugis. Dicit *R.* Joſe: Ex verbis amborum; Si vinum & ſeparatio; vinum præcedit. Fortaſſe ex ratione ſcholæ Schammai ſanctificatio diei, non efficit, ut afferatur vinum, at hoc loco ſeparatio facit, ut afferatur vinum ideoque vinum præcedit. Fortaſſe ratio ſcho-

scholæ Hillel hæc erit, quod viuum sit juge, & sanctificatio non sit jugis; & hoc loco quoniam vinum est juge, & separatio non est jugis, vinum præcedet. Dicit R. Mena ex verbis utriusque; si vinum, & separatio, separatio præcedit: Fortesse ratio scholæ Schammai hæc est, quod obligetur ad sanctificationem diei, priusquam afferatur vinum; & hoc loco quoniam obligatur ad separationem priusquam afferatur vinum separatio præcedit: Fortasse ratio scholæ Hillel hæc est, quod vinum efficiat, ut dicatur benedictio diei; & hoc loco quoniam efficit, ut recitetur separatio, separatio præcedet: Dicit R. Zehera; Ex verbis utriusque separabant sine vino, at non benedicebant sine vino.

Species omnes vini idoneæ erant, sed rubrum præ ceteris requirebatur: *Gemara Hierosolymitana* l. c. מהו לצאת ביין של שביעית תני רבי הושעיה יוצאין ביין של שביעית מהו לצאת בקונדיטון מן מה דתני בר קפרא קונדיטון כיין הוא אמרה יוצאין בקונדיטון מהו לצאת בהן מזוגין מן מה דתני רבי חייה ארבעה כוסות שאמרו יוצאין בהן בין חיין בין מזוגין והוא שיהא בהן טעם ומראה יין אמר רבי ירמיה מצוה ביין אדום שנאמר אל תרא יין כי יתאדם תני מבושל כדי תבל מהו לצאת ביין מבושל רבי יונה אמר יוצאין ביין מבושל. Quid ut satisfaciat debito vino anni septimi? Tradit R. Oschaja. Satisfaciunt debito vino anni septimi. Quid ut satisfaciat debito vino condito? Ex eo quod tradit bar Kaphra: Vinum conditum est sicut vinum. Hoc dicit, quod satisfaciant debito vino condito: Quid ut satisfaciat debito vino temperato? Ex eo quod tradit R. Chijah: In quatuor poculis, de quibus dixerunt, satisfaciunt debito tam mero, quam vino temperato, dummodo sit in iis sapor & color vini. Dicit R. Hieremias; Præceptum est ut satisfaciat debito vino rubro: Dictum est enim: *Ne intuearis vinum, quando rubescit*. Traditio: Coctum, ut condiatur: Quid ut satisfaciat debito vino cocto? R. Jona dicit: Satisfaciunt debito vino cocto. In *Levusch* in constitutionibus *Pesach* num. 172. II. מצוה לחזור אחר יין אדום שדרכו להיות משובח הלבן. Præceptum est inquirere, & comparare vinum rubrum, quia illud præstantius esse solet, quam album. Unde: אם ידוע שהלבן הוא משובח מהאדום הוא קודם: Si constet album esse præstantius quam rubrum, illud præferatur. *Corippus* recenset omnia vini genera apud veteres celebratata lib. III. num. 3.

—— —— dulcia Bacchi

Munera, quæ sarapta ferax, quæ Gaza crearat
Ascalon, & lætis dederat, quæ Græca colonis,
Quæve antiqua Tyros, quæ fertilis Africa mittit,
Quæ manibus propriis Ithacus plantavit Ulysses,
Arce sub Ibalia Laertia lumina servans,
Nondum Trojani vitans discrimina belli,
Quæque Methymnæis expressit cultor ab uvis,
Pocula —— ——

Seraptæ vinum memorat *Plinius* lib. v. cap. 19. & *Sidonius Apollinaris* Carm. 17.

Quæque Serapteno palmite missa bibas.

Meroe vinum regum conviviis adhibitum. *Lucanus* lib. x.

Nobile sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Meroe cogens spumare Falernum.

In sexto versu vites ab Ulysse plantatæ memorantur, de qua re ipse Ulysses, ὁμολογεῖ αὐτὸς πολλὰ εἰδέναι, καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι, fatetur multa se scire, & quæ sciat manibus exequi: *Ælianus* Var. Histor. lib. VII. cap. 5. *Methymnæum* vinum celebrat *Horatius* lib. II. sat. 8. *Virgilius* lib. II. Georg.

Quæ Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

Sil. Italicus lib. VII. Punicor.

Methymna ferax Latiis cessura Falernis.

Vetus apud Romanos præcipue celebratum *Ovidius* lib. II. de arte amandi

Qui properant, nova musta bibant, mihi fundat avitum
Consulibus priscis condita testa merum.

Martialis lib. III. epigr. 61.

Centenis quod emis pueros, & sæpe ducentis,
Quod sub rege Numa condita vina bibas.

Idem lib. VII. epigr. 78.

Potavi modo consulare vinum
Quæris quam vetus, atque liberale?
Ipso consule conditum, sed ipse
Qui ponebat, erat, *Severe*, consul.

Plautus Aulular.

—— —— at ego jussero
Cadum unum vini veteris a me afferrier.

Tibullus lib. III. eleg. 2.

Et primum annoso spargant collecta lyæo.

Lucanus lib. IV. Pharsal.

Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.

Mos erat in condendo hujusmodi vino, ut pice, aut gypso diligenter oblinerent: *Porphyrion* ad oden 30. lib. I. *Horatii*: Dicit hoc vinum per semetipsum inveteratum, *levisse* ergo se gypso utique vult intelligi poeta

—— Græca quod ipse testa
Conditum levi.

Horatius lib. III. od. 8.

Hic dies anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimovebit
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule Tullo.

Primus autor picandi vini fuit L. Opimius Consul, unde & Opimianum vinum dictum. *Plinius* lib. XIV. cap. 4. Anno fuit omnium generum bonitas L. Opimio Consule, cum C. Gracchus seditionibus plebem agitans interemtus, ea cœli temperies fulsit, quam cocturam vocant solis opere, Natali urbis 634. durantque adhuc vina ducentis fere annis jam in speciem redacta mellis asperi; Etenim hæc natura vini in vetustate est, nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carie indomita. Et cap. 14. Apothecas fuisse, & diffundi vina solita anno 633. urbis apparet in consulatu Opiminiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia. Notabantur autem cadi inscripto nomine & autoris & consulis: Vetus Scholiastes ad vers. 34. sat. V. *Juvenalis*: Vinum (*inquit*) de montibus Albanis ita vetus ut non possit ex superscriptione antiquitate delata cognosci quanti sit temporis. *Petronius* satyric. Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: *Falernum Opiminianum annorum centum*; dum titulos perlegimus, complosit manus Trimalcio; & heu inquit, ergo diutius vivit; Verum est vinum Opimianum præsto. *Acron* ad lib. I. sat. 10. *Horatii*. Ideo quod aut vina notantur in laganis aut consules: Ipse *Horatius* ibid.

—— Rhodio quod Pitholoenti
Contigit, at sermo lingua concinnus utraque
Suavior ut Chio nota si commista Falerni est.

Juvenalis sat. V.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam titulumque senectus
Delevit multa veteris fuligine testæ.

Plautus in Pœnulo

Ibi tu videas literatas fictiles epistolas
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis
Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi.

Vinum vetus percolabatur, hoc illud est, quod σακκίζειν, & σακχελίζειν appellant Græci, quasi *sacco liquare*. *Pomponius* IC. l. 21. ff. de auro & arg. leg. In argento potario (*inquit*) utrum id duntaxat sit, in quo bibi possit, an etiam illud, quod ad præparationem bibendi comparatum sit; veluti colum vinarium, & urceoli dubitari potest: De his mentionem faciunt *Chares* Mitylenæus historicus, *Strattis* poeta in Psychastis, *Lysippus* in Bacchis, *Protagorides* lib. II. Comicarum historiarum, & *Diphicus* in Mnematio apud *Athenæum* lib. III. cap. 21. Dipnosophist. *C. Lucilius* apud *Ciceronem* lib. II. de Finibus.

Cui nil demsit nix, & saccus abstulerit nil.

Martialis lib. XIV. epigr. 103. de colo vinario.

Setinos moneo nostra nive frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes

Et in epigrammate sequente, cujus lemma est saccus nivarius.

Attenuare nives norunt, & lintea nostra,
Frigidior colo non salit unda tuo.

Et lib. XII. epigr. 61.

Natali pallere suo ne calda Sabelle
Desinat & liquidum potest Alauda merum
Turbida sollicito transmittere cæcuba sacco,
Atque inter mensas ire redire suas

Lucretius lib. II.

Et quamvis subito per colum vina videmus
Perfluere, at contra tardum cunctatur olivum.

Horatius lib. II. sat. 5.

Massica si cœlo supponas vina sereno,
Nocturna siquid crassi est, tenuabitur aura,
Et decedet odor nervis inimicus, at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem,
Surrentina vafer, qui miscet fæce falerna,

Vina

Vina columbino limum bene colligit ovo.

Hoc vinum percolatum admixto melle dulce fiebat. *Proculus* IC. l. *16*. ff. de tritico, vino, & oleo leg. mulſum inter potus dulces reponit. Cui dulcia (*inquit*) legata eſſent, ſi nihil aliud teſtamento ſignificetur, omnia hæc eſſe legata, mulſum, paſſum, defructum, & ſimiles potiones. *Cajus* l. 7. ff. de acquir. rer. domin. *mulſum ex vino & melle* conſtare ſcripſit. *Macrobius* lib. VII. cap. 12. Mulſum (*inquit*) quod probe temperes, miſcendum eſſe novo hymettio, & vetulo falerno. *Apulejus* Mileſ. lib. x. Lautum (*inquit*) diligenter ecce illum aureum cantharum mulſo & muſto contempera. *Plinius* lib. XXII. cap. 14. Semper [*inquit*] mulſum ex veteri vino utiliſſimum, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit, ex auſtero factum non implet ſtomachum, neque ex decocto melle, minuſque inflat. *Varro* περὶ τροφῆς. Quare (*inquit*) Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit ut comburerent, quam Democritas, qui ut in melle ſervarent, quem ſi vulgus ſecutus eſſet, peream, ſi centum denariis calicem mulſi emere poſſimus.

Aqua frigida & calida, deinde glacie, & nive dilutum vinum legimus. De aqua paſſim extant teſtimonia, de nive & glacie nonnulla recenſebimus. *Plinius* lib. XIX. cap. 4. Hi nives illi glaciem potant, pœnaſque montium in voluptatem gulæ vertunt, ſervatur algor æſtibus, excogitaturque, ut alienis menſibus nix algeat. *Plinius* junior lib. I. epiſt. 15. Promittis (inquit) ad cœnam, nec venis, dicitur jus, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum, paratæ erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, ova bina, alica cum mulſa, & nive; nam hanc quoque computabis, imo hanc inprimis, quæ perit in ferculo. *Latinus Pacatus Drepan.* in Panegyrico Theodoſii Auguſti. Nam (inquit) delicati illi, ac fluentes, ac quales ſæpe tulit reſpublica, parum ſe lautos putabant, niſi luxuria vertiſſet annum, niſi hybernæ poculis roſæ innataſſent, niſi æſtivam in gemmis capacibus glaciem falerna fregiſſent. *Seneca* epiſt. 78. O infelicem ægrum, quare? Quia non vino nivem diluit, quia non rigorem potionis ſuæ renovat fracta inſuper glacie. Epiſt. *96*. Quid tu illam æſtivam nivem non putas callum jecinoribus obducere? Idem lib. IV. Nat. quæſt. Multo magis nobis dici a te pertineat, quare emendæ non ſint nives, cum luxuria jubes me litigare. Et lib. de Provident. cap. 3. Quibus exoletus omnia perpeti doctus, ſuſpenſam auro nivem diluit. Denique lib. II. de ira cap. 25. Perpetietur hic famem, & æſtivæ expeditionis ſitim, qui puero male diluenti nivem iraſcitur? *Martialis* lib. V. epigr. *65*.

Sextantes Calliſte duos infunde falerni
Et ſuper æſtivas, Alcime, funde nives.

Et lib. IX. epig. 23.

Nec labris niſi magna meis cryſtalla terantur,
Et faciant nigras noſtra falerna nives.

Et lib. XII. epigr. 17.

Ebria Setino ſit ſæpe, & ſæpe falerno,
Nec niſi poſt niveam cæcuba potat aquam.

Et lib. VI. epigr. *66*.

Setinum, dominæque nives, denſique trientes,
Quando ego vos medico non prohibente, bibam?

Denique lib. XIV. epigr. 117.

Non potare nivem, ſed aquam potare rigentem,
De nive commenta eſt ingenioſa ſitis.

Poculi, quo uſus eſt Chriſtus in cœna Paſchali, quænam fuerit materia, & forma, ignoramus. *Beda* de locis ſanctis cap. 2. refert Chriſti poculum ſuo tempore Hieroſolymis viſum, argenteum ſextarii Gallici capax, & ἀμφωτὸν, ſi e. ex utraque parte anſatum fuiſſe. Fides eſto penes illum: Poculorum materies apud veteres pro varietate temporum varia fuit: Primum fuerunt fictilia. *Antiphanes* in Myſtide apud *Julium Pollucem* lib. x. cap. 19. ἐξ ὀξυβαφίων κεραμίων ἐπίνομεν. Ex acetabulis fictilibus bibebamus. *Plinius* lib. XXXV. cap. 12. In ſacris quidem (*inquit*) etiam inter has opes hodie non murrhinis cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſympuviis. *Juvenalis* ſat. v.

Et quis tunc hominum contemtor numinis, aut quis
Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Auſus erat?

Ubi vetus Scholiaſtes: Simpuvium [*inquit*] vas ſacrificiis aptum, in quo pontifices ſolebant lavare; Simpuvium autem, quia omnes ſacerdotes ſimul bibebant, inde ſimpuviatrix illa dicitur, quæ

magis quam aurea & argentea frangerentur; Cum ergo phialam hujuſmodi de vitro puriſſimo, & ſolo, ut putabat dignum Cæſare fabricaſſet, cum munere ſuo Cæſarem adiens admiſſus eſt; laudata eſt ſpecies muneris, commendata manus artificis, acceptata eſt devotio donantis, faber vero ut admirationem intuentium reſteret in ſtuporem, & ſibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Cæſaris phialam recepit, eamque validius, projecit in pavimentum toto impetu, ut nec ſolidiſſima, & conſtantiſſima, æris materia maneret illæſa. Cæſar ad hæc non magis obſtupuit, quam expavit. At ille de terra ſuſtulit phialam, quæ quidem non erat fracta, ſed colliſa, ac ſi æris ſubſtantia vitri ſpeciem induiſſet; deinde malleolum de ſinu proferens correxit aptiſſime, & tanquam colliſum vas æneum crebris ictibus ſeparavit: quo facto ſe cœlum Jovis tenere arbitratus eſt, eo quod familiaritatem Cæſaris, & admirationem omnium ſe promeruiſſe credebat; ſed ſecus accidit; quæſivit enim Cæſar, an alius ſciret hanc condituram vitrorum? quod cum negaret, eum decollari præcepit; dicens, quia ſi hoc artificium innoteſceret, aurum & argentum vileſcerent quaſi lutum.

Deinde ex cryſtallo confecta pocula, tantique habita, ut aurum & gemmas pretio ſuperarent. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 2. Nero amiſſarum rerum nuutio accepto duos calices cryſtallinos in ſuprema ira fregit illiſos; hæc fuit ratio ſeculum ſuum punientis, ne quis alius ex his biberet. *Juvenalis* ſat. VI.

Grandia tolluntur cryſtallina.

Martialis lib. III. epigr. 82.

Opimianum morionibus nectar
Cryſtalliniſque, murrhiniſque propinas

Idem lib. IX. epigr. 60.

Et turbata brevi queſtus cryſtallina vitro
Murrhina ſignavit ſepoſuitque decem

Plinius præfat ad lib. XXXIII. Murrhina, & cryſtallina ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipſa fragilitas; hoc argumentum opum, hæc vera luxuriæ gloria exiſtimata eſt, habere quod poſſit ſtatim perire totum. *Seneca* lib. III. de ira cap. 40. Fregerat unus ex ſervis ejus cryſtallinum; rapi eum Vedius juſſit, nec vulgari periturum morte &c. Motus eſt novitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem mitti, & cryſtallina omnia coram ſe frangi juſſit.

Murrhina quoque in primis celebrata: *Plinius* lib. XXXVII. cap. 2. Eadem victoria primum in urbem murrhina induxit, primuſque Pompejus ſex pocula ex eo triumpho Jovi Capitolino dedicavit, quæ protinus ad hominum uſum tranſiere; abacis etiam eſcariique vaſis inde expetitis, excreſcitque in dies ejus rei luxus; murrhino octoginta ſeſtertiis emto, capaci plane ad ſextarios tres calice, potavit ex eo ante hos annos conſularis ob amorem abraſo ejus margine. *Seneca* epiſt. 119. Illa hoc unum jubet ſitim extingui, utrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an murrhinum, an Tiburtinus calix, an manus concava nihil refert. Idem epiſt. 123. Omnes jam mulos habent; qui cryſtallina, & murrhina, & cælata magnorum artificum manu portent. Idem lib. VII. de benef. cap. 9. Video illic cryſtallina, quorum accendit fragilitas pretium; omnium enim rerum voluptas apud imperitos; ipſo quo fugari debet, periculo creſcit; Video murrhina pocula, parum ſcilicet luxuria magno furit, niſi quod vomant, capacibus gemmis inter ſe propinarent. *Martialis* lib. III. epigr. 26.

Aurea ſolus habes, myrrhina ſolus habes.

Idem lib. XI. epigr. 71.

Argentum, menſas, myrrhina, rura, domum.

Idem lib. XIII. epigr. 110.

Surrentina bibis, nec myrrhina, picta, nec aurum
Sume, dabunt calices hæc tibi vina ſuos

Ælius Lampridius in Heliogabalo. In murrhinis (*inquit*) & onychinis minxit. *Julius Capitolinus* in Marco Antonio. Vendiditque aurea pocula, & murrhina, & cryſtallina.

Electrina pocula maximo in pretio habita. *Juvenalis* ſat. V.

—— —— ipſe capaces
Heliadum cruſtas, & inæquales beryllos
Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum

Q. Serenus Sammonicus lib. de Medicina cap. 72.

Produnt electri rorantia pocula virus.

Trebellius Pollio. Quietus [*inquit*] tyrannus electridem pateram, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem hiſtoriam contineret, ſignis brevibus, & minutulis pontifici propinavit. *Lampridius* in Alexandro: Helene (*inquit*) dicitur Minervæ *Lindiæ* calicem ex electro conſecraſſe. Ex Electro fa-

facti annuli, teste *Artemidoro* lib. I. cap. 5. & vasa quælibet teste Neratio IC. ex Proculo ad Paulum l. 32. ff. de auro & argen. Et vites ut testatur *Sidonius Apollinaris* Carm. 24.

Quis pomaria prisca regis Indi
Hic nunc comparet, aureasque vites
Electro viridante pampinatas

Et ædificiorum columnæ teste *Claudiano* lib. I. de raptu Proserpinæ

Atria cingit ebur, trabibus solidatur ahenis
Culmen, & in celsas surgunt electra columnas

Invalescente luxu primum ex puro, deinde cælato argento facta pocula. *Plinius* XXXIII. cap. 12. Quid hæc attinet colligere, cum capuli militum contempto ebore, aut etiam fastidito, cælentur argento: vaginæ batillis, balthei laminis crepitent? Jam vero pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, fœminæ laventur, & nisi argentea solia fastidiant, eademque materia & cibis & probris serviat. *Plinius junior* lib. III. epist. I. Apponitur cœna non minus nitida quam frugi, in argento puro, & antiquo; sunt in usu & Corinthia, quibus delectatur, nec tamen afficitur. *Virgilius* Æneid. lib. I.

Jugens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta patrum.

Juvenalis sat. I.

Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.

Mela IC. apud *Ulpianum* l. 7. ff. de in rem verso. Illud (*inquit*) verum non est, quod Mela scribit; si servo meo argentum dederis, ut pocula tibi faceret ex quolibet argento; mox factis poculis seruus decesserit, esse tibi adversum me de in rem verso actionem, quoniam possum pocula vindicare. De cælatura poculorum argenteorum *Paulus* IC. l. 13. ff. de condict. furtiva. Ex argento (*inquit*) surrepto facta condici posse Fulcinius ait; ego in condictione poculorum, etiam cælaturæ æstimatio fiet, quæ impensa faris facta est: *Ulpianus* IC. lib. 19. ff. de auro & arg. leg. Si escarium argentum legatum sit, id solum debebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit, id est ad esum & potum. Argentea vasa & pocula maximi ex fama artificis æstimata. *Seneca* lib. de Tranquillitate animi cap. I. Placet argentum grave, rustici patris, sine ullo opere, ac nomine artificis. Idem in consolatione ad Helviam cap. II. Si desiderat aureis fulgentem vasis supellectilem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, & paucorum insania pretiosum. *Plinius* lib. XXX. cap. 12. Mirum in auro cælando inclaruisse neminem, argento multos, maxime tamen laudatus est Mentor. *Martialis* lib. VIII. epigr. 51. de phiala Rufi

Quis labor in phiala? docti Myos anne Myronis?
Mentoris hæcmanus est? an Polyclete tua?

Propertius lib. III. eleg. 8.

Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ,
Et Myos exiguum flectit acanthus iter.

Idem iib. IV. eleg. 2.

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne ferat Ossa manus

In antiquis marmoribus memorantur, qui Cæsaribus ministrabant ab argento potorio.

ANTHUS. AD. ARGENTUM.
POT. L. CÆSARIS.

Aliud

VIBIÆ. SUCCESSÆ. LIVIÆ
AUG. SER. AB. ARGENTO.
POTORIO.

Aliud

PARTENIUS. CÆSARIS. N.
AB. ARGENTO. POTORIO.

Quartum

TI. CLAUD. AUG. LIB.
GRATIO. LIVIÆ. AUG. SER.
N. A. POTIONE. ET
ARGENTO.

Deinde aurea confecta. *Cicero* in Verrem 4. Exponit multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ ut mos est regibus, & maxime in Syria gemmis erant distincta clarissimis. Scævola IC. l. 36. ff. de auro & arg. leg. Sejæ (*inquit*) dulcissimæ poculum aureum quod elegerit, fidei hæredum remitto, ut darent; quæro cum in hæreditate non sint, nisi truellæ, scyphi, modioli, phialæ, an Seja de his speciebus eligere possit: respondit; cum omnia potui parata pocula dicunt, posse eam ex his eligere. *Virgilius* lib. I. Aneid.

—— —— Non una ministri
Turba greges posuisse dapes, his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre
Necnon & certis struitur aspera mensa
Pondere cælati fulgent antiquitus auri.

Sta-

Statius lib. I. Thebaid.

—— Postquam ordine mensæ
Victa fames, signis perfectam, curoque nitentem
Jasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare diis, seniorque Phoroneus.
Assueti, tenet hæc operum cælata figuras,
Aureus anguicomam præfecto Gorgona collo
Ales habet ——

Aureis poculis insaniente luxu gemmæ inserebatur. *Juvenalis* Sat. X.

—— Sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tunc illa time, cum pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Ulpianus l. 19. ff. de auro & arg. leg. Perveniamus & ad gemmas inclusas auro, argentoque: & ait Sabinus, auro argentoque cedere; ei enim cedit cujus major est species; quod recte expressum: semper enim cum quærimus quid cui cedat, quid cujus rei ornandæ causa adhibetur, ut accessio cedat principali. *Paulus* IC. lib. 3. ad *Sabinum*. Si ut habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere. Scholiastes *Juvenalis* Sat. V. Venia danda est, si custodiaris, cum acceperis phialam; quoniam gemmæ pretiosæ in poculo sunt, & calices gemmati. *Plinius* in præfat. ad lib. XXXIII. Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam juvat, & aurum jam accessio est. *Luctatius Placidius* ad lib. V. Thebaid. Nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata. Hinc dicitur *gemma bibere*. *Virgilius* lib. II. Georg.

Hic petit excidiis urbes, miserosque penates,
Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Lucanus lib. X.

Non mandante fame, multas volucresque ferasque
Ægypti posuere deos, manibusque ministrat
Niliacas crystallus aquas, gemmæque capaces
Excepere merum.

Ovidius lib. VIII. Metamorph.

In gemma posuere merum.

Propertius lib. III. eleg. 4.

Non tamen inviso pectus mihi carpitur auro,
Nec bibit e gemma divite nostra sitis.

Martialis lib. XI. epigr. 12.

Tolle puer calices, tepidique toreumata Nili,
Et mihi secura pocula trade manu,
Trita patrum labris & tonso pura ministro
Antiquus mensis restituatur honos.
Te potare decet gemma.

Statius lib. I. Thebaid.

—— Nec cura mero committere gemmas.

Seneca lib. de provid. cap. 3. Quanto magis huic invidendum est, quam illis, quibus gemma ministratur? Et lib. VII. de Benef. cap. 9. Capacibus gemmis inter se propinarent. *Hieronymus* epist. ad Macharium: Beatioresve tibi videntur, qui purpura fulgent, qui gemma bibunt. *Ciprianus* lib. II. epist. 2. Suspiret ille in convivio, bibat licet gemma. A Græcis χρυσένδετα *Chrysendeta* appellantur. Male *Isidorus* lib. XX. c. Etymolog. *Chrysendeta vasa deaurata*. Etenim non erant deaurata, sed auro solido facta, & gemmis exornata. *Martialis* lib. II. epigr. 43.

Innumeri tibi flava tegunt Chrysendeta mulli.

Idem lib. VI.

Ponuntur semper Chrysendeta Calpetiano.

Idem lib. XI. epigr. 30.

Accipe vina, domum, pueros, Chrysendeta, mensas.

Tandem lib. XIV. epigr. 97.

Grandia ne viola parvo Chrysendeta mullo.

Immo ex gemmis ipsis facta pocula. *Cicero* in Verrem IV. Erat autem (*inquit*) vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Apulejus* Miles. lib. II. Pueri calamistrati, pulchre indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerre.

Denique ex ossibus capitis humani, quo horret animus, a barbaris pocula facta. De Scythis testantur *Strabo* lib. VII. & *Herodotus* lib. IV. αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς οὔτοι πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων ποιεῦσι τάδε ἀποπρίσας ἕκαστος ἀπαχείσας ἔνερθεν τῶν ὀφρύων ἐκκαθαίρει, καὶ ἢν μὲν ᾖ πένης ὁ δ' ἔξωθεν ὠμοβοέην μούνην περιτείνας, οὕτω χρᾶται, ἢν δὲ πλούσιος, τὴν μὲν ὠμοβοέην περιτείνει, ἔσωθεν δὲ περιχρυσώσας, οὕτω χρᾶται ποτηρίῳ: Non tamen de omnium, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, recisum prorsus excutiat, & crudo tantum bovis corio, si pau-

pauper sit, sin dives non modo exterius inducat bovino corio, verum etiam interius inauret, & sic uterque pro poculo utatur. De *Scordiscis* testatur *Ammianus Marcellinus* lib. XXVII. Scordisci [*inquit*] longe nunc ab iisdem provinciis disparati, saevi quondam, & truces, ut antiquitas docet, hostiis captivorum Bellonae litantes, & Marti, humanumque sanguinem in ossibus capitum humanorum bibentes audivi: *Paulus Varnefridus* de *Avaribus*, *Hunnis*, *Gepidisque* lib. I. de gestis Longobardorum cap. 27. asserit. In eo praelio (*inquit*) Alboin Cunimandum occidit, caputque illius sublatum, ad bibendum ex eo poculum fecit. *Plinius* de quibusdam gentibus septentrionalibus lib. VII. cap. I. Priores (*inquit*) Anthropophagos, quos ad septentrionem esse diximus, decem dierum itinere supra Borysthenem amnem ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. *Solinus* idem asserit de *Essedonibus* cap. 19. Essedonum [*inquit*] mos est parentum funera cantibus prosequi, & proximorum corrogatis coetibus cadavera ipsa dentibus laniare, pecudumque carnibus mista dapes facere, capitum etiam ossa auro incincta, in poculorum tradere ministerium. De *Celtis* testantur *Sil. Italicus* lib. XIII.

At Celtae vacui capitis circumdare gaudent
Ossa, nefas, auro & mensis ea pocula servant.

Hactenus de materia, nunc dicendum erit de forma poculorum. Quaedam pocula habebant duos fundos, quale erat Nestoreum apud *Homerum* & *Athenaeum*, & *Martialem* lib. VIII. epigr. 6.

Hi duo longaevo censentur Nestore fundi,
Pollice de Pylio trita columba nitet.

Erant, quae tympanum referebant, parva, & cava, *Clemmateres* dicta, quia Graeci κλέμμυδα vocant formam operimenti testudinis. *Plinius* lib. XXXIII. cap. II. Mox [*inquit*] additum argentum in angulis, lineasque per commissuras, tympana vero se juvene appellata stateras & lances, quas antiqui *magidas* appellaverant. *Plautus*

—— ipsum etiam
Pauxillum argenti levibus tensum tympanis
Limari, commutari qua semper credit, quia
Semel factum est.

Poculorum alia erant ansulis ornata, alia ansis carebant: *Julius Pollux* lib. VI. Onomastic. cap. 18. Ἀμφίθετον δὲ φιάλην, ὡς Ὅμηρος, καὶ χρύσεον ἄμφωτον ἀπὸ τοῦ σχήματος τὸ δὲ μόνωτον, κοτυλίσκος ὠνομάζετο. Phialam vero ancipitem, & aureum poculum utrimque ansatum *Homerus* a forma appellat, sed unicam ansam habens, cotyliscus nominabatur. *Philemon* apud *Athenaeum* lib. XI. scribit *Cissibium* esse poculum una parte tantum auritum. *Macrobius* lib. V. Saturn. cap. 21. Patera [*inquit*] & ipsum nomen indicio est, planum ac patens est, carchesium vero procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis a summo ad infimum pertinentibus. *Cicero* in Verrem IV. Erat autem vas vinarium ex una gemma praegrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Virgilius* Ecloga VI.

Serta procul tantum capiti delapsa jacebant,
Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Ovidius epist. XV.

Dum stupeo visis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit ansa meis.

De speciebus poculorum agit *Athenaeus*, *Julius Pollux* lib. VI. cap. 16. *Nonius Marcellus* cap. 19. *Isidorus* lib. XX. cap. 5. & *Jurisconsultus* l. 36. ff. de auro & arg. leg. enumerat *trullas*, *scyphos*, *modiolos*, phialas; *Macrobius* commemorat *Carchesia*, *cymbia*, *cantharos*, *scyphos*, alii *pateras*, *crateras*, *emisses*, *Bacchia*, *calathos*, *calices*, & *ampullas*.

Trullam, sive *truellam* volunt esse *scyphum profundiorem*, & *oblongiorem*. Acron ad Horatii lib. II. sat. 3. *Trulla deformis calix*, & *rusticanus*. *Cato* de re rustica cap. X. Villicum [*inquit*] habere oportet urnam quinquagenariam unam, trullas tres. Idem cap. XIII. Trullae aeneae tres, amphorae oleariae duae. *Et paulo post*. Urceos urnales fictiles duos, trullas ligneas duas. *Plinius* lib. XXXIV. cap. 2. Sunt ergo vasa, tantum Corinthia, quae isti elegantiores nunc aes sculpendo transferunt modo in lucernas, modo in trullas. *Plautus* in Amphytruone Act. VI. sc. 4.

Junterea dum illi certant, in popinam divertendum est mihi
Lances detergam omnes, omnesque trullas
Hauriam.

Horatius lib. II. sat. 2.

Qui Vejeretanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappaque profestis.

 pau- Phia-

Phiala inter vaſa potoria numeratur a Græcis, Latiniſque ſcriptoribus; *Juvenalis* ſat. v.

Virro tenet phialas.

Athenæus lib. II. Dipnoſophiſt. cap. 6. & lib. XI. cap. 16. memorat *auream phialam* : *Ælianus* Var. hiſtor. lib. I. cap. 32. εἰς χρυσῆν φιάλην ἐδέξαντο ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ τὸ ὕδωρ in auream phialam de manibus ejus exceperunt aquam. Erant etiam ex argento phialæ. Idem ibid. cap. 22. φιάλαι δύο ἀργυραῖ *phialæ duæ argenteæ*. Phialis in ſacrificiis præcipue ad libandum utebantur. *Chriſtodorus* poeta Thebanus Copita in Antholog. lib. v. epigr. 29.

—— ἣν μὲν ἀείρων
δεξιτέρῃ φιάλην ἐπιλοίβων
—— Et attollebat quidem
Dextra phialam libatoriam.

Pindarus Olympic. ad 7.

φιάλαν ὡς εἴ τις ἄ
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι
σαν δρόσῳ δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων.
Phialam ut ſi quis
E divite manu ſumtam
Intus rore uvæ ebullientem
Rore donet
Inveni genero præbibens.

Vide eundem *Pythior.* od. 4. & *Iſthmior.* od. I. & alibi. *Heliodorus* lib. II. Æthiopic. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέχει τῆς φιάλης ἄκρατον τὸ ὕδωρ, τοῦτο καὶ σπένδω μὲν ἔλεγε Θεοῖς ἐγχωρίοις καὶ ἑλληνίοις, καὶ αὐτῷ γε Ἀπόλλωνι πυθίῳ, καὶ προσέτι Θεαγένει καὶ χαρικλείᾳ. Hæc locutus effundebat ex phiala meram aquam; & libo, dicebat, diis hujus regionis, & Græcis, & ipſi Apollini Pythio, ac inſuper Theageni, & Charicleæ.

Cymbium formam navis referebat: *Varro* lib. I. de vita populi Romani. Item erant vaſa vinaria, ſyni, cymbia, aquilinæ pateræ, gutti, ſeptarii, ſimpuvium. *Simariſtus* ſcribit fuiſſe *exiguum*, & *cavum poculum*. *Dorothæus altum*, & quod *auribus careat*. *Ptolomeus* Ariſtonici filius *gibboſum*, *Dionyſius* Samius non diſtinguit a *Cyſſibio*; *Dydimus* vult fuiſſe *oblongum*, *anguſtum*; Eratoſthenes ſimile cyatho facit; Meminere *Alexis* in equite, *Ephippus* in Ephebis, *Anaxandrides* in Ruſticis, aliique apud *Athenæum*. Virgilius lib. III. Æneid.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras.

Et lib. v. Æneid.

Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

Propertius lib. III. eleg. 7.

Cum furibunda mero menſas propellis & in me
Projicis inſana cymbia plena manu.

Martialis lib. VIII. epigr. 6.

Ficta ſaguntino cymbia malo luto.

Scyphus memoratus apud Græcos, & Latinos Scriptores: *Homerus* lib. XIV. Odys.

Καὶ οἱ πλησάμενος δῶκε σκύφος ᾧπερ ἔπινεν.
Et ei impletum dedit ſcyphum, quo bibebat.

Videatur *Julius* Pollux lib. VI. cap. 2. *Suetonius* in Nerone cap. 47. Duos [*inquit*] ſcyphos gratiſſimi uſus, quos Homericos a cælatura carminum Homeri vocabat ſolo illiſit. *Plautus* in Aſinaria:

Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, retulitne?

Horatius lib. I. od. 27.

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis

Idem epodon od. 9.

Capaciores adfer huc puer ſcyphos
Et Chia vina, aut Lesbia.

Herculanium ſcyphum memorat *Macrobius* lib. v. Saturnal. cap. 21. Scyphus (*inquit*) Herculis poculum eſt, ita ut Liberi petris cantharus. Herculem vero fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſabundum & ebrium, quod is heros bibax fuiſſe perhibetur; ſed etiam quod antiqua hiſtoria eſt Herculem poculo, tanquam navigio, ventis immenſa maria tranſiiſſe. *Plutarchus* in Alexandro οὔτε σκύφον Ἡρακλέους ἐκπιών. Non exhauſit Herculis Scyphum. *Curtius* lib. x. Iiſdem fere diebus convivium apad Theſſalum Medicum inſtitutum eſt, ad quod rex cum ſodalibus vocatus venit; ibi nondum epoto Herculis ſcypho, repente velut telo confixus ingemuit. *Seneca* epiſt. 83. Alexandrum cujus modo feci mentionem, tot itinera, tot prælia tot hiemes, per quas victa itinerum, locorumque difficultate tranſierat, tot flumina ex ignoto cadentia tot maria tutum dimiſerunt, intemperantia bibendi, atque ille Herculaneus & fatalis ſcyphus condidit. *Nicetas Choniates* de *Camatero* logotheta edaciſſimo, & bibaciſſimo, homine: καὶ τὸν σκύφον εἶχον ἀεὶ ἐπιδείπνιον τὸν Ἡράκλειον. Et habebant ſemper poſt cœnam illum ſcyphnm Herculaneum. *Cicero* in Verrem Act. VI. Duo pocula Herculea manu Mentoris ſummo artificio facta. *Servius*: Legitur (*inquit*) in libris antiquis Herculem magnum poculum ligneum attuliſſe quo utebatur: Ad lib. VIII. Æneid.

Et sacer implevit dextram scyphus.

Ciborium inter vasa potoria numerat *Hesychius* Grammaticus: *κιβώριον Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου*. Ciborium Ægyptium nomen de poculo. *Porphyrion* ad lib. II. od. 7. *Horatii*. Ciborium est poculi genus in modum foliorum colocasiorum factum: Hactenus de poculis quorum pleraque ex *Thomæ Demsteri* addit. ad Antiquit. Rom. lib. v. descripsimus. Quale ex his, quæ recensuimus fuerit poculum, quo usus est Christus, plane ignoramus; de ejus capacitate ex constanti traditione veterum Hebræorum certi sumus; Poculum continebat quartarium vini Italicum. *Gemara Hierosolymitana* l. c. רבי זעורה שאל לרבי יאשיה כמה הוא שיעורן של כוסות אמר ליה נלמוד סתום מן המפורש דתני רבי חייה. ארבעה כוסות שאמרו ישנן רביעית יין באיטלקי תמן תנינן מפנין אפילו ארבע וחמש קופות רבי זעורה שאל לרבי יאשית כמה היא שיעורה של קופה אמר ליה נלמוד סתום מן המפורש דתנינן תמן בשלש קופות של שלש שלש סאין תורמין את הלישכה רבי יוסי בי רבי בון בשם רבי יוחנן דרבי יורא היא דתני מים כדי נמייה רבי יהודה אומר כדי מזיגת המזוג מזוג בכמה נישמעינה מן הדה מים כדי נמייה רבי יהודה אומר כדי מזיגת הכוס יין כדי נמייה רבי יהודה אומר כדי מזינת הכוס כמה הוא שיעורן של כוסות רבי מנא אמר טיטרטון ורביע מהו לשתות בברך אחד מן מה דאמר רבי יוחנן הלל אם שמע בבית הכנסת יצא הדא אמרה אפילו שתיין בברך אחד יצא מהו לשתות מפוסקין כלום אמרו שישתה ולא שישתכר אם שותה הוא מפוסקין אינו משתכר. R. Zehera quæsivit a R. Josia: quanta erat mensura poculorum? Respondit ei; Explicetur obscurum a manifesto; Etenim extat traditio R. Chijah; Quatuor pocula, de quibus dixerunt, legimus continuisse quartarium vini Italicum. Ibi legimus: Evacuant vel quatuor & quinque cistas. R. Zehera quæsivit a R. Josia. Quanta erat mensura cistæ? Respondit ei: Explicetur obscurum a manifesto: Etenim ibi legimus: Tribus cistis, quorum unaquæque contineat novem sata, separant conclave. R. Jose discipulus R. Bon; R. Jochanan; R. Jehuda est; Etenim extat traditio: De aqua, quantum absorberi possit. R. Jehuda dicit; quantum infundendo infundi possit. Infusio quanta? Ex hoc eruitur, de aqua quantum absorberi possit. R. Jehuda dicit; quantum temperari possit poculum; De vino quantnm absorberi possit: R. Jehuda dicit; quantum temperari possit poculum. Quanta est mensura poculorum? R. Mena dicit: Quartarium cum quarta parte. Quid? ut potentur una vice? Ex eo quod dicit R. Jochanan; Si audiat Hallel in domo congregationis, satisfacit officio suo; Hoc dicit; Vel si bibat una vice, satisfacit officio suo: Quid? si bibat interrupte? Fortasse dicent; Bibet ne ebrius fiat; Si bibat interrupte, ebrius non fiet. Et nonnullis interjectis. כמה הוא שיעורו של כוס רבי יוסה בשם רבי יודה בר פזי רבי יוסי בי בון בשם שמואל אצבעיים על אצבעיים על רום אצבע ומחצה ושליש אצבע. Quanta erat mensura poculi? R. Jose nomine R. Jehuda bar Pazi. R. Jose discipulus R. Bon nomine Samuelis; Duorum digitorum quaquaversum in altitudine digiti, & dimidii, & tertiæ partis digiti.

Quatuor pocula in cœna Paschali singuli debebant bibere. *Misna Pesachim* cap. x. ולא יפחתו לו מארבע כוסות של יין ואפילו מן התמחוי. Neque diminuent de quatuor poculis vini, vel ex Tamchui. Ubi *Gemara Hierosolymitana* 37. 2. מנין לארבעה כוסות רבי יוחנן בשם רבי בנייה כנגד ארבע גאולות לכן אמור לבני ישראל אני יהוה והוצאתי אתכם וגו' ולקחתי אתכם לעם וגו' והוצאתי והצלתי וגאלתי ולקחתי רבי יהושע בן לוי אמר כנגד ארבע כוסית פרעה וכוס פרעה בידי ואשחט אותם אל כוס פרעה ואתן את הכוס על יד פרעה ונתתה כוס פרעה בידו וגו' רבי לוי אמר כנגד ארבע מלכיות ורבנן אמרי כנגד ארבעה כוסות של פורענות שהקדוש ברוך הוא עתיד להשקות את אומות העולם כי כה אמר יהוה אלהי ישראל אלי קח את כוס היין החימה וגו' כוס זהב בבל ביד יהוה כי כוס ביד יהוה ימטר על רשעים פחים אש וגפרית ורוח זלעפות מנת כוסם מהו מנת כוסם רבי אבון אמר דיפלי פוטירין בריפלי פוטירין אחר המרחץ וכנגדן עתיד הקדוש ברוך הוא להשקות את ישראל ארבע כוסות של נחמות יהוה מנת חלקי וכוסי דשנת בשמן ראשי כוסי רויה והדין כוס ישועות אשא וכו'. Unde probatur de quatuor poculis? R. Jochanan nomine R. Benaja contra quatuor redemtiones: Dictum est enim: *Quapropter dices filiis Israel: Ego Dominus educam vos* &c. *Et accipiam vos mihi in populum* &c. *Et educam, & liberabo, & redimam, & accipiam*. R. Jehosua ben Levi dicit contra quatuor pocula Pharaonis. Dictum est enim. *Calice autem Pharaonis in manu ejus, & expressi uvas in calicem Pharaonis, & dedi calicem in manu Pharaonis. Dabitque calicem Pharaonis in manu ejus*. R. Levi dicit: contra quatuor regna. Et sapientes dicunt contra quatuor calices castigationum, quibus Deus S. B. potaturus est nationes mundi; Dictum est enim. *Quia sic* di-

dicit Dominus Deus Israel ad me: Sume calicem vini furoris &c. *Calix aureus Babylon in manu Domini. Quia calix in manu Domini: Pluet super impios laqueos ignis & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Quid מנת כוסם*?* R. Abun dicit: Duplex poterium in duplici poterio post balneum. Et contra id, quod Deus S. B. potaturus sit Israel quatuor poculis consolationum: Dictum est enim: *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Tosaphtha Pesachim* cap. x. ולא יפחתו לו מארבעה כוסות של יין שיש בהן כרי רביעית בין חי בין מזוג בין חדש בין ישן רבי יהודה אומר ובלבד שיהא טעם יין ומראה. Et non diminuet de quatuor calicibus, qui singuli contineant quartarium, sive fuerit merum, sive aqua dilutum, sive recens, sive vetus. R. Jehuda dicit: Dummodo habeat gustum & colorem vini.

Post benedictionem primi poculi, adducebant in mensam olera, azymum, lactucam & pulmentum, & agnum Paschalem. *Mischna Pesachim* cap. x. 3. הביאו לפניו מטבל בחזרת עד שמגיע לפרפרת הפת הביאו לפניו מצה וחזרת וחרוסת ושני תבשילין אף על פי שאין חרוסת מצוה. רבי אלעזר בר צדוק אומר מצוה ובמקדש מביאים לפניו גופו של פסח. Adducint coram eo olera, intingit (*sc. comedit*) lactucam, donec perveniat ad bellaria panis: Adducunt coram eo azymum, lactucam, & pulmentum, & duas cocturas, etiamsi pulmentum non sit ex præcepto. R. Eliesfer bar Zadoch dicit: Ex præcepto est pulmentum; & in Sanctuario adducebant ei corpus Paschatis. Ubi *Gemara Hierosolymitana* 37. 3. חבריא בשם רבי יוחנן צריך לטבל בחזרת שני פעמים רבי זעורה בשם רבי יוחנן אינו צריך לטבל בחזרת שני פעמים רבי שמעון בן לקיש אמר אם לא טבל פעם ראשונה צריך לטבל פעם שנייה מתניתא פלינא על רבי שמעון בן לקיש שבכל הלילות אנו מטבלין פעם אחת והלילה הזה שתי פעמים סבר רבי שמעון בן לקיש על הדא דבר קפרא מתניתא פלינא על בר קפרא שבכל הלילות אנו מטבילין אותו עם הפת וכאן אנו מטבילין אותו בפני עצמו מתניתא פלינא על רבי יוחנן יוצאין במצה בין שכיוון בין שלא כיוון והכא מכיון שהיסב חזקה כיון מתיב רבי ירמיה קומי רבי זעורה מתניתא פלינא על רבי שמעון בן לקיש הביאו לפניו מצה וחזרת וחרוסת אף על פי שאין חרוסת מצוה חזרת מצוה אמר ליה שכן רב מטבל בתורדין תגרי ירושלם היו אומרים בואו וטלו לכם תבלי מצוה בני ביתיה דאיסי בשם איסי ולמה נקרא שמה רובה שהיה רבה עמו רבי יהושע בן לוי אמר צריכה שתהא עבה מילתיה אמר זכר לטיט אית תניי תני צריכה שתהא רכה מילתיה אמר זכר לדם תני ובנבולין צריכין שני תבשילין אחד זכר לפסח ואחד זכר לחגיגה. Socii nomine R. Jochanan: Oportet intingere in lactucam bis: R. Zehera nomine R. Jochanan; non est necesse, ut intingat bis in lactucam. R. Simeon ben Lakisch dicit: Si non intingit prima vice, necesse est ut intingat secunda vice. Misna contraria est R. Simeon ben Lakisch. Etenim cunctis noctibus nos intingimus semel, & hac nocte bis. Consentit R. Simeon ben Lakisch cum bar Kaphra: Misna contraria est תש bar Kaphra: Etenim cunctis noctibus ipsam intingimus cum pane, & hoc loco ipsam seorsim inttngimus: Misna contraria est R. Jochanan: Satisfaciunt debito azymo, sive animum attendant, sive non attendant; & hoc loco postquam accubuit, præsumitur, quod animum attendant. Respondit R. Hieremias coram R. Zehera: Misna contraria est R. Simeoni ben Lakisch: Apponebant ei azymum, & lactucam, & pulmentum, licet pulmentum non esset ex præcepto, tamen lactuca erat ex præcepto: Filii domus Issi nomine Issi; & cur vocatur ejus nomen רובה? Quia erat multum cum eo R. Jehosua ben Levi dicit: Necesse est, ut sit crassum. Traditio dicit: Memoriale luti: Est qui docet: Necesse est ut sit tenue: Memoriale sanguinis: Traditio. Et in terminis requiruntur duo decocta, alterum memoriale Paschatis, & alterum memoriale Chagigah.

Initium cœnæ Paschalis fiebat a comedendis oleribus, quæ intingebant in חרוסת sc. *Embamma* seu *pulmentum* confectum e pomis, pyris, nucibus, ficubus, amygdalis, malis citreis, & his similibus, cui vinum, vel acetum immiscent cum multis aromatibus, quibus spissabatur, ut lateris speciem præ se ferret, cui super injiciunt cinamomum, zingiber, & hujusmodi crasse contusa, ut paleam & lutum referret; ut ita reminiscerentur majores suos in Ægypto lateres confecisse. Embamma describitur e *Maimonide* cap. VII. 11. in constitutionibus Chametz umazzah, & in commentario ad cap. x. 3. *Pesachim* חרוסת (*inquit*) est mixtura quædam, in qua similitudo est in modum luti. Nos autem hoc modo facimus pulmentum, macerantes ficus, aut dactylos, quos coquimus, conterimus, & deprimus in aceto, in quod injiciamus nardum, aut hys-

hyssopum, & similia, non comminuta: Et a *Bartenora Pesachim* l. c. חרוסת (*inquit*) Pulmentum quod conficitur ex ficubus, avellanis, pistaciis, amygdalis, aliisque fructibus, quibus adjiciunt poma, quæ omnia in mortario contundunt, & miscent cum aceto, cui adjiciunt condimenta, ut aromata, cinnamomum, in forma fasciæ filatæ oblongæ in memoriam paleæ, necesse est ut sit admodum crassum in memoriam luti.

Deinde remota mensa ab eo solo qui legebat Haggadah infundebatur poculum secundum, & paterfamilias a filiis aut a convivis interrogabatur de institutis cœnæ Paschalis. *Misna Pesachim* l. c. מזגו לו כוס שני וכאן הבן שואל אביו ואם אין דעת בבן אביו מלמדו מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אנו אוכלין חמץ ומצה הלילה הזה כולו מצה שבכל הלילות אנו אוכלין שאר ירקות הלילה הזה מרור שבכל הלילות אנו אוכלין בשר צלי שלוק ומבושל הלילה הזה כולו צלי שבכל הלילות אנו מטבילין פעם אחת הלילה הזה שתי פעמים ולפי דעתו של בן אביו מלמדו מתחיל בגנות ומסיים בשבח ודורש מארמי אובד אבי עד שיגמור כל הפרשה כולה. Infundunt ei poculum secundum, & hic filius interrogat patrem; sin autem filio non fuerit intelligentia, docebit eum pater dicens; quare hæc nox differt ab aliis noctibus omnibus? Nam in omnibus noctibus comedimus fermentatum, & azymum, & hac nocte totum azymum: Nam omnibus noctibus comedimus alia olera, sed hac nocte amaritudinem: Nam omnibus noctibus comedimus carnem assatam, elixatam, & coctam, at hac nocte omnia assata: Nam omnibus noctibus intingimus olera semel, at hac nocte bis: Et juxta capacitatem filii docebit eum pater; primo incipiet cum vituperatione, & finiet cum laude, & exponet á versiculo: *Aramæus perditus pater meus*. Donec absolverit totam sectionem. Ubi *Gemara Hierosolymitana*. תני רבי חייה כנגד ארבעה בנים דברה תורה בן חכם בן רשע בן טיפש בן שאינו יודע לשאל בן חכם מהו אומר מה העדות והחקים והמשפטים אשר צוה יהוה אלהינו אותנו אף אתה אמור לו בחוזק יד הוציאנו יהוה ממצרים מבית עבדים בן רשע מהו אומר מה העבודה הזאת לכם מה הטורח הזה שאתם מטריחין עלינו בכל שנה ושנה מכיון שהוציא את עצמו מן הכלל אף אתה אמור לו בעבור זה עשה יהוה לי עשה לאותו האיש לא עשה אילו היה אותו האיש במצרים לא היה ראוי להיגאל משם לעולם. טיפש מהו אומר מה זאת אף את למדו הילכות הפסח שאין מפטירין אחר הפסח אפיקומן שלא יהא עומד מחבורה זו ונכנס לחבורה אחרת. בן שאינו יודע לשאל את פתח לו תחילה אמר רבי יוסה מתניתא אמרה אם אין דעת בבן אביו מלמדו רב אמר מתחילה צריך להתחיל בעבר הנהר ישבו אבותיהם וגו' ואקח את אביכם את אברהם מעבר הנהר וגו' Traditio R. Chijah contra quatuor filios loquitur lex, sc. filium sapientem, filium impium, filium stultum, filium, qui nesciat interrogare. Filius sapiens quid dicet? *Quæ sunt ista ministeria, statuta, & judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis?* Tu quoque dices illi: *In manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto ex domo servorum*. Filius impius qui dicet? Quod ministerium istud vobis? Quæ molestia ista est, quæ nos affligitis singulis annis? Quoniam seipsum eduxit ex genere; tu quoque illi dices: *Propterea quod hoc fecit Dominus mihi*. Mihi fecit, illi viro non fecit; Si fuisset vir ille in Ægypto, non fuisse dignus, ut inde unquam redimeretur. Stultus quid dicet? Quid est hoc? Tu quoque illum docebis constitutiones Paschatis; sc. Non dimittunt (cœtum) post Pascha cum bellariis; ne surgens ex hac societate transeat ad alteram societatem. Filius qui nesciat interrogare; tu declarabis ei a principio. Dicit R. Jose; Mischna dicit. Sin autem in filio non fuerit intelligentia docebit eum pater. Rab dicit: Incipiendum est: *Trans fluvium habitaverunt patres vestri* &c. *Tuli ergo patrem vestrum Abraham ex trans fluvium*.

Deinde reponebatur mensa instructa acetario & lactucis, & acetario hedera, raphanis petrosolino chærephyllo, & nasturtio confecto, & patella cum aceto, ut in eamhalce herbas intingant, & sibi in memoriam revocent majores suos Agnum Paschalem cum herbis amaris comedisse; præterea apponebantur in mensa azyma, & caro de sacrificio Chagigah quod oblatum erat die XIV. Nisan, & Agnus Paschalis; tum pergebat legens memorare, quod recensetur in Mischna l. c. רבן גמליאל היה אומר מי שלא אמר שלשה דברים אלו בפסח לא יצא ידי חובתו פסח מצה ומרורים פסח על שם שפסח המקום על בתי אבותינו במצרים מצה על שם שנגאלו אבותינו במצרים מרור על שם שמררו המצריים את חיי אבותינו במצרים בכל דור ודור חייב אדם לראות עצמו כאלו הוא יצא ממצרים שנאמר והגדת לבנך ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה יהוה לי בצאתי ממצרים לפיכך אנו חייבין להודות להלל לשבח לפאר לרומם לברך לעלה ולקלס למי שעשה לאבותינו ולנו את כל הניסים האילו והוציאנו מעברות לחרות מיגון לשמחה ומאבל ליום טוב

טוב ומאפלה לאור גדול ומשעבוד לגאולה ונאמר לפניו הללויה עד היכן הוא אומר בית שמאי אומרים עד אם הבנים שמחה ובית הלל אומרים עד חלמיש למעינו מים וחותם בגאולה רבי טרפון אומר אשר גאלנו וגאל את אבותינו ממצרים והגיענו הלילה הזה ואינו חותם רבי עקיבא אומר כן יהוה אלהינו יגיענו לרגלים הבאים לקראתינו לשלום שמחים בבנין עירך ששים בעבודתך ובחידוש בית מקדשך ושם נאכל מן הפסחים ומן הזבחים אשר הגיע דמם על קיר מזבחך לרצון ונודה לך על גאולתינו ברוך אתה יהוה גאל ישראל.
Raban Gamaliel dicit : Siquis non dixerit hæc tria in Paſchate , non ſatisfacit debito ſuo ; & hæc ſunt: Paſcha, azymum , & herbæ amaræ . Paſcha eo quod Deus tranſivit ſuper domos patrum noſtrorum in Ægypto. Azymum; eo quod patres poſtri redemti ſunt ex Ægypto ; herbæ amaræ , eo quod Ægyptii vitam patrum noſtrorum amaritudine affecerunt in Ægypto. In ſingulis generationibus homo debet ſe conſiderare ac ſi exiret ex Ægypto: Dictum eſt enim : *Et indicabis filio tuo dicendo : Propter hoc fecit mihi Dominus , quando exirem ex Ægypto* . Propterea nos debemus confiteri , laudare , glorificare, condecorare, exaltare, celebrare, benedicere, extollere, & magnificare eum , qui fecit patribus noſtris , & nobis omnia hæc miracula ; eduxit nos e ſervitute ad libertatem, e triſtitia in gaudium , ex luctu in diem feſtivum , ex tenebris in magnam lucem , & ex ſubjectione in redemtionem ; dicamus coram eo : *Laudate Dominum* : Uſque ad hæc verba dicit: Schola Schammai dicit uſque ad locum . *Matrem filiorum lætantem*. Et ſchola Hillel uſque ad locum : *Petram in fontem aquarum* : Et concludit in redemtione . R. Tarphon dicit : Qui redemit nos & redemit patres noſtros ex Ægypto , & pervenire fecit nos ad noctem iſtam ; & non concludit. R. Akiba dicit: Ita nos Dominus Deus noſter adducet nos ad ſolennitates nobis obventuras in pace , lætos ab reædificationem urbis tuæ , lætos in cultu tuo , & in renovatione domus ſanctitatis tuæ , & ibi comedemus de agnis Paſchalibus, & de ſacrificiis, quorum ſanguis pertingat ad parietem altaris tui cum beneplacito , & confitebimur tibi propter redemtionem noſtram : Benedictus tu Domine redimens Iſrael.

Deinde benedicebat , & potabat poculum ſecundum : Inter legendum *Haggadah* extollebat manu ſua herbas amaras dicens : Amarum iſtud comedimus, propterea quod amaritudine affecerunt Ægyptii vitam patrum noſtrorum in Ægypto : Dictum eſt enim : *Et amaritudine affecerunt vitam ipſorum* : Deinde tollens in altum manu ſua azymum dicebat . Azymum iſtud comedimus , propterea quod non ſatis fermentata fuiſſet maſſa patrum noſtrorum , antequam Deus ipſis apparuiſſet, eoſque redemiſſet. Dictum eſt enim: *Et coxerunt maſſam , quam adduxerant ex Ægypto* : Poſtea accipiens azymum benedicebat , frangebat , dabatque ex eo particulam ſingulis convivis . Hæc conſuetudo obtinuit in cunctis conviviis Judæorum: *Gemara Berachoth* fol. 39. 2. מברך ואחר כך בוצע : Benedicit pater familias , & poſtea frangit . *Maimonides Berachoth* VII. 4. מן המובחר לבצוע ככר שלימה : Optimum eſt ſi frangatur panis integer Item ibid. בעל הבית מברך המוציא ומשלים הברכה ואחר כך בוצע . Paterfamilias recitat benedictionem illam; *Qui producis* &c. eaque abſoluta frangit . Et alibi legitur הבוצע יטול רשות אפילו הוא גדול ויאמר ברשות מורי ורבותי וגו' Frangens poſcit veniam licet ſit maximus, & dicet: cum venia doctorum , & dominorum meorum &c. Item אינו בוצע לא פרוסה קטנה וגו': Non frangit particulam parvam, ne videatur invidus , neque particulam majorem ovo, ne videatur famelicus. Item: Accumbentibus non licet edere vel guſtare quicquam , עד שיטעום הבוצע donec guſtaverit frangens: Item הבוצע frangens non franget , donec accumbentes omnes dixerint Amen. Hinc J. Chriſtus primo dicitur *Panem accipiſſe* : λαβὼν ὁ Ιησοῦς τὸν ἄρτον . Judæi benedicentes panem , eum in manum ſumebant: In *Levuſch hattecheleth* Num. 167. 3. לא יברך עד שיתפוס הלחם בידו שיראו הכל שעליו הוא מברך : Non benedicit , donec aſſumſerit panem in manum ſuam , ut omnes videant , quod ſuper eo benedicat : Item in *Sulchan Aruch* . אין לברך קודם שיתפוס הלחם: Non eſt benedicendum antequam apprehenderit panem . Secundo dicitur: Καὶ εὐλογήσας : *Et benedixit* . Judæi nihil comedebant ſine præcedenti benedictione ; *Berachoth* fol. 35. 1. אסור לו לאדם שיהנה מן העולם הזה בלא ברכה. Prohibitum eſt homini ulla re frui in hac mundo ſine benedictione. Et col. 2. כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאילו גוזל להקדוש ברוך הוא. Quicunque fruitur re aliqua ex hoc mundo ſine benedictione , perinde ac ſi ſpoliaret Deum S.B. Formula benedictionis panis hæc erat: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם המוציא לחם מן הארץ

Be-

Benedictus tu Domine Deus noster rex mundi, qui producis panem de terra. Christum nequaquam vulgari hac, sed singulari ἐυλογίᾳ per quam symbola sacramentalia sanctificavit, atque ab usu communi ad usum mysticum separavit, usum fuisse non est dubitandum. Hinc scribit *Rabanus Maurus* in institut. Cleric. lib. I. c. 32. Cum benedictione & gratiarum actione primum Dominus Corporis, & Sanguinis sui sacramenta dedicavit, & Apostolis tradidit, quod exinde Apostoli imitati fecere, & successores suos facere docuerunt. Tertio dicitur *fregisse* panem. Ἔκλασε *fregit*: De fractione panis a patrefamilias in principio convivii apud Judæos facienda jam diximus. Christus in frangendo pane corporis sui fractionem præfiguravit: Id quod aperte a *Paulo* confirmatur, dum pro διδόμενον substituit κλώμενον *frangitur*: Hinc *Venerabilis Beda*. Frangit ipse panem, quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem, quem discipulis porrigit, non absque sua sponte, aut procuratione futuram. *Severus* Alexandrinus Patriarcha in Rituali Syrorum pag. 125. הכנא שרירא ית הוא חש אלהא מלתא בבסר ואתרבח ואתקצי בזקיפא ואתפרשת נפשה מן פגרה וכו'. Sic vere ipse passus est Deus Verbum in carne, & immolatus, & fractus est in cruce, & separata est anima ejus a corpore, quamvis omnino Divinitas ejus separata non fuerit: Apostoli quoque in eundem quoque modum Eucharistiam celebrantes religiose fractionem observarunt: *Paulus* I. ad *Corinth.* x. 16. *Panis, quem frangimus; nonne est communio corporis Christi?* Et *Actor.* II. 42. & xx. 7. ἐυχαριστία ipsa *panis fractio* nuncupatur; ubi Syrus habet קציא דאוכרסטיא *Fractio Eucharistiæ*. Quarto dicitur. Καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. *Et dedit discipulis* singulis particulam de pane fracto, imitatus vel in hoc consuetudinem vulgarem: Etenim *Berachot* l. c. dicitur; הבוצע נותן פרוסה לפני כל אחד ואחד והאחר נוטל בידו ואין הבוצע נותן ביד האוכל אלא אם כן היה אבל: Frangens dat particulam coram singulis, & alter tollit vel accipit eam manu sua; neque frangens dat in manum comedentis, nisi fuerit lugens: Item in *Levusch hattecheleth* Num. 167. 14. מכל לא יזרוק הפרוסה משום בזוי אוכלים וגם אינו לכבוד המקבל הפרוסה שיתן לו דרך זריקה. Attamen non projiciendo dabit particulam illam, quod id faceret ad contumeliam ciborum, neque conveniens esset honori accipientis, si projiciendo ei daretur. *Cajetanus* citante *Cassandro* in Liturgicis fol. 81. scribit particulas sacri panis ex patina a singulis propriis manibus fuisse acceptas: Non est verisimile (*inquit*) quod singulorum ori imponendo singulas partes porrexerit, vel manu sua ad manus eorum, sed exhibuit & obtulit particulas sacri panis in patina, a singulis particulam propriis manibus accipiendam. Postremo dicitur: Καὶ ἔιπε λάβετε, φάγετε: τοῦτο ἐςι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον: *Quod pro vobis datur*: *Paulus*: τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. *Quod pro vobis frangitur*. Lingua Aramæa, vel Syriaca sanctificasse panem Christum credibile est, cum lingua Syriaca lectio illa Paschalis, quæ est antiquissima, expressa sit: הא לחמא עניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכחן יתיי ויכיול כל דצריך יתיי ויפס: Ecce panis paupertatis, quem comederunt patres nostri in terra Ægypti, qui esurit veniat, & comedat; & qui opus habet, veniat, & Paschatizet: Præterea lingua Syriaca illis temporibus Judæis in terra Israel degentibus pene fuit vernacula, & peculiaris. Panis, quem consecravit J. Christus, proculdubio fuit azymus: Tum temporis panis nisi azymus non poterat in Judæorum domibus deprehendi, etenim fermentatus interdictus erat præcepto Divino *Exod.* XIII. 7. *Non conspicietur, non invenietur*. Præterea cap. I. *Pesachim* legimus, quanta cura, seu potius superstitione die XIV. Nisan fuerit inquisitum fermentatum, ut omnino ex domibus removeretur. Qui fermentatum panem tuentur, contendunt Christum anticipasse Pascha. Quod fieri nullo modo potuit: Etenim cum Agnus Paschalis mactandus esset in templo, Sacerdotes non permisissent ante statutum tempus immolari. Etsi vera esset istorum sententia de anticipato a Christo Paschate, tamen cum Christus celebrarit Pascha, ut legi satisfaceret, in qua extabat præceptum de azymis, & agno, dubium non est Christum utrique præcepto satisfecisse, sive eodem die cum Judæis Pascha comederit, sive diem anticiparit.

Post hæc intingens azyma, & amara in acetarium comedebat. Hinc *Matth.* XXVI. 23. dicitur: *Qui intingit manum mecum in parobside*: Et *Marc.* XIV. 20. *Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino*. Et *Joan.* XIII. 26. *Ille est, cui ego intinctum panem porrexero; & cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotis &c. Cum ergo accepisset ille bucellam, exivit continuo*.

Deinde recitata benedictione comedebat de carne sacrificii XIV. Comedenda erat antea caro sacrificii Chagigah ut sa-

ſaturi comederent de carne agni Paſchalis. *Gemara Hieroſolymitana Peſachim* 33. 3. תני חגיגה הבאה עם הפסח היתה נאכלת תחילה כדי שיאכל הפסח לשבע ולא יאכל הפסח לשבע רבי יוסי בי רבי בון בשם רבי יעקב בר דסיי שלא יבא לידי שבירת עצם תני חגיגה הבאה עם הפסח היתה מתעברת עמו איתא חמי חגיגה נאכלת לשני ימים ופסח נאכל עד חצות ותימר הכין. Traditio: Sacrificium ſolennitatis, quod afferebatur cum Paſchate, comedebatur in principio, ut comederetur Paſcha poſt ſaturitatem; Nonne comedebatur Paſcha poſt ſaturitatem? Rabi Joſe diſcipulus R. Bon nomine Rabi Jacob bar Daſai; ne eo deveniat, ut frangat os: Traditio: Si ſacrificium ſolennitatis afferatur cum Paſchate, cum eo erit removendum: Veni & vide: Sacrificium ſolennitatis comedebatur biduo, & Paſcha comedebatur uſque ad mediam noctem. Et tu ita dicis? Poſtremo producto convivio comedebat de carne Agni Paſchalis circa mediam noctem juxta id quod dicitur *Exod.* XII. 8. *Comedent autem carnem nocte ipſa*. ויהי בחצי הלילה: *Et fuit in medio noctis percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti. Nox cuſtodiarum eſt Domino, ut educeret eos e terra Ægypti; ipſa ergo nox Domino obſervantiæ omnibus filiis Iſrael. Quaſi media nocte ego egrediar*. Poſt eſum agni Paſchalis nihil erat comedendum. *Mordechai* in *Levuſch hachor*: וכיון שאפיקומן הוא זכר לפסח הנאכל על השובע נוהגים שלא לאכול שום דבר אפילו פירות אחר אכילת אפיקומן כדי שישאר טעם האפיקומן בפיו כמו שנהגו אבותינו באכילת הפסח. Quandoquidem Aphicomen [*placenta iſta*] eſt memoriale Agni Paſchalis, qui comedi ſolitus fuit poſt ſaturitatem, inde conſueverunt nil quicquam amplius, ne fructus quidem poſt eſum Aphicomen comedere, ut ſapor Aphicomen remaneat in ore, quemadmodum patres noſtri circa eſum Agni Paſchalis idem quoque olim obſervare ſolebant. Vide *Maimonidem* l. c.

Lotio pedum in cœna Paſchali peracta a J. Chriſto, quæ memoratur *Joh.* cap. XIII. a verſ. 4. ad 18. extraordinaria fuit, neque inter ceremonias uſitatas vel Paſchatis vel cœnæ referenda. De hac lotione in cœna Paſchali peragenda in veterum Hebræorum traditione conſtans eſt ſilentium: Hæc apud illos fuit antiquiſſima conſuetudo, ut hoſpitibus peregre adventantibus aqua ad pedes abluendos, & ad detergendum pulverem itinere contractum fuerit præbita & exhibita; uti patet exemplo Abrahami *Geneſ.* XVIII. 4. Lothi *Geneſ.* XIX. 2. *Judic.* XIX. 21. Qua de cauſa *Luc.* VII. 44. Chriſtus merito objicit Phariſæo, a quo cœna exceptus erat, quod ex itinere recens adventanti hoſpiti, *diſcubituro ſibi aquam ad pedes datam non fuiſſe*. Exemplum hoc humilitatis præbere voluit Chriſtus diſcipulis ſuis; uti aperte explicatur verſ. 12. uſque ad 17. unde recte Theophylactus ſcribit; *Lex humilitatis hoc loco præcipitur*.

Poſt peractam cœnam, & eſum agni Paſchalis, benedictione recitata ſuper poculo tertio, eoque epoto, infundebat poculum quartum, ſuper quo abſolvebat hymnum, uti clare docet *Maimonides* l. c. ומאחרונה אוכל מבשר הפסח אפילו כזית ואינו טועם אחריו כלל וגו' ואחר כך נוטל ידיו ומברך ברכת המזון על כוס שלישי ושותהו ואחר כך מוזג כוס רביעי וגומר עליו את הלל יאומר עליו ברכת השיר והיא יהללוך יי' כל מעשיך וכו' ומברך בפ"ה ואינו טועם אחר כך כלום כל הלילה חוץ המים Et poſtremo edit de carne Agni Paſchalis in quantitate olivæ, nec poſtea quicquam aliud guſtat &c. Et poſthæc manus lavat, & recitat benedictionem cibi ſuper poculo tertio, & bibit illud; exinde infunditur poculum quartum, & abſolvit ſuper eo hymnum; & recitat ſuper eo benedictionem cantici, quæ eſt: *Laudent te Domine omnia opera tua &c.* Et benedicit: Benedictus qui creas fructum vitis; & tota nocte nihil amplius guſtare licet, excepta aqua.

Sicut in pane, uti vidimus, ita pariter in vino J. Chriſtus Judæorum conſuetudinem in cœna Paſchali imitatus eſt. Primo dicitur: Καὶ λαβών: *Et accipiens*: Paterfamilias poculum benedictionis מקבלו בשתי ידיו ambabus manibus ſuis accipit illud. Cum incipit conſecrare יוטלו בימינו tollit illud dextra. Καὶ εὐχαριστήσας: *Et gratias egit*: εὐχαριστεῖν & εὐλογεῖν idem valent: Formula benedictionis vini hæc erat: ברוך אתה יהוה אלהנו מלך העולם בורא פרי הגפן: *Benedictus ſis Domine Deus noſter rex mundi, creans fructum vitis*: Tertio: Ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες: τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν: *Dedit eis, & biberunt ex eo omnes: Hic eſt enim ſanguis meus, novi teſtamenti, qui pro multis effuditur in remiſſionem peccatorum*. *Matth.* ſic apud *Marc.* niſi quod deſint verba *in remiſſionem peccatorum*. *Lucas*: Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. *Hoc poculum eſt novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effunditur*. Apud Judæos de po-

poculo primus sanctificans, deinde accumbentes omnes gustabant. In *Levusch* num. 271. 14. ומצוה מן המבוחר הוא שיטעם המקרש תחלה שהוא המברך ואחר כך יטעו כל שמסובים כל אחר מלא לוגמיו. Præceptum est optimum, ut benedicens primo gustet, ac postea omnes accumbentes gustent, singuli haustum. Patres, Christum quoque de pane, & calice sanctificato gustasse volunt: *Hieronymus* epist. ad Hedibiam quæst. 2. Nec Moyses [*inquit*] dedit nobis panem verum, sed Dominus Jesus: ipse conviva, & convivium, ipse comedens, & qui comeditur: *Augustinus* lib. 11. de Doct. Christ. cap. 3. Et sacramento (*inquit*) corporis & sanguinis sui prægustato, significavit, quod voluit. *Chrysostomus* hom. 83. in *Matth.* Ipse quoque bibit ex eo, ne auditis verbis illius dicerent: Quid ergo sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur &c. Ne igitur id quoque accideret, primus ipse hoc fecit, ut tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. *Basilius* in Anaphora de calice. Benedixit (*inquit*) sanctificavit, ac gustavit, & dedit discipulis suis.

Post typicam cœnam, continuo, mensis non sublatis sacram cœnam institutam fuisse credibile est. Concordat *Lucas* & *Johannes*: Prior enim dicit cap. XXII. 20. Christum poculum sumsisse μετὰ τὸ δειπνῆσαι. *postquam cœnasset*. Cum quo consentit *Paulus* 1. *Corinth.* 11. 24. Quo spectare videntur verba *Johannis* cap. XIII. 2. Καὶ δείπνȣ γενομένȣ *&* *cœna facta* sc. agni Paschalis. Et vers. 4. ἐγείρεται ἐκ τȣ̃ δείπνȣ. *Surgit a cœna* sc. agni Paschalis. Lotio pedum intercessit inter cœnam Paschalem & Dominicam; quod iterum clarissime innuit *Johannes* vers. 12. ὅτι ȣ̃ν ἔνιψε τȣ̀ς πόδας αὐτῶν καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτȣ̃, ἀνεπεσὼν πάλιν. *Postquam ergo lavisset pedes eorum, & vestimenta sua recepisset, rursum discumbens*, sc. ad cœnam suam instituendam.

Postremo dicitur: Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. *Et cum hymnum dixissent, exiverunt in montem olearum: Syrus* expressit: ושבחו: *Et dixerunt hymnum:* Hymnus iste complectebatur *Psalmos* 113. 114. 115. 116. 117. & 118. Hujus hymni duas constituerunt partes; prima continet Psalmos 113. & 114. usque ad למעינו מים, quam recitabant in festo Paschatis antequam accumberent, & cibum sumerent: Alteram post sumtum cibum, quando quartum & ultimum poculum biberunt: Vel ex hoc uno argumento de Cœna Dominica clarissime patet, quantum lucis ex veterum Hebræorum monumentis Novo Testamento comparari possit.

M O N I T U M.

Cum summa Typographorum incuria in tribus tractatibus *Tosaphta*, in titulis utrimque perpetuo *Tosaphta* impressum sit; In primo tractatu legendum est ab altera parte *Tosaphta* & ab altera *Schabbath*; in secundo ab altera *Tosaphta* & ab altera *Erbubin*; in tertio ab altera parte *Tosaphta* & ex adverso *Pesachim*. Similiter cum erratum sit in titulis *Gemaræ Hierosolymitanæ*, legendum est ab altera parte Codex *Pesachim* & ex adverso *Gemara Hierosolymitana* &c.

IN-

INDEX
CAPITUM OPUSCULORUM,
Quæ in hoc volumine continentur.

CAP.